250

Linneana
QK91
.C500
1762-63
v. 1

# CAROLI LINNÆI

*Equitis aur. de Stella polari,*

ARCHIATRI REGII, MED. & BOTAN. PROFESS. UPSAL.
ACAD. UPSAL. HOLMENS. PETROPOL. BEROL. IMPERIAL.
LONDIN. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOC.

# SPECIES PLANTARUM,

EXHIBENTES
PLANTAS RITE COGNITAS,
AD
*GENERA RELATAS,*
CUM
DIFFERENTIIS SPECIFICIS,
NOMINIBUS TRIVIALIBUS,
SYNONYMIS SELECTIS,
LOCIS NATALIBUS,
SECUNDUM
*SYSTEMA SEXUALE*
DIGESTAS.

MISSOURI
BOTANICAL
GARDEN.

## TOMUS I.

Editio Secunda, aucta.

*Cum Privilegio S. R. M:tis Sveciæ & S. R. M:tis Poloniæ ac Electoris Saxon.*

*HOLMIÆ*
IMPENSIS DIRECT. LAURENTII SALVII
1762.

M:

Ignoto Genere proprio
nulla deſcriptio, *quamvis accurate tradita,*
certam demonſtrat,
*ſed plerumque fallit.*
CÆSALP. *præfat:*

STORMÄGTIGSTE ALLERNADIGSTE

# KONUNG OCH DROTTNING
# ADOLPH FREDRIC,
# LOVISA ULRICA,

SVERIGES, GÖTHES OCH VENDES

# KONUNG OCH DROTTNING!

MISSOURI BOTANICAL GARDEN

*EDRA MAJESTETER år jag allerunderdånigſt ſkyldig detta verk, frukten af min måſta och båſta leſnad, det jag nu under EDRA MAJESTETERS milda regering fått med nögdt och roligt ſinne fulborda.*

*EDRE*

*EDRE MAJESTETER haſva, ifrån förſta lyckeliga ankomſten til Riket, ſtädſe anſett mig med blida ſtrålar, kallat mig ſom oftaſt til Sit Hof, hedrat mig med Sköld och Stierna och betygat emot mig all Kongelig nåd.*

*EDRE MAJESTETER haſva ock gifvit den Vetenſkapen, ſom jag idkat, ljus och anſeende i Sitt Rike, då EDRE MAJESTETER ej allenaſt allernådigſt låtit Skaparens underverk för ſig beſkrifvas, utan ock hopkallat allehanda jordenes inbyggare af alla tre Naturens riken, ſamt befalt dem inlogeras uti ſina pråktiga luſt-ſlott Ulriksdal och Drottningholm, der deſſe, likſom deputerade från hela vida verlden, få dageligt företråde för MAJESTETENS ögon.*

*Tror mig altſå ej ſåga för mycket, då jag rent ut bekänner, at ifrån den viſa Konung Salomons tid och Drotningens af rika Arabien, inga Potentater gjordt på den Alsmägtiga Skaparens undervärk ſtörre aktning.*

*Ty bör och ſkal denna Vetenſkapen tåfla med alla andra minnesmärken, at göra E-*

DRA

*DRA MAJESTETERS namn odödeliga, då den inpræglar dem i Naturens egen bok, ſom årligen å nyo uplägges, at blifva med Jordklotet lika beſtändig.*

*Himmelen göre EDRA MAJESTETERS dagar och regering lång och lyckelig, ſå viſt jag lefver och dör*

EDRA KONG. MAJESTETERS

allerunderdånigſte och tropliktigſte
tjänare och underſåte
CARL LINNÆUS.

# LECTORI ÆQUO.

Homo ſui conſcius obſervat MUNDUM Omnipotentis theatrum, undique adornatum ſummis omniſciæ Sapientiæ miraculis, ſe vero in hunc tamquam Hoſpitem introductum, ut hiſce deliciis ſeſe delectando magnificentiam Domini agnoſcat. Indignus profecto is cenſendus hoſpes, qui, pecoris inſtar, tantum gulæ inſervit, nec magnalia Poſſeſſoris intueri atque æſtimare novit.

HOSPITES ut digni evadamus orbis, opera hæc Creatoris ſcrutari nobis neceſſe eſt, quæ ita cum noſtris commodis combinavit ſummum Ens, ut eis, unde omnia noſtra bona deſumimus, carere nulla ratione queamus; & quo magis hæc intelligimus, eo etjam plura in uſum generis noſtri humani cedunt.

COGNITIONEM horum ut rite acquiramus, ſingula diſtincta *Idea* & diſtincto *Nomine* complecti oportet, quibus ſepoſitis copia rerum nos obruat neceſſe eſt, & commercium omne, deficiente communi lingua, ceſſabit.

SCIENTIA NATURÆ inde inter Homines nata eſt, quæ comprehendit ſub *Phyſica* & *Chemia* Elementa; ſub *Zoologia*, *Botanica*, *Lithologia* tria Naturæ regna.

REM HERBARIAM heic libare lubet, quæ quondam paucarum plantarum erat Scientia; hodie ve-

vero copia detectorum evaſit omnium ampliſſima.

INVENTORUM recentioris ævi indefeſſis laboribus notitiam debemus plurium Plantarum, quam omnibus priſcorum temporum eruditis, inter quos imprimis nominandi *Cluſius*, *Columna*, *Bauhini*, *Hermannus*, *Rheede*, *Rumphius*. *Sloane*, *Sherardus*, *Rajus*, *Plukenetius*, *Tournefortius*, *Plumierus*, *Vaillantius*, *Dillenius*, *Burmannus*, *Gronovius*, *Royenus*, *Gmelinus*, *Millerus*, *Brownius*, *Jacquinius*.

NOTITIA plantarum conſtabat quondam Nominibus arbitrariis, *memoriæ* tabulæ infixis, quam vacillantem *Icones* ſublevabant.

SYSTEMATICORUM ſapientia indagavit ordinem, qui memoriæ ſuccurreret, & ſcientiam ſolidis fundamentis inædificaret, quem debemus Principibus Viris *Geſnero*, *Cæſalpino*, *Bauhino*, *Moriſono*, *Hermanno*, *Tournefortio*, *Vaillantio*, *Dillenio*, aliisque.

ARIADNEUM hoc filum Syſtematicorum terminatur *Generibus*, quod tentavi ad *Species* usque extendere, confectis legitimis harum differentiis, ut etjam in hiſce ſua ſibi conſtaret certitudo, quum *omnis vera cognitio cognitione ſpecifica innitatur*; hac enim deficiente vacillat & hiſtoria, ut in pleriſque *Peregrinatorum* diariis.

# LECTORI.

SPECIES plantarum ut mihi familiares redderem, peragravi Alpes *Lapponicas*; totam *Sveciam*; partem *Norvegiæ*, *Daniæ*, *Germaniæ*, *Belgii*, *Angliæ*, *Galliæ*; perquiſivi deinde HORTOS Botanicos: *Pariſinum*, *Oxonienſem*, *Chelſejanum*, *Hartecampenſem*, *Leidenſem*, *Ultrajectinum*, *Amſtelædamenſem*, *Upſalienſem* aliosque: evolvi etjam HERBARIA *Burſeri*, *Hermanni*, *Cliffortii*, *Burmanni*, *Oldenlandi*, *Gronovii*, *Royeni*, *Sloanei*, *Sherardi*, *Bobarti*, *Milleri*, *Tournefortii*, *Vaillantii*, *Juſſiæi*, *Suriani*, *Bæckii*, *Brownii*, &c. Meo ſuaſu DISCIPULI quondam dilectiſſimi: *P. Kalmius* Canadam, *F. Haſſelquiſt* Ægyptum, *P. Osbeck* Chinam, *Toren* Suratte, *Solander* Angliam, *Alſtrœmer* Europam auſtralem, *Martin* Spitsbergam, *Pontin* Malabariam, *Kæhler* Italiam, *Forſkåhl* Orientem, *P. Læfling* Hiſpaniam, *Montin* Lapponiam adierunt, plantasque lectas mecum communicarunt. E variis terris demum miſere Amici BOTANICI ſemina plantasque ſiccas non paucas, uti *B. Juſſieu*, *Royenus*, *J. Geſnerus*, *Wachendorfius*, *Sibtorpius*, *Montius*, *Gleditſchius*, *Kraſcheninnikoffius*, *Minuartius*, *Velezius*, *Kleinhoff*, *Ortega*, *Ellis*, *Seguier*, *Allionius*, *Zinnius*, *Gouanus*, *Gerardus*, nec non *O. Munchhauſen* L. B; *S. C. Bielke*, L. B; *J. Rathgeb* Equ. *Demidoff* Nob; *Collinſon*, *Braad*, aliique. *Clifford* omnes, quas in duplo habuit; *Lagerſtrôm* indiæ orientalis plurimas; *Gronovius* pleraſque Virginicas; *Gmelinus* Sibiricas facile omnes; *Burmannus* præter plurimas proprias & in-

intuendas miſit capenſes Oldenlandi; at *Sauvageſius* integrum ſuum theſaurum plantarum dedit, exemplo raro & inaudito, unde factum, ut copiam plantarum obtinuerim non mediocrem.

DIFFERENTIAS Specificas antehac Plantis non paucis impoſui in Flora *Lapponica*, *Svecica*, *Zeylanica*; in Horto *Cliffortiano*, *Upſalienſi*. Iisdem principiis inſtitere præſtantiſſimi Botanici *Gronovius*, *Royenus*, *Wachendorff*, *Gorter*, *Jacquin Colden*, *Hill*, *Hudſon*, *Goüan*, *Dalibard*, *Kramer*, *Leyſer*, *Meeſe*, *Lee*, *Le Monier*, *Gvettard*, *Sauvages*, inque non paucis *Hallerus*, *Gmelinus*, *Allionius*, *Seguier*, *Scopoli*, *Gerard*, *Burmannus*, aliique, quorum opera plurimæ Species evaſere ratæ & evidentes.

NOMINA hæc, paſſim diſperſa, in gratiam ſtudioſorum conſultum duxi colligere, acquiſitas dein plantas addere, inque unum Syſtema reducere; at vero pluribus *Speciebus* obſervatis, præſtantioribus *notis* detectis, aptioribus *Terminis* cuſis, debui interdum differentias emendare, antea quamvis optimas.

Characteres eſſentiales pro NOMINE SPECIFICO conſtituere non levidenſe opus eſt; requirit enim *Specierum* plurium accuratam collationem, harum attentiſſimam *partium* indagationem, *differentium* ſelectionem, *Terminorum* denique ar-


tis

tis propriam applicationem, ut evadant compendioſiſſimi tutiſſimique.

NON VISAS plantas heic omiſi, toties eluſus ab auctoribus, ne dubia certiſſimis miſcerem; ſi vero aliquando contigerit non ſufficienter inſpexiſſe plantam, vel ſpecimen imperfectum obtinuiſſe, ſigno † hoc notavi, ut alii eandem accuratius examinent.

NUMERUM plantarum totius orbis longe parciorem eſſe, quam vulgo creditur, ſatis certo calculo intellexi, utpote qui vix 10000 attingat.

TRIVIALIA nomina in margine appoſui, ut miſſis ambagibus, uno quamlibet Herbam nomine complecti queamus; hæc vero absque ſelectu poſui, quippe quem alius dies poſcit. Caveant autem quam ſanctiſſime omnes ſani Botanici, unquam proponere nomen triviale ſine ſufficienti differentia ſpecifica, ne ruat in priſtinam barbariem ſcientia. Mutatio horum, licet in melius, plus nocet quam proderit.

SYNONYMA pauciſſima in EUROPÆIS plantis adhibui, contentus C. *Bauhino* & *Iconographo* præſtantiore; in EXOTICIS vero plura, quum difficiliora minusque trita ſint.

DE-

# LECTORI.

DESCRIPTIONES * tantum in obſcuris adhibere neceſſum fuit, easque ſine ambagibus, ut obtinerem compendium tironibus gratum.

LOCA natalia more meo adjeci, inque notiſſimis *Fruticantes* ♄, *Perennes* ♃, *Biennes* ♂, *Annuas* ⊙ notavi.

GENERA nonnulla *nova*, nonnulla *immutata* adhibui; quæ in nova editione Generum plantarum propediem ſiſtere animus eſt.

ADVERSARIORUM tela nunquam retorſi, acerrima convitia, inſimulationes, cavillationes, buccinationes (præſtantiorum longe Virorum, omni ævo, laboris præmia), tranquillo animo ſuſtinui, nec ſuis auctoribus hæc invideo, ſi inde ipſis apud vulgus gloria major. Fero hæc, quæ in me ne capillum quidem mutant, & cur non ferrem iniquos, qui a veris Botanicis & quidem conſummatiſſimis, quibus aſſurgere debent illi, ſummis cumulatus ſim encomiis. Parem deinde adverſariis referre gratiam, nec anni ingraveſcentes, nec munus, quo fungor, nec mei mores patiuntur. Quod mihi ſupereſt brevioris ævi, tranquillus utilioribus obſervationibus impendam. Res naturales enim proprio privilegio munitæ perſiſtunt, ut quemadmodum errores in his commiſſi a nullo defendi, ita nec veritates obſerva-

va-

vationibus innixæ a toto eruditorum orbe conculcari poſſunt; judices itaque provoco ſeros Nepotes.

*Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit,*
*Tum ſuus ex merito quemque tuetur honos.*

Dabam 1762 d. 1. Septembris. Upſaliæ.

AU-

# AUCTORES
## * REFORMATORES.
*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| PROPRIA | Philoſophia | Botanica. | *Holmiæ* | 1751. | *oct.* |
| | Critica | Botanica. | *Lugdb.* | 1737. | *oct.* |
| | Claſſes | Plantarum. | *Lugdb.* | 1738. | *oct.* |
| | Syſtema | Naturæ II. | *Holmiæ.* | 1759. | *oct.* |
| | Genera | Plantarum. | *Holmiæ.* | 1754. | *oct.* |
| | Species | Plantarum. | *Holmiæ.* | 1753. | *oct.* |
| | Hortus | Cliffortianus. | *Amſtel.* | 1737. | *fol.* |
| | Hortus | Upſalienſis. | *Holmiæ.* | 1748. | *oct.* |
| | Flora | Lapponica. | *Amſtel.* | 1737. | *oct.* |
| | Flora | Svecica. | *Holmiæ.* | 1755. | *oct.* |
| | Flora | Zeylanica. | *Holmiæ.* | 1747. | *oct.* |
| | Materia | Medica. | *Holmiæ.* | 1749. | *oct.* |
| | Amœnitates | Academic. I. | *Holmiæ.* | 1749. | *oct.* |
| | Amœnitates | Academ. II. | *Holmiæ.* | 1751. | *oct.* |
| | Amœnitates | Academ. III. | *Holmiæ.* | 1756. | *oct.* |
| | Amœnitates | Academ. IV. | *Holmiæ.* | 1759. | *oct.* |
| | Amœnitates | Academ. V. | *Holmiæ.* | 1760. | *oct.* |
| | Amœnitates | Academ VI. | *Holmiæ.* | *inedit.* | *oct.* |
| | Iter | Oelandicum. | *Holmiæ.* | 1745. | *oct.* |
| | Iter | Gotlandic. | *Holmiæ.* | *cum* | *priore.* |
| | Iter | Weſtrogoth. | *Holmiæ.* | 1747. | *oct.* |
| | Iter | Scanicum. | *Holmiæ.* | 1751. | *oct.* |

* *

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| KALM P. | Iter American. | *Holmiæ.* | 1753. | *oct. vol.* 3. |
| OSBECK. P. | Iter Ind. orient. | *Holmiæ.* | 1757. | *oct.* |
| TOREN. O. | Iter Surattenſe. | *Holmiæ.* | *cum priore.* | |
| HASSELQUIST. F. | Iter Palæſtinum. | *Holmiæ.* | 1757. | *oct.* |
| LOEFLING. P. | Iter Hiſpanicum. | *Holmiæ.* | 1758. | *oct.* |

* * *

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| JACQUIN. N. | Enum. plantar. | *Lugdbat.* | 1760. | *oct.* |
| BROWN. | Hiſt. nat. Jamaicæ. | *London.* | 1756. | *fol.* |
| COLDEN. C. | Plant. Coldingh. | *Act. Upſ.* | 1743. | *quart.* |
| GRONOVIUS J. F. | Flora Virginica. | *Leydæ.* | 1739. | *oct. vol.* 2. |
| | Flora Orientalis. | *Leydæ.* | 1755. | *oct.* |
| GORTER. D. | Flora Geldrica. | *Harder.* | 1757. | *oct. vol.* 2. |
| | Flora Ingrica. | *Petrop.* | 1761. | *oct.* |
| MEESE. D. | Flora Friſica. | *Franecq.* | 1760. | *oct.* |
| HILL J. | Flora Britannica. | *London.* | 1760. | *oct.* |
| HUDSON. | Flora Anglica. | *London.* | 1762. | *oct.* |
| DALIBARD. | Flora Pariſienſis. | *Pariſiis.* | 1749. | *duod.* |
| GOÜAN. | Flora Monſpel. | *Monſp.* | 1762. | *oct.* |
| KRAMER. | Flora Auſtriaca. | *Wien.* | 1756. | *oct.* |
| JAQUN. N. | Flora Vindelic. | *Wien.* | 1762. | *oct.* |

LEY-

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| LEYSER. F. W. | Flora Halenſis. | *Halæ.* | 1761. | *oct.* |
| LEE. J. | Indroduct. in Botan. | *London.* | 1760. | *oct.* |
| MILLER. PH. | Dictionar Hortulan. | *London* | 1760 | *fol.* |
| ROYEN. A. | Flora Leydenſis. | *Lugdb.* | 1740. | *oct.* |
| WACHENDORFF. | Hort. Ultraject. | *Traject.* | 1747. | *oct.* |
| SAUVAGES F. | Flora Monſpel. | *Hagæ.* | 1751. | *oct.* |
| GERARD L. C. | Flora Galloprov. | *Pariſiis.* | | *oct.* |
| GUETTARD. | Obſervat. plantar. | *Pariſiis.* | 1747. | *oct. vol. 2.* |
| MONIER. L G. | Cat. plant. Alvern. | *Pariſiis.* | 1745. | *quart.* |
| HALLER. A. | Stirpes Helveticæ. | *Gœtting* | 1742. | *fol.* |
| | Hortus Gœtting. | *Götting.* | 1749. | *oct.* |
| | Opuſc Botanica. | *Götting.* | 1753. | *oct.* |
| ZINN. J. G. | Hortus Gœtting. | *Gœtting.* | 1757. | *oct.* |
| GMELIN J. G. | Flora Sibirica. | *Petropol.* | 1750. | *quart. vol. 2.* |
| SEGUIER. J. F. | Plantæ Veronenſ. | *Veronæ.* | 1745. | *oct. vol. 3.* |
| ALLIONIUS. C. | Stirpes Pedem. | *Taurin.* | 1755. | *quart.* |
| | Stirpes Nicæenſes. | *Paris.* | 1757. | *oct.* |
| | Hortus Taurinenſ. | - - | - - | *oct.* |
| SCOPOLI. J. | Flora Carniolica. | *Wien.* | 1760. | *oct.* |
| BÜTTNER. D. G. | Plantæ Cunonis. | *Amſtel.* | 1750. | *oct.* |
| MARTYN J. | Decades rarior. | *London.* | 1628. | *fol.* |
| EHRET. D. | Icones pl. ſelect. | *London.* | | *fol.* |
| TREW. | Tabul. Ehretii. | *Noriberg.* | 1750. | *fol.* |
| OEDER. | Flora Danica. | *Haffniæ.* | 1761. | *fol.* |
| MILLER. Ph. | Icones ad Dict. | *London.* | | *fol.* |
| PLUMJER. C. | Icones per Burman. | *Amſtelod.* | 1755. | *fol.* |

## * * RESTAURATORES.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| MORISON. R. | Hiſtor. plantarum. | *Oxon.* | 1680. | *fol. vol. 2.* |
| | Hortus Bleſenſis. | *London.* | 1669. | *oct.* |
| RAJUS. J. | Hiſtor. plantar. | *London.* | 1686. | *fol. vol. 3.* |
| | Synopſ. Anglica. | *London.* | 1724. | *oct.* |
| HERMANNUS. P. | Hortus Lugdbat. | *Lugdb.* | 1687. | *oct.* |
| | Paradiſ. Batavus. | *Lugdb.* | 1688. | *quart.* |
| TOURNEFORT. J. | Inſtitut. Herbariæ. | *Pariſiis.* | 1719. | *quart.* |
| | Corollarium | *Pariſiis* | *conjunctim.* | |
| PLUMIER. C. | Genera pl. Amer. | *Pariſiis.* | 1703. | *quart.* |
| | Species pl. Amer. | *Pariſiis.* | *cum priore.* | |
| | Plantæ Americ. | *Pariſiis.* | 1693. | *folio.* |
| | Filices Americ. | *Pariſiis.* | 1705. | *folio.* |
| VAILLANT. | Flores compoſ. | *Act. Par.* | 1718. | *&c.* |
| | Botan. Pariſienſ. | *Paris.* | 1747. | *fol.* |
| FEWILL. L. | Journ. de Peru. | *Paris.* | 1714. | *quart. v. 2.* |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Boerhaave | Hortus Lugd. bat. | *Lugdb.* | 1720. | *quart. vol.* 2. |
| Burmannus L. | Theſaurus Zeylan. | *Amſtel.* | 1737. | *quart.* |
| | Decades African. | *Amſtel.* | 1738. | *quart.* |
| N. L. | Gerania diff. acad. | *Lugdb.* | 1759. | *quart.* |
| Dillenius | Hortus Eltham. | *London.* | 1732. | *fol* |
| | Hiſtor. Muſcor. | *Oxoniis.* | 1741. | *quart.* |
| Ammanus J. | Stirpes rariores. | *Petrop.* | 1739. | *quart.* |
| Volckamer J. G. | Flora Norib. | *Norib.* | 1700. | *quart.* |
| Scheuchzer J. | Hiſtor. Agroſt. | *Tiguri.* | 1719. | *quart.* |
| | Itinera. alpina. | *Tiguri.* | 1702. | *quart.* |
| Monti J. | Prodr. Gramin. | *Bonon.* | 1719. | *quart.* |
| Micheli I. | Gener. nova. | *Florent.* | 1729. | *quart.* |
| Tilli | Hortus. Piſanus. | *Florent.* | 1723. | *folio.* |
| Buxbaum | Centur. rarior. | *Petrop.* | 1728. | *oct.* |

* * * FUNDATORES.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Plukenet | Almag. Botanic. | *London.* | 1696. | *quart.* |
| | Mant. Almag. | *London.* | 1700. | *quart.* |
| | Amalt. Botanic. | *London.* | 1705. | *quart.* |
| | Phytographia. | *London.* | 1690. | *quart.* |
| Petiver | Gazoph. naturæ. | *London.* | 1702. | *fol.* |
| Sloane | Cat. pl. Jamaic. | *London.* | 1696. | *oct.* |
| | Hiſt. pl. Jamaic. | *London.* | 1707. | *fol. vol.* 2. |
| Catesby | Hiſt. nat. Carol. | *London.* | 1731. | *fol. vol.* 2½. |
| Rheede | Hortus Malabar. | *Amſtel.* | 1678. | *fol. vol.* 12. |
| Rumphius. | Herbar. Amboin. | *Amſtel.* | 1740. | *fol. vol.* 6½. |
| Commelini | Hortus Amſtel. | *Amſtel.* | 1697. | *fol. vol.* 2. |
| | Plantæ rariores. | *Lugdb.* | 1706. | *quart.* |
| | Prælect. Botanic. | *Lugdb.* | 1703. | *quart.* |
| Breynius J. | Centur. plantar. | *Gedan.* | 1678. | *fol.* |
| | Prodr. per filium. | *Gedan.* | 1739. | *quart.* |
| Kæmpferus | Amœn. exoticæ. | *Lemgo.* | 1712. | *quart.* |
| Dodart | Memor. de plant. | *Pariſ.* | 1676. | *fol.* |
| Magnol. P. | Botanic. Monſp. | *Monſp.* | 1686. | *oct.* |
| Barrelier J. | Icones. | *Pariſiis.* | 1714. | *fol.* |
| Bocco P. | Muſeum | *Venet.* | 1697. | *quart.* |
| | Plantæ Siculæ. | *Oxon.* | 1674. | *quart.* |
| Alpinus | Exoticæ. plantæ. | *Venet.* | 1627. | *quart.* |
| Loeselius | Flora Pruſſic. | *Regio.* | 1703. | *quart.* |
| Renealme | Specim. plantar. | *Pariſ.* | 1611. | *quart.* |
| Cornuti J. | Canad. plantæ. | *Pariſ.* | 1635. | *quart.* |
| Marcgrave J. | Hiſt. nat. Braſil. | *Lugdb.* | 1648. | *fol.* |
| Piso G. | Hiſt. nat. Braſil. | *Amſtel.* | 1658. | *fol.* |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| BAUHINUS C. | Pinax Theatr. | *Baſil.* | 1671. | *quart.* |
| | Prodr. Theatr. | *Baſil.* | 1671. | *quart.* |
| | Theatr. Botanic. | *Baſil.* | 1658. | *fol.* |
| BAUHINUS J. | Hiſtor. Plantar. | *Ebrod.* | 1650. | *fol. vol.* 3. |
| COLUMNA | Ecphraſis | *Romæ.* | 1616. | *quart. vol.* 3. |
| | Phytobaſanos | *Flor.* | 1744. | *quart.* |
| CLUSIUS C. | Hiſtor. rarior. | *Antw.* | 1601. | *fol.* |
| | Exotica. | *Antw.* | 1605. | *fol.* |
| DODONÆUS | Pempt. ſtirpium. | *Antw.* | 1616. | *fol.* |
| LOBELIUS | Icones. | *Antw.* | 1591. | *quart.* |
| FUCHSIUS | Hiſtoria ſtirpium. | *Baſel.* | 1542. | *fol.* |
| GESNERUS | Hiſtoria plantar. | *Norib.* | 1759. | *fol.* |
| CAMERARIUS J. | Epitome Matth. | *Francf.* | 1586. | *quart.* |
| | Hortus. Medic. | *Francf.* | 1588. | *quart.* |
| TABERNÆM. | Hiſtor. plantar. | *Baſel.* | 1664. | *folio.* |
| DALECHAMP. | Hiſtor. plantar. | *Lugd.* | 1587. | *folio.* |

*Claſ-*

## *Claſſis I.*

# MONANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### CANNA.

1. CANNA foliis ovatis utrinque acuminatis nervoſis. *Roy. lugdb.* 11. *Fl. zeyl.* 1. *Hort. upſ.* 1. — indica.
Canna ſpatulis bifloris. *Hort. cliff.* 1.
Cannacorus. *Rumph. amb.* 5. *p.* 177 *t.* 71. *f.* 2.
Arundo indica latifolia. *Bauh. pin.* 19.
Katu Bala. *Rheed. mal.* 11. *p.* 85. *t.* 43.
*Habitat inter tropicos* Aſiæ, Africæ, Americæ. ♃

2. CANNA foliis lanceolatis petiolatis nervoſis. — anguſtifolia.
Canna foliis lanceolatis petiolatis. *Hort. cliff.* 1.
Arundo indica florida anguſtifolia. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 250. *ſ.* 8. *t.* 14. *f.* 6.
*Habitat inter tropicos* Americæ: *umbroſis ſpongioſis.* ♃
*Species hæc vix diſtinguenda eſt a præcedente, quamvis humilior & anguſtior evadat, qui itaque pro varietatibus utramque aſſumunt, vix errant.*

3. CANNA foliis petiolatis lanceolatis enervibus. *Roy. lugdb.* 11. — glauca.
Canna foliis enervibus. *Virid. cliff.* 104
Cannoides. *Hort. cliff.* 488.
Cannacorus glaucophyllus, ampliore flore, iridis paluſtris facie. *Dill. elth.* 69. *t.* 59. *f.* 69.
*Habitat in* Carolina? ♃

### AMOMUM.

1. AMOMUM ſcapo nudo, ſpica ovata *Hort. cliff.* 3. *Hort. upſ.* 1 *Flor. zeyl.* 3. *Mat. med.* 1. *Roy. lugdb.* 12. — Zingiber.
Zingiber majus. *Rumph. amb.* 5. *p* 156. *t.* 66. *f.* 1.
Zingiber. *Bauh. pin.* 35. *Brown. jam.* 119.
Inſchi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 21. *t.* 12.
*Habitat in* Indiis *inter tropicos.* ♃

2. AMOMUM ſcapo nudo, ſpica oblonga obtuſa. *Hort. cliff.* 3. *Hort. upſ.* 1. *Fl. zeyl.* 2. *Roy lugdb.* 12. *Ehret. pict. t.* 14. *f.* 1. *Mill. ic.* 17. *t.* 25. *Brown. jam.* 113. — Zerumbet.

 Zin-

Zingiber latifolium ſylveſtre. *Herm. lugdb.* 636. *t.* 637.
Lampujum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 148 *t.* 64. *f.* 1.
Katou-Inſchi-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 27 *t.* 13.
*Habitat in* India. ♃

Cardamom. 3. AMOMUM ſcapo ſimpliciſſimo breviſſimo bracteis alternis laxis. *Fl. zeyl* 4 *Mat. med.* 2.
Cardamomum minus. *Rumph. amb.* 5. *p.* 152. *t.* 65. *f.* 1.
Elettari 2. *Rheed. mal* 11. *p.* 9. *t.* 6
*Habitat in* Indiæ *umbroſiſſimis, cœnoſis montium radicibus.* ♃

Gran. parad. 4. AMOMUM ſcapo ramoſo breviſſimo.
Amomum caule ramoſo. *Mat. med.* 3.
Grana paradiſi officinarum. *Bauh. pin.* 413.
Elettari. *Rheed. mal.* 11. *t.* 6.
*Habitat in* Madagaſcar, Guinea. ♃

## COSTUS.

arabicus. 1. COSTUS. *Hort. cliff.* 2. * *Hort. upſ.* 2. *Fl. zeyl.* 5. *Mat. med* 4. *Roy. lugdb.* 11. *Hill. plant* 149. *t.* 3.
Coſtus arabicus. *Bauh. pin.* 36. *Mer ſurin.* 36 *t.* 36.
Alpinia floribus ſpicatis: bracteis ovalibus. *Jacq. amer.* 11.
Zingiber ſylveſtre majus, fructu in pediculo ſingulari. *Sloan. jam.* 61. *hiſt.* 1. *p.* 165. *t.* 105. *f.* 2.
Amomum minus, ſcapo veſtito, floribus ſpicatis. *Brown. jam.* 113.
Paco Caatinga. *Marcgr. braſ.* 48.
Tſiana kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 15. *t.* 8?
*Habitat in* India *utraque.* ♃

## ALPINIA.

racemoſa. 1. ALPINIA. *Roy. lugdb.* 12.
Alpina racemoſa alba, cannacori foliis. *Plum. ic.* 10. *t.* 20.
Zingiber ſylveſtre minus, fructu e caulium ſummitate. *Sloan jam* 61 *hiſt.* 1. *p.* 163. *t.* 105. *f.* 1.
Paco ſeroca *Marcgr. braſ.* 48?
*Habitat in* America *calidiore.* ♃

## MARANTA.

arundinacea 1. MARANTA culmo ramoſo.
Maranta. *Hort. cliff.* 2. * *Roy. lugdb.* 11.

Ma-

Maranta arundinacea, cannacori folio. *Plum. gen.* 16. *Mart. cent.* 29. *t.* 29.
*Habitat in* America *calidiore.* ♃

2. MARANTA culmo ſimplici. Galanga.
Galanga. *Rumph. amb.* 5. *p.* 143. *t.* 63.
*Habitat in* India *aquoſa.* ♃
Galanga *hæc officinarum eſt.*

## CURCUMA.

1. CURCUMA foliis lanceolato-ovatis: nervis lateralibus rariſſimis. rotunda.
Curcuma foliis ovatis utrinque acuminatis: nervis lateralibus pauciſſimis. *Roy. lugdb.* 12. *Fl. zeyl.* 6.
Curcuma. *Rumph. amb.* 5. *p.* 162. *t.* 67.
Manja-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 19. *t.* 10. *
*Habitat in* India. ♃

2. CURCUMA foliis lanceolatis: nervis lateralibus numeroſiſſimis. longa.
Curcuma foliis lanceolatis utrinque acuminatis: nervis lateralibus numeroſiſſimis. *Roy. lugdb.* 12. *Fl. zeyl.* 7. *Mat. med.* 5.
Curcuma radice longa. *Herm. lugdb.* 208. *t.* 209.
Manjella-kua. *Rheed. mal.* 2. *p.* 21. *t.* 11.
*Habitat in* India. ♃

## KAEMPFERIA.

1. KAEMPFERIA foliis ovatis ſeſſilibus. *Fl. zeyl.* 8. Galanga.
Kaempferia. *Hort. cliff.* 2. *t.* 3. *Roy. lugdb.* 12.
Soncho-rus. *Rumph. amb.* 5. *p.* 173. *t.* 69. *f.* 2.
Wanbom. *Kaempf. amoen.* 901. *t.* 902.
Katſjula-kelengu. *Rheed. mal.* 11. *p.* 81. *t.* 41.
*Habitat in* India. ♃

2. KAEMPFERIA foliis lanceolatis petiolatis. *Fl. zeyl.* 9. rotunda.
Zedoaria rotunda. *Bauh. pin.* 36.
Malan-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 17. *t.* 9.
*Habitat in* India. ♃

## THALIA.

1. THALIA. *Roy. lugdb.* 11. geniculata.
Cortuſa arundinacea, amplis cannacori foliis. *Plum. gen.* 26. *ic.* 108. *f.* 1.

Maranta petiolis ganglinoſis. *Brown. jam.* 112.
Canna indica, radice alba alexipharmaca. *Sloan. jam.* 22. *hiſt.* 1. *p.* 253. *t.* 149. *f.* 2. *Raj. ſuppl.* 573.
Canna indica anguſtifolia, pediculis longis ad imum folium nodo ſingulari geniculata. *Pluk. alm.* 79.
Radix quædam in malacca, quæ adverſus vulnera ſagittis toxico illitis præſentaneum remedium. *Baub. pin.* 301.
Aguti guepo-obi. *Marcgr. braſ.* 53. *Raj. hiſt.* 1203.
*Habitat in* America *meridionali.* ♃
Folia *alterna, ovato-oblonga: nervis tranſverſis parallelis.* Petioli *teretes, geniculo inſtructi, inferne membranacei vaginales.*

## BOERHAVIA.

erecta. 1. BOERHAVIA caule erecto glabro.
Boerhavia, ſolani folio, erecta glabra. *Amm. herb.* 241.
*Habitat in* Vera Cruce. ♃

diffuſa. 2. BOERHAVIA caule diffuſo.
Boerhavia diffuſa. *Fl. zeyl.* 10. *Hort upſ.* 2.
Boerhavia foliis ovatis. *Hort. cliff.* 17. *Roy. lugdb.* 234
Valerianella curaſſarica, ſemine aſpero viſcoſo. *Herm par.* 237. *t.* 237.
Talu-dama. *Rheed. mal.* 7. *p.* 105. *t.* 56.
*Habitat in* India. ♃

ſcandens. 3. BOERHAVIA caule ſcandente, floribus diandris.
Boerhavia ſarmentoſa. *Brown. jam.* 123
Solanum bacciferum americanum, fructu corymboſo. *Pluk. alm.* 349. *t.* 226. *f.* 7.
Valerianella, alſines folio, ſcandens. *Sloan. jam.* 91. *hiſt.* 1. *p.* 210 *Raj. ſuppl.* 244.
Valerianella curaſſavica, ſemine aſpero viſcoſo. *Pluk. alm.* 381. *t.* 113. *f.* 7.
Antaniſophyllum ſcandens, alſines majoris folio. *Vaill. act.* 1722. *p.* 258.
*Habitat in* Jamaica *ad urbem jago de la vega.* ♃

diandra. 4. BOERHAVIA glabra diffuſa, floribus diandris.
*Habitat in* India. *Ott. Munchauſen L. B* ♃
Statura *B. diffuſæ, ſed* Caulis *&* *fructus glabri.* Pedunculi *folio breviores, ſæpius triflori.* Flores *minores*

*nores, albi, pedicellati.* Fructus *ſulcati, pentagoni, truncati.* Simillimam *accepi ex Aſia caule pubeſcente.*

5. BOERHAVIA caule repente. **repens.**
Boerhavia nubica minor. *Vaill. ſex.* 53.
β Boerhavia nubica minima. *Vaill. ſex.* 55.
*Habitat in* Nubia *inter Mocho & Tangos.* ♃

## SALICORNIA.

1. SALICORNIA patula, articulis apice compreſſis emarginato-bifidis. **herbacea.**
Salicornia herbacea. *Fl. ſvec.* 1. *Mat. med.* 8.
Salicornia annua. *Sauv. monſp.* 7.
Salicornia. *Hort. cliff.* 490. *Roy. lugdb.* 205. *Dod. pempt.* 82.
β Salicornia caulium ramorumque articulis emarginatis bifidis. *Gron. virg.* 129. **virginica.**
*Habitat in* Europæ *litoribus maritimis.* ⊙
*Virginica β. ad Salinas Saxoniæ frequentiſſima, vix ac ne vix diſtincta eſt ſpecies; articuli in ſalſis enim magis emarginati evadunt.*

2. SALICORNIA caule erecto fruticoſo. **fruticoſa.**
Salicornia ſempervirens. *Sauv. monſp.* 7.
Kali-geniculatum majus. *Bauh. pin.* 289.
*Habitat in* Europæ *maritimis.* ♄
*Sempervirens & erecta longeque major a priori videtur diverſa, præterquam quod etiam ſpicæ differant; hæc in Svecia non viſa, ubi prior notiſſima; differentia levis erit, ſi ulla.*

3. SALICORNIA articulis obtuſis baſi incraſſatis, ſpicis ovatis **arabica.**
Kali geniculatum minus. *Bauh. pin.* 289. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 610. *ſ.* 5. *t.* 33. *f.* 7. *Raj. hiſt.* 211.
*Habitat in* Arabia.

4. SALICORNIA articulis cylindricis, ſpicis filiformibus. **caſpica.**
Kali arboreſcens, tamariſci facie. *Buxb. cent.* 1. *t.* 11. *f.* 1.
*Habitat in ſqualidis maris* Caſpii & Mediæ. ♄

## HIPPURIS.

vulgaris. 1. HIPPURIS. *Fl. lapp.* 1. *Fl. ſuec.* 2. 2. *Hort. cliff.* 3. *Roy. lugdb.* 205. *Dalib. pariſ.* 1.
Equiſetum paluſtre, brevioribus foliis, polyſpermum. *Bauh. pin.* 15.
Polygonum femina. *Cam. epit.* 689.
*Habitat in* Europæ *fontibus.* ♃

# DIGYNIA.

## CORISPERMUM.

hyſſopifolium. 1. CORISPERMUM floribus lateralibus. *Hort. upſ.* 2.
Coriſpermum floribus alternis. *Hort. cliff.* 3. *It. gotl.* 316. *Roy. lugdb.* 205. *Sauv. monſp.* 52.
Coriſpermum hyſſopifolium. *Juſſ. act.* 1712. *p.* 244.
*Habitat ad Volgam* Tatariæ, *Gillau* Boruſſiæ, Monſpelii *locis arenoſis.* ☉

ſquarroſum. 2. CORISPERMUM ſpicis ſquarroſis. *Hort. upſ.* 3. *
Rhagroſtis foliis arundinaceis. *Buxb. cent.* 3. *p.* 30. *t.* 55.
*Habitat ad Wolgam* Tatariæ, *inque deſertis* Coſſacorum. ☉

## CALLITRICHE.

verna. 1. CALLITRICHE foliis ſuperioribus ovalibus, floribus androgynis. *Fl. ſvec.* 3.
Coriſpermum foliis oppoſitis. *Fl. lapp.* 2. *Gron. virg.* 3.
Stellaria aquatica. *Bauh. pin.* 141.
β Lenticula paluſtris bifolia, fructu tetragono. *Bauh. pin.* 362.
Callitriche plinii. *Column. ecphr.* 1. *p.* 315. *t.* 316.
*Habitat in* Europæ *foſſis aquoſis, Vere florens.*

autumnalis. 2. CALLITRICHE foliis omnibus linearibus apice bifidis, floribus hermaphroditis. *Fl. ſvec.* 4.
Lenticula paluſtris anguſtifolia, folio apice diſſecto. *Loeſ. pruſſ.* 140. *t.* 33.
*Habitat in* Europæ *foſſis aquoſis, Autumno florens.*

## BLITUM.

capitatum. 1. BLITUM capitellis ſpicatis terminalibus. *Hort. upſ.* 3.
Blitum foliis triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis ſummis nudis. *Virid. cliff.* 1. *Roy. lugdb.* 206.
Bli-

Blitum foliis triangularibus dentatis. *Hort. cliff.* 28.
Atriplex baccifera. *Raj. hiſt.* 197.
Atriplex ſylveſtris lappulas habens. *Bauh. pin.* 119.
*Habitat in* Europa: *præſertim in comit.* Tyrolenſi. ⊙

2. BLITUM capitellis ſparſis lateralibus. *Hort. upſ.* 3. **virgatum.**
Blitum foliis triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis ſummis folioſis. *Hort cliff.* 495. *Roy. lugdb.* 206.
Atriplex ſylveſtris, mori fructu. *Bauh. pin.* 119.
*Habitat in* Tataria, Hiſpania, G Narbonenſi. ⊙

## CINNA.

1. CINNA. **arundinacea**
*Habitat in* Canada, *unde ſemina per D. Kalm.* ♃
*Gramen magnitudine Avenæ.* Culmi *plurimi, glabri.* Folia *latiuſcula, glabra, margine ſcabra.* Panicula *oblonga, attenuata, compreſſiuſcula, ſecunda.* Calycis *Gluma bivalvis, uniflora, carinata carina ſcabra: valvula majore mucrone ariſtiformi.* Corollæ *Gluma bivalvis: valvula exteriore intra minorem calycis, calyce toto paullo longior, infra apicem mucronata.* Anthera *purpurea.* Styli *hirſuti.*

## *Claſſis* II.

# DIANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### NYCTANTHES.

arbor triſtis. 1. NYCTANTHES caule tetragono, foliis ovatis acuminatis, pericarpiis membranaceis compreſſis. *Fl. zeyl.* 11.
Arbor triſtis myrto ſimilis. *Bauh. pin* 469.
Manja-pumeram. *Rheed mal.* 1. *p.* 35. *t.* 21.
*Habitat in* India. ♄

Sambac. 2. NYCTANTHES foliis inferioribus cordatis obtuſis, ſuperioribus ovatis acutis. *Hort. upſ.* 4. *
Nyctanthes caule volubili, foliis ſubovatis acutis. *Hort. cliff.* 5. *Flor. zeyl.* 12. *Roy. lugdb.* 398.
Syringa arabica, foliis mali aurantii. *Bauh. pin.* 398.
Jaſminum limonii folio conjugato. *Burm. zeyl.* 128. *t.* 58. *f.* 2. *Angl. hortul. t.* 27.
Jaſminum ſ. Sambac arabum, folio acuminato. *Till. piſ.* 87. *t.* 31.
Jaſminum arabicum. *Cluſ. cur.* 3. *t.* 3.
Flos manoræ. *Rumph. amb.* 5. *p.* 52. *t.* 30.
*Habitat in* India. ♄

undulata. 3. NYCTANTHES foliis ovatis acuminatis undulatis, ramis teretibus.
Jasminum indicum, flore polypetalo exalbido, fructu minori. *Raj. hiſt.* 1601.
Tſieregam mulla. *Rheed. mal.* 6. *p.* 97. *t.* 55.
*Habitat in* Malabaria. ♄

hirſuta. 4. NYCTANTHES petiolis pedunculisque villoſis.
Rava-pou. *Rheed. mal.* 4. *p.* 99. *t.* 48.
*Habitat in* India. ♄

anguſtifolia. 5. NYCTANTHES foliis obtuſis lanceolatis ovatiſque.
Jaſminum indicum anguſtifolium, fructu gemino. *Tournef. inſt.* 598.

Katu-

Katu-pitſiegam mulla. *Rheed. mal. 6. p.* 93. *t.* 53. *Raj. hiſt.* 1602.
*Habitat in* Malabariæ *arenoſis.* ♄

## JASMINUM.

1. JASMINUM foliis oppoſitis pinnatis. *Hort. cliff.* 5. *Hort. upſ.* 5. *Mat. med.* 9. *Roy. lugdb.* 397. officinale.
Jaſminum vulgatius, flore albo. *Baub. pin.* 397.
*Habitat in* India. ♄

2. JASMINUM foliis oppoſitis pinnatis: foliolis extimis confluentibus. grandiflorum.
Jaſminum humilius, magno flore. *Baub. pin.* 397. *Raj. hiſt.* 1600.
Gelſeminum catalonicum. *Cam. epit.* 37.
Pitſiegam-mulla. *Rheed. mal.* 6. *p.* 91.
*Habitat in* Malabaria. ♄
*Simillimum J. officinali, ſed Caulis rectus, nec ſcandens. Foliola cauli propiora magis ovata, nec minora; extima tria confluentia ex petiolo dilatato, ut diſtincta cadere nequeant. Corollæ majores, ſubtus rubræ.*

3. JASMINUM foliis oppoſitis ternatis. *Hort. cliff.* 5. *Fl. zeyl.* 13. *Roy. lugdb.* 397. azoricum.
Jaſminum azoricum trifoliatum, flore albo, odoratiſſimo. *Comm. hort.* 1. *p.* 159. *t.* 82.
Jaſminum ſylveſtre triphyllum, floribus rubellis umbellatis. *Burm. zeyl.* 127. *t.* 58. *f.* 1.
Jaſminum album trifoliatum, flore magno. *Pluck. alm.* 195. *t.* 303. *f.* 1.
*Habitat in* India. ♄

4. JASMINUM foliis alternis ternatis ſimplicibusque, ramis angulatis. *Hort. cliff* 5. *Hort. upſ.* 5. *Roy. lugdb.* 397. *Sauv. monſp.* 174. fruticans.
Jaſminum luteum, vulgo dictum bacciferum. *Baub. pin.* 398.
Trifolium fruticans. *Dod. pempt.* 571.
*Habitat in* Europa *auſtrali, et toto* Oriente. ♄

5. JASMINUM foliis alternis ternatis pinnatisque, ramis angulatis. *Hort. upſ.* 5. humile.
Jasminum foliis alternis ternatis acuminatis *Hort. cliff.* 6. *Roy. lugdb.* 398.

Jaſminum humile luteum. *Bauh. pin.* 397.
Jaſminum luteum. *Beſl. eyſt. æſt.* 149. *f* 2.
*Habitat* - - - - - ♄

odoratiſſimum. 6. JASMINUM foliis alternis ternatis pinnatisque, ramis teretibus. *Hort. upſ.* 5.
Jaſminum foliis alternis ternatis obtuſis. *Hort. cliff.* 5. *Roy lugdb.* 397.
Jaſminum indicum flavum odoratiſſimum. *Ferr. cult.* 93.
Jaſminum flavum odoratum. *Barr. ic.* 62.
*Habitat in* India? ♄

## LIGUSTRUM.

vulgare. 1. LIGUSTRUM. *Hort. cliff.* 6. *Fl. ſvec.* 4. 5. *Roy. lugdb.* 398. *Dalib. pariſ.* 2.
Liguſtrum germanicum. *Bauh. pin.* 475.
Phillyrea. *Dod. pempt.* 775.
*Habitat in* Europæ *collibus glareoſis.* ♄

## PHILLYREA.

media. 1. PHILLYREA foliis ovato-lanceolatis ſubintegerrimis. *Hort. upſ.* 5.
Phillyrea foliis ovato-lanceolatis vix crenatis. *Hort. cliff.* 4. *Roy lugdb.* 398.
Phillyrea liguſtri folio. *Bauh. pin.* 476.
Phillyrea 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 52.
*Habitat in* Europæ *auſtralioris collibus.* ♄

anguſtifolia. 2. PHILLYREA foliis lineari-lanceolatis integerrimis. *Hort. cliff.* 4. *Roy. lugdb.* 398.
Phillyrea anguſtifolia prima. *Bauh. pin.* 476.
Phillyrea anguſtifolia ſecunda. *Bauh. pin.* 476.
Phillyrea 4, 5. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 52.
*Habitat in* Italia, Hiſpania. ♄

latifolia. 3. PHILLYREA foliis cordato-ovatis ſerratis. *Hort. cliff.* 4. *Hort. upſ.* 6. *Roy. lugb.* 398.
Phillyrea latifolia ſpinoſa. *Bauh. pin.* 476.
Pillyrea folio leviter ſerrato. *Bauh. pin.* 476.
Phillyrea 1, 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 51, 52.
*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♄

## OLEA.

1. OLEA foliis lanceolatis. europæa.
Olea foliis lanceolatis, ramis teretiuſculis. *Hort. cliff.* 4. *Mat. med.* 10, *Roy. lugdb.* 398.
Olea ſativa *Bauh. pin.* 472.
Olea *Dod. pempt* 821.
β Olea foliis lanceolatis, ramis tetragonis. *Hort. cliff.* 4. *Roy. lugdb* 399.
Olea ſylveſtris, folio duro ſubtus incano. *Bauh. pin.* 472.
*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♄

2. OLEA foliis ovatis. *Hort. cliff.* 4. *Roy. lugdb.* 399. capenſis.
Liguſtrum capenſe ſempervirens, folio craſſo ſubrotundo. *Dill elth.* 193. *t.* 170. *f.* 194.
*Habitat ad* Cap b. Spei. ♄

## CHIONANTHUS.

1. CHIONANTHUS pedunculis trifidis trifloris. virginica.
Chionanthus. *Hort. cliff.* 17. *Gron. virg.* 10. *Roy. lugdb* 17.
Amelanchier virginiana, laurocераſi folio. *Pet. ſicc.* 241. *Cateſb. carol.* 1. *p.* 68. *t.* 68.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ♄

2. CHIONANTHUS pedunculis paniculatis multifloris. zeylonica.
*Fl. zeyl.* 14.
Arbor zeylanica, cotini foliis ſubtus lanugine villoſis. *Burm. zeyl.* 31.
Arbuſcula zeylanica, cotini foliis ſubtus lanugine villoſis, floribus albis cuculli modo laciniatis. *Pluk. alm.* 44. *t.* 241. *f.* 4.
*Habitat in* Zeylona. ♄

## SYRINGA.

1. SYRINGA foliis ovato-cordatis. *Hort. cliff.* 6. *Hort. upſ.* 6. *Roy. lugdb.* 397. *Dalib. pariſ.* 2. vulgaris.
Syringa cærulea. *Bauh. pin.* 398.
*Habitat verſus* Perſiam. ♄

2. SYRINGA foliis lanceolatis. perſica.
α. Syringa foliis lanceolatis integris *Hort. cliff* 6. *Hort. upſ.* 6. *Roy. lugdb.* 397. *Mill. dict. t.* 164. *f.* 1.
Syringa babylonica, indiviſis denſioribus foliis. *Pluk. alm.* 359. *t.* 227. *f.* 8.

Agem

Agem Lilac perſarum. *Corn. canad.* 190.

laciniata. β. Syringa foliis lanceolatis integris diſſectisque. *Hort. cliff.* 6. *Hort upſ.* 6. *Roy. lugdb.* 397.
Liguſtrum foliis laciniatis. *Bauh. pin.* 476. *Mill. dict. t* 164. *f.* 2.
*Habitat in* Perſia? ♄

## ERANTHEMUM.

capenſe. 1. ERANTHEMUM. *Fl. zeyl.* 15.* *Amœn. acad.* 385.*
Ephemerum, lychnidis flore, africanum. *Herm. parad.* 153. *Amm. herb.* 232.
Centaurium minus, foliis oblongis acutis, flore patulo puniceo majori. *Raj. ſuppl.* 527.
*Habitat in* Æthiopia.
*Habitus Chironiæ, unicum ſpecimen minus perfectum vidi, ideoque accuratius examinanda.*

## CIRCÆA.

lutetiana. 1. CIRCÆA caule erecto, racemis pluribus. *Fl. ſvec.* 6.
Circæa. *Hort. cliff.* 7. *Roy. lugdb.* 303. *Dalib. pariſ.* 3. *It. ſcan.* 213.*
Solanifolia Circæa dicta major. *Bauh. pin.* 168. *It. wgoth* 213.
Circæa lutetiana. *Lob. ic.* 266.
canadenſis. β. Circæa canadenſis latifolia, flore albo. *Tournef. inſt.* 301.
*Habitat in* Europæ & Americæ *borealis nemoribus.* ♃
*Hæc ſeſquipedalis Caule erecto, Racemis terminali & lateralibus; Perianthium conſiſtentia calycina, ſ. corolla longe craſſius rudiusque, nec corollæ concolor.*

alpina. 2. CIRCÆA caule adſcendente, racemo unico. *Fl. ſvec.* 7.
Circæa calyce colorato. *Fl. lapp.* 3.
Solanifolia Circæa alpina. *Bauh. pin* 168.
Circæa minima. *Columm. ecphr.* 2. *p.* 79 *t.* 80.
*Habitat ad radices montium in frigidis* Europæ. ♃
*Planta vix digiti longitudine, magis procumbens, calyce colorato, uti corolla; differt quidem a priori, attamen nimis affinis.*

## VERONICA.

* *Spicatæ.*

ſibirica. 1. VERONICA ſpicis terminalibus, foliis ſeptenis verticillatis, caule ſubhirto.

Ve-

Veronica ſpicata altiſſima, foliis verticillatim diſpoſitis. *Amm. ruth.* 20. *t.* 4.
*Habitat in* Dauria. ♃
Caulis *quadripedalis, hirtus.* Folia 7 *ſ.* 6, *verticillata, V. virginicæ duplo latiora.* Pedunculi *terminales ſolitarii; laterales foliolis duobus oppoſitis ovalibus.* Corollæ *cæruleæ tubo oblongo; limbo acuto parvo.* *Stamina & Piſtillum corollâ duplo longiora.*

2. VERONICA ſpicis terminalibus, foliis quaternis quinisve. virginica.
Veronica foliis quaternis quinisve. *Hort. cliff.* 7. * *Gron. virg.* 4. *Roy. lugdb.* 301. *Cold. noveb.* 3.
Veronica virginiana procerior, foliis ternis, quaternis & etiam quinis caulem amplexantibus, ſpicis florum candidiſſimis. *Pluk. alm.* 383. *t.* 70. *f.* 2.
*Habitat in* Virginia. ♃

3. VERONICA ſpicis terminalibus, foliis ternis æqualiter ſerratis. *Hort. upſ.* 7. * ſpuria.
Veronica ſpicata anguſtifolia. *Baub. pin.* 246.
Veronica mas ſurrecta elatior. *Barr. rar.* 155. *t.* 891.
*Habitat in* Europa *auſtraliore*, Sibiria, Thuringia. ♃

4. VERONICA ſpicis terminalibus, foliis ternis inæqualiter ſerratis. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 8. maritima.
Veronica floribus ſpicatis, foliis ternis *Fl. ſvec.* 1. *p.* 6.
Veronica foliis ſæpius ternis. *Virid. cliff.* 2. *Hort. cliff.* 7. *Roy. lugdb.* 301.
Veronica caule erecto, ſpicis pluribus, foliis, lanceolatis ſerratis. *Fl lapp.* 4.
Lyſimachia ſpicata cærulea. *Bauh. pin.* 246.
Pſeudo Lyſimachium cæruleum. *Dod. pempt.* 86.
*Habitat in maritimis* Europæ *macris apricis.* ♃

5. VERONICA ſpicis terminalibus, foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis acuminatis. *Hort. upſ.* 7. * *Fl. ſvec.* 2. n. 9 * longifolia.
Veronica ſpicata latifolia. *Baub pin.* 246.
Veronica 1 erectior latifolia. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 346.
β. Veronica ſpicata longifolia altera. *Amm. ruth.* 26.
γ. Veronica ſpicata, urticæ folio. *Amm. ruth.* 26.
*Habitat in* Tataria, Auſtria, Suecia. ♃

6. VE-

incana. 6. VERONICA ſpicis terminalibus, foliis oppoſitis crenatis obtuſis, caule erecto tomentoſo *Hort. upſ* 7 *
Veronica caule fruticoſo, foliis oblongis: inferioribus crenatis petiolatis; ſuperioribus ſeſſilibus integerrimis. *Roy. lugdb.* 530.
Veronica ſpicata lanuginoſa & incana, floribus cæruleis. *Amm. ruth.* 30.
*Habitat in* Ucrania, Samara. ♃

ſpicata. 7. VERONICA ſpica terminali, foliis oppoſitis crenatis obtuſis, caule adſcendente ſimpliciſſimo. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 10.
Veronica floribus ſpicatis, foliis oppoſitis, caule erecto. *Fl. ſvec.* 1. *n.* 7. *Dalib. pariſ.* 3.
Veronica foliis oppoſitis, caule ſpica terminato. *Hort. cliff.* 8. *Roy. lugdb.* 302.
Veronica ſpicata minor. *Bauh. pin.* 247. *Vaill. pariſ. t.* 33. *f.* 4.
*Habitat in* Europæ *borealis campis.* ♃

hybrida. 8. VERONICA ſpicis terminalibus, foliis oppoſitis obtuſe ſerratis ſcabris, caule erecto. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 11. *
Veronica ſpicata cambrobritannica, bugulæ ſubhirſuto folio. *Raj. angl.* 3. *p.* 278. *t.* 11. *f.* 1.
*Habitat in* Europa *rarius.* ♃
*Folia veronicæ ſequentis, Caulis præcedentis, ſed ſpicæ majores pallidiores.* ♃

officinalis. 9. VERONICA ſpicis lateralibus pedunculatis, foliis oppoſitis, caule procumbente. *Mat. med.* 11. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 12.
Veronica floribus ſpicatis, foliis oppoſitis, caule procumbente. *Fl. ſvec.* 1. *n.* 8. *Dalib. pariſ.* 3.
Veronica caule repente, ſcapis ſpicatis, foliis oppoſitis ovatis ſtrigoſis. *Fl. lapp.* 5. *Hort. cliff.* 8. *Roy. lugd.* 302.
Veronica mas ſupina & vulgatiſſima. *Bauh. pin.* 246.
Veronica. *Cam. epit.* 461.
β. Veronica mas repens pyrenaica, folio longiori glabro. *Pluk. phyt.* 233. *f.* 1.
*Habitat in* Europæ *ſylveſtribus ſterilibus.* ♃

** *Corymboſo-racemoſæ.*

aphylla. 10. VERONICA corymbo terminali, ſcapo nudo.

Vero-

Veronica foliis ovatis radicalibus, caule nudo. *Roy. lugdb.* 302.

Veronica alpina pumila, caule aphyllo. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 17. *t.* 1 & 9.

Veronica parva ſaxatilis, cauliculis nudis. *Pluk. alm.* 384. *t.* 114. *f.* 3. *Segu. ver* 241. *t.* 3. *f.* 2.

Chamædrys alpina minima hirſuta. *Baub. pin.* 243.

*Habitat in alpibus* Europæ *auſtralioris.* ♃.

11. * VERONICA corymbo terminali, caule adſcendente diphyllo. bellidioides.

Veronica caule non ramoſo, floribus congeſtis terminato, foliis ovatis ſubaſperis. *Hall. helv* 531. *t.* 12. *f.* 1.

Veronica alpina, bellidis folio. *Baub. pin.* 247. *prod.* 116. *Burſ. XIV*: 27.

*Habitat in* Helvetia, Pyrenæis. ♃

12. * VERONICA corymbo terminali, foliis lanceolatis obtuſiuſculis, caulibus fruticuloſis. fruticuloſa.

Veronica foliis ovatis crenatis, fructu ovali, floribus in ſummo caule purpuraſcentibus. *Hall helv.* 532. *t.* 9. *f.* 1.

Veronica alpina fruteſcens. *Baub pin.* 247.

*Habitat in* Alpibus Auſtriæ, Helvetiæ, Pyrenæis. ♄

Planta *ſpithamea: ſurculis perennantibus, caulibus erectis, ſimplicibus.* Folia *ſuperiora majora, lanceolata, obtuſa, glabra. Differt a* V. alpina *caule erectiuſculo, magis lignoſo, foliis anguſtioribus*, *Calycibus glabris.*

13. * VERONICA corymbo terminali, foliis oppoſitis, calycibus hiſpidis. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 15. * *Oed. dan. t.* 16. alpina.

Veronica floribus corymboſis terminalibus, calycibus hiſpidis. *Fl. ſvec* 1. *n.* 13.

Veronica caule floribus terminato, foliis ovatis crenatis. *Fl. lapp.* 7. *t.* 9. *f.* 4. *

Veronica caule inferne procumbente fruticoſo, foliis ovatis oppoſitis, racemo terminali. *Roy. lugdb.* 302.

Veronica ſaxatilis *Baub. hiſt.* 3. *p.* 284. *Raj. extr.* 261. *

*Habitat in alpibus* Europæ. ♃

*Veronica pilosa racemis subspicatis: foliis ovatis oblongis plicatis: caule procumbente piloso. Append. 1163. In Austria*

14. * VERONICA racemo terminali ſubſpicato, foliis ovatis glabris crenatis. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 16. ſerpyllifolia.

Vero-

Veronica floribus ſolitariis ſubcorymboſis, foliis ovatis glabris crenatis. *Fl. ſvec.* 1. *n.* 14. *Dalib. pariſ.* 4.
Veronica foliis inferioribus oppoſitis ovatis, ſuperioribus alternis lanceolatis, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 9. *Gron. virg.* 4. *Roy. lugdb.* 302. *Cold. noveb.* 1.
Veronica floribus ſparſis, foliis ovatis crenatis glabris. *Fl. lapp.* 6.
Veronica pratenſis ſerpyllifolia. *Baub. pin.* 247.
Veronica femina. *Baub. hiſt.* 3 *p.* 285.
Veronica; nummulariæ folio, pyrenaica. *Tournef inſt.* 145 *Pluk. alm.* 384. *t.* 233. *f.* 4.
*Habitat in* Europa & America *ſeptentrionali ad vias, agros.* ♃

Beccabunga. 15. VERONICA racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. *Fl. ſvec.* 11. 14. *Mat. med.* 12. *Dalib. pariſ.* 7.
Veronica foliis oppoſitis lævibus crenatis, floribus racemoſis lateralibus. *Roy. lugdb.* 302.
Veronica foliis oppoſitis lævibus crenatis, floribus laxe ſpicatis ex alis. *Hort. cliff.* 8. *Gron. virg.* 4.
Anagallis aquatica major (minorque), folio ſubrotundo. *Baub. pin* 252.
Anagallis aquatica. *Dod. pempt.* 823.
*Habitat in* Europa *ad ſcaturigines vix congelandas.*

Anagall. ▽ 16. VERONICA racemis lateralibus, foliis lanceolatis ſerratis, caule erecto. *Fl. ſvec.* 10. 13 *Dalib. pariſ.* 7.
Veronica foliis oppoſitis lævibus crenatis, floribus laxe ſpicatis ex alis. *Gron. virg.* 4.
Anagallis aquatica major, folio oblongo. *Baub. pin.* 252.
Berula major. *Tabern. hiſt.* 1094.
*Habitat in* Europa *ad foſſas, & in* Oriente. ⊙

ſcutellata. 17. VERONICA racemis lateralibus pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis. *Fl. ſvec.* 9. 17. *Dalib. pariſ.* 7.
Veronica foliis lineari-lanceolatis integris, racemis laxe floriferis. *Fl. lapp.* 9. *Hort. cliff.* 10. *Roy. lugdb.* 302.
Anagallis aquatica anguſtifolia ſcutellata. *Baub. pin.* 252.
Anagallis aquatica anguſtifolia. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 730.
*Habitat in* Europæ *inundatis.* ♃

Teucrium. 18. VERONICA racemis lateralibus longiſſimis, foliis ovatis rugoſis dentatis obtuſiuſculis, caule erecto.

Vero-

Veronica foliis imis cordatis ſuperioribus anguſtioribus. *Hall. helv.* 529.

Chamædrys ſpuria major altera ſ. fruteſcens. *Baub. pin* 248

Chamædrys ſpuria major anguſtifolia. *Baub. pin.* 248.

Teucrii *IV.* tertia ſpecies. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 349.

*Habitat in* Germania. ♃

*Racemi denſi, ſtricti, ſubſpicati.* *Folia obtuſius ſerrata.*

19. VERONICA racemis lateralibus, foliis lineari-lanceolatis pinnato-dentatis. auſtriaca.

Chamædrys auſtriaca, foliis tenuiſſime laciniatis. *Baub. pin.* 248. *prodr.* 117.

Chamædrys ſpuria tenuiſſime laciniata. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 287.

β. Veronica cappadocica, foliis laciniatis. *Tournef. cor.*

*Habitat in* Auſtria. ♃

*Folia fere Coronopi glabra. Præcedenti nimis affinis.*

20. VERONICA racemis lateralibus, foliis multipartitis laciniatis. multifida.

Veronica montana, folio vario. *Buxb cent.* 1. *p.* 24. *t.* 38.

*Habitat in* Armeniæ, Iberiæ *graminoſis.* ♃

21. VERONICA racemis lateralibus paucifloris, calycibus hirſutis, foliis ovatis rugoſis crenatis petiolatis, caule debili. *Amœn. acad.* 4. *p.* 263. montana.

Chamædrys ſpuriæ affinis rotundifolia ſcutellata. *Baub. pin.* 249.

Alyſſon dioſcoridis montanum. *Column. ecphr.* 1. *p.* 286. *t.* 288.

*Habitat in* Italiæ, Germaniæ *umbroſis.* ♃

22. VERONICA racemis lateralibus, foliis ovato-oblongis ſerratis, caulibus proſtratis. proſtrata.

Chamædrys incana ſpuria minor anguſtifolia. *Baub. pin.* 249. *prodr.* 117. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 287.

*Habitat in* Germaniæ, Italiæ *collibus.* ♃

Caules *duriuſculi, caneſcentes, ſubtomentoſi.* Folia *obtuſa, ſubpetiolata, exceptis ſuperioribus, e quorum alis Racemi longi.* Flores *læte violacei, conferti, calycibus inæqualibus.*

23. VERONICA racemis lateralibus, foliis ovatis ſeſſilibus rugoſis dentatis, caule debili. *Fl. ſvec.* 13. 18. *Dalib. paris.* 4. Chamedrys.

Veronica foliis oppoſitis plicatis dentatis, ſcapis ex alis inferioribus laxe ſpicatis. *Hort. cliff.* 8. *Roy. ludgb.* 303.

Veronica foliis cordatis ſeſſilibus oppoſitis, racemis laxe floriferis. *Fl. lapp.* 8.

Chamædrys ſpuria minor rotundifolia. *Bauh. pin.* 249.

Hierobotane mas. *Dalech. hiſt.* 1337.

*Habitat in* Europæ *pratis.* ♃

latifolia. 24. VERONICA racemis lateralibus, foliis cordatis rugoſis dentatis, caule ſtricto.

Veronica foliis oppoſitis plicatis dentatis, ſcapis ex alis ſuperioribus laxe ſpicatis. *Hort. cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 303.

Veronica pratenſis omnium maxima. *Buxb. cent.* 1. *p.* 23. *t.* 34.

Chamædrys ſpuria major latifolia. *Bauh. pin.* 248.

*Habitat in* Helvetia, Bithynia, Auſtria. ♃

paniculata. 25. VERONICA racemis lateralibus longiſſimis, foliis lanceolatis ternis ſerratis, caule adſcendente.

Veronica anguſtifolia, floribus paniculatis. *Amm. ruth.* 32.

*Habitat in* Tataria. ♃

*Statura V. latifoliæ, ſed* Folia *anguſtiſſime lanceolata, plerumque terna.* Racemi *longiſſimi, ſaturate cærulei, ad tria ſuperiora genicula terni.*

### *** *Pedunculis unifloris.*

agreſtis. 26. VERONICA floribus ſolitaris, foliis cordatis inciſis pedunculo brevioribus. *Fl. ſvec.* 17. 20. *Dalib. pariſ.* 6.

Veronica foliis cordatis crenatis, floribus ſolitariis pedunculatis. *Roy. lugdb.* 303.

Veronica foliis alternis cordatis crenatis, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 9.

Alſine chamædryfolia, floſculis pediculis oblongis inſidentibus. *Bauh. pin.* 250.

Alſine foliis triſſaginis. *Tabern. hiſt.* 1089.

*Habitat in* Europæ *cultis arvis.* ⊙

arvenſis. 27. VERONICA floribus ſolitariis, foliis cordatis inciſis pedunculo longioribus. *Fl. ſvec.* 16. 19. *Dalib. pariſ.* 5.

Veronica foliis oppoſitis cordatis crenatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 9. *Gron. virg.* 4. *Roy. lugdb.* 303.

Al-

Alſine veronicæ foliis, floſculis cauliculis adhærentibus. *Baub. pin.* 250.

Elatine polyſchides. *Dalech. hiſt.* 1239.

*Habitat in* Europæ *arvis*, *cultis*. ⊙

28.* VERONICA floribus ſolitariis, foliis cordatis planis quinquelobis. *Fl. ſvec.* 18, 21. *Dalib pariſ.* 6. hederifolia.

Veronica foliis alternis cordatis quinquelobis, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 303.

Alſine hederulæ folio. *Baub. pin.* 250. *Tabern. hiſt.* 1088.

β. Veronica chia, cymbalariæ folio, verna, flore albo: umbilico vireſcente. *Tournef. cor.* 7. *Buxb. cent.* I. *p.* 25. *t.* 39. *f.* 1.

*Habitat in* Europæ *ruderatis*. ⊙

*Semina umbilicata ſunt huic propria.*

29.* VERONICA floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis pedunculo brevioribus. *Fl. ſvec.* 19, 22. *Dalib. pariſ.* 6. triphyllos.

Veronica foliis alternis inferioribus quinquepartitis; ſuperioribus tripartitis, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 9. *Roy lugdb.* 302.

Alſine triphyllos cærulea *Baub. pin.* 250.

Alſine parva erecta, folio alſines hederaceo. *Lob. ic.* 464.

*Habitat in* Europæ *agris*. ⊙

30. VERONICA floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis pedunculo longioribus. *Fl. ſvec.* 20, 23. verna.

Veronica humilis erecta montana, flore parvo cæruleo. *Dill. app.* 38.

*Habitat in* Sueciæ, Germaniæ, Hiſpaniæ *aridis apricis*. ⊙

31. VERONICA floribus ſolitariis ſubſeſſilibus, foliis oblongis ſubdentatis, caule erecto. romana.

*Habitat in* Europæ *auſtralioris agris*. ⊙

32. VERONICA floribus ſolitariis pedunculatis, foliis ovatis glabris crenatis, caule erecto ſubpiloſo. acinifolia.

Veronica minima, clinopodii minoris folio glabro, romana. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 29. *t.* 102. *Raj. ſuppl.* 423. *Vaill. pariſ.* 201. *t.* 33. *f.* 3.

Veronica erecta, acini folio glabro, floribus cæruleis. *Dill. app.* 39.

*Habitat in* Europa *auſtrali*.

peregrina. 33. VERONICA floribus ſolitariis ſeſſilibus, foliis lanceolato-linearibus glabris obtuſis integerrimis, caule erecto. *Fl. ſvec.* 15, 24. *
Veronica terreſtris annua, folio polygoni, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 322. *ſ.* 3. *t.* 34. *f.* 19.
*Habitat in* Europæ *hortis, arvisque.* ⊙

marilandica. 34. VERONICA floribus ſolitariis ſeſſilibus, foliis linearibus, caulibus diffuſis.
Veronica caulibus procumbentibus, foliis linearibus, floribus ſeſſilibus lateralibus. *Gron. virg.* 4.
*Habitat in* Virginia.

## PÆDEROTA.

bonæ ſpei. 1. PÆDEROTA foliis pinnatifidis. *Amœn. acad.* 6. *afr.* 1. *
Veronica africana, floribus ad genicula pedicellis biuncialibus. *Herm. afr.* 783. *Pluk. phyt.* 320. *f.* 5.
Anagallis foliis ſinuatis. *Roy. lugdb.* 416.
*Habitat ad* Cap. bon. ſpei.

Bonarota. 2. PÆDEROTA foliis ſerratis.
Veronica *Bonarota* corymbo terminali, foliis oppoſitis ſerrato-dentatis, calycibus linearibus. *Sp. pl.* 1. *p.* 11.
Veronica petræa ſempervirens. *Pon. bald.* 336.
Chamædrys alpina ſaxatilis. *Baub. pin.* 248.
Bonarota. *Mich. gen.* 19. *t.* 15. *f.* 12.
*Habitat in* Alpibus Italicis, Auſtriacis. ♃
*Corollæ tubus longior, quam in priore, ut in Veronicis ſpicatis, ſed Calyx* 5 *partitus.*

## JUSTICIA.

Adhatoda. 1. JUSTICIA arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis perſiſtentibus, corollarum galea concava. *Fl. zeyl.* 16. * *Hort. upſ.* 7.
Juſticia foliis ovato-lanceolatis, ſpicis folioſis, florum galea concava. *Hort. cliff.* 9. *Roy lugdb.* 291.
Adhatoda zeylanenſium. *Herm. lugdb.* 642. *t.* 643. *Pluk alm.* 9. *t.* 173. *f.* 3.
Ecbolium. *Riv. mon.* 129.
*Habitat in* Zeylona. ♄

Ecbolium. 2. JUSTICIA arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis deciduis mucronatis, corollarum galea reflexa. *Fl. zeyl.* 17. *

Ad-

Adhatoda ſpica longiſſima, flore reflexo. *Burm. zeyl.* 7. *t.* 4. *f.* 1.
Carim-curini. *Rheed. mal.* 2. *p.* 31. *t.* 20. *Pluk. alm.* 126. *t.* 171. *f.* 4.
*Habitat in* Malabaria, Zeylona. ♄
*Simillima J. infundibuliformi, ſed huic Spica terminalis ſeſſilis.*

3. JUSTICIA fruticoſa, foliis lanceolato-ovatis quaternis, bracteis lanceolatis ciliatis. infundibuliformis.
Manja-Kurini. *Rheed. mal.* 9. *p.* 121. *t.* 62.
*Habitat in* India. ♄
Frutex *ramis teretibus.* Folia *quaterna, lanceolato-ovata, integerrima, glabra, longius petiolata.* Pedunculi *ad ſingula caulis genicula ſolitarii, longitudine folii, læves:* Spica *oblonga, diſtice imbricata: bracteis lanceolatis ciliatis: inter quas Bracteolæ 4, lineares & Calyx apice piloſus.* Corolla *ſpecioſa, alba; tubo filiformi, ſtamina includente; Limbo magnitudine Narciſſi poëtici, lobis 5 expanſis: infimo majore.*

4. JUSTICIA fruticoſa, foliis lanceolato-ovatis hirſutis ſeſſilibus, ſpicis recurvatis. † ſcorpioides.
Juſticia foliis oblongo-ovatis hirſutis ſeſſilibus, floribus ſpicatis alaribus, caule fruticoſo. *Mill. dict. n.* 1.
*Habitat in* Vera Cruce. ♄

5. JUSTICIA fruticoſa, foliis lanceolato-ovatis pictis, corollis fauce inflatis. picta.
Folium bracteatum. *Rumph. amb.* 4. *p.* 73. *t.* 30.
Tſiude-maram. *Rheed. mal.* 6. *t.* 60.
*Habitat in* Aſia. ♄
Calyx *minimus, quinquedentatus.* Corolla *ringens fauce inflata: Lab. ſuperius incurvum, emarginatum; L. inferius patens, trifidum, æquale. Stamina 2 ſub labio ſuperiore.*

6. JUSTICIA fruticoſa, foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis acuminatis venoſo-reticulatis coloratis. *Fl. zeyl.* 18. * Betonica.
Betonica fruteſcens. *Bont. jav.* 146.
Bem-curini. *Rheed. mal.* 2. *p.* 126. *t.* 21.
*Habitat in* India. ♄

7. JUSTICIA fruticoſa, foliis lanceolatis integerrimis, hyſſopifolia.

 pe-

pedunculis triflonis ancipitibus, bracteis calyce brevioribus. *Mill. dict. t.* 13.

Juſticia foliis lineari-lanceolatis, floribus ſæpius ſolitariis. *Hort. cliff.* 10. *Roy lugdb.* 291.

Ecpoli indici ſ. Adhatodæ cucullatis floribus aemula, hyſſopifolia planta ex inſulis fortunatis. *Plak. alm.* 132. *t.* 280. *f.* 1.

*Habitat in inſulis* Fortunatis. ♄

* *

procumbens 8. JUSTICIA procumbens, foliis lanceolatis integerrimis, ſpicis terminalibus lateralibusque alternis, bracteis ſetaceis. *Fl. zeyl.* 19. *

Euphraſia, affines anguſtiore folio, rubiæ modo ſpicata, golcondea. *Pluk. alm.* 142. *t.* 56. *f.* 3. & *t.* 393. *f.* 4.

*Habitat in* Zeylona. ♃

pectinata. 9. JUSTICIA diffuſa, ſpicis axillaribus ſeſſilibus tomentoſis ſecundis dorſo imbricatis: bracteis ſemilanceolatis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 299. *

*Habitat in* Aſia.

repens. 10. JUSTICIA repens, foliis ovatis ſubcrenatis, ſpicis terminalibus, bracteis lanceolatis. *Fl. zeyl.* 20. *

Adhatoda ſpicata, floſculos ex foliolis membranaceis. *Burm. zeyl.* 7. *t.* 3. *f.* 2.

*Habitat in* Zeylona. ♃

*Bracteæ margine utroque late membranaceæ.*

chinenſis. 11. JUSTICIA herbacea, foliis ovatis, floribus lateralibus, pedunculis trifloris, bracteis ovalibus.

*Habitat in* China.

*Caules angulati, pedales, inferne ramoſi,* folia *oppoſita, petiolata, ovata, acuminata, obtuſiuſcula, vix crenata. Ex alis* pedunculi *duo* ſ. *tres, ſinguli breves, apice triflori, involucro diphyllo, ſetaceo, nudo, bracteis ovatis, obtuſis, longitudine floris.*

echioides. 12. JUSTICIA foliis lanceolato-linearibus obtuſis ſeſſilibus, racemis adſcendenti-ſecundis, bracteis ſetaceis. *Fl. zeyl.* 21. *

Euphraſiæ affinis indica echioides. *Herm. lugdb.* 668. *t.* 669.

Peetumba. *Rheed. mal.* 9. *p.* 87. *t.* 46.

*Habitat in* India.

13. JU-

13. JUSTICIA foliis ovatis integerrimis, bracteis cuneiformibus, ramis ſexangularibus. ſexangularis.

Juſticia annua, hexangulari caule, foliis circææ conjugatis, flore miniato. *Amm. herb* 274. *Hort. cliff.* 10.

Euphraſia, alſines majori folio, flore galeato pallide luteo, jamaicenſis. *Pluk. alm.* 142. *t.* 279. *f.* 6.

*Habitat in* Vera cruce, Jamaica. ☉

14. JUSTICIA foliis ovatis integerrimis, bracteis ſubulatis, ramis hexagonis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 391. * aſſurgens.

Juſticia herbacea aſſurgens, ad alas alternas nodos & ſummitates florida. *Brown. jam.* 118. *t.* 2. *f.* 1. *

*Habitat in* Jamaica.

15. JUSTICIA foliis lanceolato-ovatis integerrimis, pedunculis dichotomis. naſuta.

Pulcolli. *Rheed. mal.* 9. *p.* 135. *t.* 69.

*Habitat in* India. *Torén.*

*Rami obſolete angulati. Folia lato-lanceolata ſ. lanceolato-ovata, obtuſe acuminata, integerrima, minus glabra. Pedunculi dichotomi, longitudine foliorum. Flores ſeſſiles, bracteis minimis, lineatis. Calyces minimi. Corollæ tubus filiformis, longus. Limbi labium ſuperius lineare, anguſtum, brevius, reflexum; L. inferius æquale, trifidum. Stamina extra fauces prominentia. Stylus capillaris, perſiſtens.*

16. JUSTICIA foliis ovatis utrinque mucronatis integerrimis glabris, caule geniculato, ſpicis ſecundis. *Osb. it.* 230. purpurea.

Folium tinctorum. *Rumph. amb.* 6. *p.* 51. *t.* 22. *f.* 1.

*Habitat in* China. *Osbeck.*

*Caulis herbaceus, brachiatus. Folia lato-ovata, apice & baſi mucronata, glabra, petiolata, integerrima. Articuli caulis & rami ſupra baſin Geniculo tumido, quod ſupra anguſtius evadit, notantur. Spicæ ad latera & apices ramorum, ſecundæ. Bracteæ anguſtæ, lanceolatæ, longitudine capſularum. Corollæ purpureæ: labiis erectis; altero lineari anguſtiſſimo; altero lato trilobo. Stamina duo, purpurea, longitudine corollæ.*

17. JUSTICIA foliis lanceolato-ovatis, pedunculis ſexfloris, pedicellis lateralibus bifloris, bracteis ovatis parallelis. bivalvis.

Bungum. *Rumph. amb.* 6. *p.* 55. *t.* 22. *f.* 1.

Adel-odagam. *Rheed. mal.* 9. *p.* 81. *t.* 43.

*Habitat in* Aſia *indica. J. Burmannus.*

Caulis *brachiatus.* Folia *oppoſita, integerrima.* Pedunculi *breves, terminati* Involucro *diphyllo, ſetaceo* Pedunculisque 4. *parvis, parallelis: mediis duobus unifloris; lateralibus vero iterum ſimiliter diphyllis bifloris.* Calyces *omnes inter* Bracteas *duas ovatas ſe ipſis majores.* Corollæ *Labium ſuperius lanceolatum; inferius ovatum.* Stamina 2, *longitudine corollæ. Rheedi planta foliis ſerratis & flore albo differt, eandem tamen ſeparare nequeo.*

gangetica. 18. JUSTICIA foliis ovatis, racemis ſimplicibus longis, floribus alternis ſecundis, bracteis obſoletis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 299. *

*Habitat in* Aſia *indica.*

## DIANTHERA.

americana. 1 DIANTHERA ſpicis ſolitariis alternis.

Dianthera. *Gron. virg.* 6. *

Gratiolæ affinis floridana, foliis floribus & capſulis in ſpica brevi, pediculis e foliorum alis innixis. *Pluk. amalth.* 114. *t.* 423. *f.* 5.

*Habitat in* Virginia, Florida. ♃

*Caulis ſimpliciſſimus. Folia linearia. Pedunculi alterni, longitudine foliorum. Spicæ ovatæ.*

comata. 2. DIANTHERA ſpicis filiformibus verticillatis: inferioribus umbellatis.

Dianthera foliis lanceolato-ovatis, racemo ſpatioſo aſſurgente, ſpicillis verticillatis. *Brown. jam.* 118.

Antirrhinum minus anguſtifolium, flore dilute cæruleo. *Sloan. jam.* 49. *hiſt.* 1. *p.* 160. *t.* 103. *f.* 2.

*Habitat in* Jamaica.

## GRATIOLA.

officinalis. 1. GRATIOLA floribus pedunculatis, foliis lanceolatis ſerratis. *Mat. med.* 18.

Gratiola. *Riv. mon.* 157. *Hort. cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 292. *Dalib. pariſ.* 8. *Sauv. monſp.* 137

Gratiola centauroides. *Baub. pin.* 279.

*Habitat in* Lutatia, Gallia & *auſtralioris* Europæ *humidiuſculis.* ♃

Monnieria. 2. GRATIOLA foliis ovali-oblongis, pedunculis unifloris, caule repente. *Amœn. acad.* 4. *p.* 306. *

Mo-

Monieria minima repens, foliis ſubrotundis, floribus ſingularibus alaribus. *Brown. jam.* 269.
Monieria ramoſa repens, foliis linearibus oppoſitis. *Ehret. pict. t.* 14. *f.* 2.
Anagallis aquatica, portulacæ aquaticæ caule & foliis. *Sloan. jam.* 87. *hiſt.* 1. *p.* 203. *t.* 129. *f.* 1.
*Habitat in* Jamaica.

3. GRATIOLA foliis lanceolatis obtuſis ſubdentatis. *Gron. virg.* 6. * virginiana.
Tsieria Maya Nari. *Rheed. mal.* 9. *p.* 165. *t.* 85.
*Habitat in* Virginia, Malabaria.

4. GRATIOLA floribus ſubſeſſilibus. peruviana.
Gratiola latiore folio, flore albo. *Fewill. peruv.* 3. t. 47.
*Habitat in* Peru.

## PINGUICULA.

1. PINGUICULA nectarii apice incraſſato. luſitanica.
Viola paluſtris, Pinguicula dicta, luſitanica. *Griſ. luſit.*
*Habitat in* Luſitania. ♃

2. PINGUICULA nectario cylindraceo longitudine petali. *Fl. lapp.* 11. *Fl. ſvec.* 21, 25. *Roy. lugdb.* 304. vulgaris.
Sanicula montana, flore calcari donato. *Bauh. pin.* 243.
Pinguicula. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 311.
*Habitat in* Europæ *uliginoſis.* ♃

3. PINGUICULA nectario conico petalo breviore. *Fl. lapp.* 12. *t.* 12. *f.* 3. *. *Fl. ſvec.* 22, 26. alpina.
Pinguicula flore albo minore, calcari breviſſimo. *Raj. hiſt.* 752.
*Habitat in Alpibus* Lapponicis. ♃

4. PINGUICULA ſcapo villoſo. *Fl. lapp.* 13. *t.* 12. *f.* 2. *Fl. ſvec.* 23, 27. villoſa.
Pinguicula cornubienſis, flore minore carneo. *Raj. hiſt.* 752.
*Habitat in* Lapponia, Sibiria. ♃

## UTRICULARIA.

1. UTRICULARIA nectario ſubulato, foliis integerrimis. *Jacq. amer.* 11. alpina.
*Habitat in* Alpibus Martinicæ *inſulæ.*

foliosa. 2. UTRICULARIA nectario conico, fructibus cernuis, radicibus utriculo deſtitutis. *Lœfl. it.* 281. *
Linaria paluſtris, foeniculi folio. *Plum. ſpec.* 6. *icon.* 165. *f.* 2.
*Habitat in* America *auſtrali.*
*Simillima U vulgari, ſed Radix repens; Flores in ſcapo plures* 6-10, *& nulli utriculi ad radiculas.*

vulgaris. 3. UTRICULARIA nectario conico, ſcapo paucifloro. *Fl. lapp.* 14. *Fl. ſvec.* 44, 28. *Fl. zeyl.* 22. *Roy. lugdb.* 304.
Lentibularia. *Riv. mon.* 78. *
Millefolium aquaticum lenticulatum. *Baub. pin.* 141.
*Habitat in* Europæ *foſſis, paludibus profundioribus.* ♃
*Nectarium ſubulatum, longitudine labii inferioris, cui approximatum; faux clauſa palato gibbo. Planta nobis duplex: altera MAJOR a Rivino delineata, calyce poſtice rotundato. Altera MINOR calyce poſtice transverſo, & quaſi truncato; creſcunt conjunctim.*

minor. 4. UTRICULARIA nectario carinato. *Fl. ſvec.* 25; 29. *
Millefolium paluſtre galericulatum minus. *Pluk. alm.* 251. *t.* 99. *f.* 6.
Aparine aquis innatans treviſana, foliis perchepier capreolis donata. *Bocc. muſ.* 1. *p.* 23. *t.* 4.
*Habitat in* Europæ *foſſis rarius.*
*Nectarium obſoletum, deorſum ſpectans; faux, absque gibbo palato, pervia & bians.*

ſubulata. 5. UTRICULARIA nectario ſubulato. *Gron. virg.* 6.
*Habitat in* Virginia.

gibba. 6. UTRICULARIA nectario gibboſo.
Utricularia florum nectario gibboſo, ſcapo nunc unifloro nunc bifloro. *Gron. virg.* 129.
*Habitat in* Virginia.

bifida. 7. UTRICULARIA ſcapo nudo bifido. *Oſb. it.* 243. *t.* 3. *f.* 2.
*Habitat in* China. *Osbeck.*
Caulis *filiformis, digiti longitudine, bifidus ſ. duplici racemo, nudus.* Flores *alterni, lutei: labio ſuperiore lateribus acuto.*

cærulea. 8. UTRICULARIA ſcapo nudo, ſquamis alternis vagis ſubulatis. *Fl zeyl.* 23. *

Neli-

Nelipu. *Rheed. mal.* 9. *p.* 137. *t.* 70.
*Habitat in* Zeylona.

## VERBENA.

* *Diandræ diſpermæ.*

1. VERBENA diandra, ſpicis longiſſimis folioſis. orubica.
Verbena foliis ovatis acuminatis, ſpica folioſa. *Hort. cliff* 10. *
Verbena orubica, teucrii folio, primulæ veris flore, ſiliquis & ſeminibus longiſſimis. *Pluk alm.* 383. *t.* 228. *f.* 4. & *t.* 327. *f.* 7
Sherardia urticæ folio ſubtus incano, floribus violaceis. *Ehret. pict. t* 5. *f.* 1.
*Habitat in* Oruba *inſula americæ ſeptentrionalis.*

2. VERBENA diandra, ſpicis longiſſimis carnoſis nudis, foliis lanceolato-ovatis oblique dentatis, caule lævi. indica.
*Habitat in* Zeylona. ☉. *Dav. Royen.*
*Simillima V. jamaicenſi, ſed* Caulis *lævis abſque pilis.* Folia *glabra nec retrorſum ſcabra, magis lineata, non ſerrata, ſed dentibus obtuſis obliquis dentata; baſi ſenſim anguſtata, nec petiolis late marginatis.* Flores *cærulei antheris tantum duabus, reliquis Filamentis 2 caſtratis.*

3. VERBENA diandra, ſpicis longiſſimis carnoſis nudis, foliis ſpatulato-ovatis ſerratis, caule hirto. jamaicenſis.
Verbena foliis obtuſe ovalibus, ſpica carnoſa nuda. *Hort. cliff.* 10 *Roy. lugdb.* 327.
Verbena folio ſubrotundo ſerrato, flore cæruleo. *Sloan. hiſt.* 171. *t.* 107. *f.* 1.
*Habitat in* Jamaica & Caribæis. ♃. ☉.

4. VERBENA diandra, ſpicis ovatis, foliis lanceolatis ſerrato-plicatis, caule fruticoſo. *Roy. lugdb.* 327. ſtœchadifolia.
Sherardia nodiflora, ſtœchadis ſerratifolii folio. *Vaill. ſex.* 49.
Lavandula, foliis crenatis latioribus, americana fruteſcens. *Plum. ſpec.* 6. *ic.* 162. *f.* 1.
*Habitat in* Americæ *Gallia æquinoctialis.*

5. VERBENA diandra, ſpicis laxis, calycibus alternis priſmaticis truncatis ariſtatis, foliis ovatis obtuſis. priſmatica.
Verbena minima, chamædryos folio. *Sloan. jam.* 64. *hiſt* 1. *p.* 172. *t.* 107. *f.* 2.

Ver-

Verbena, ſcutellariæ f. caſſidæ folio, diſpermos americana. *Pluk. alm.* 382. *t.* 70. *f.* 1.
*Habitat in* Jamaica.

mexicana. 6. VERBENA diandra, ſpicis laxis, calycibus fructus reflexis rotundato didymis hiſpidis.
Verbena mexicana, trachelii folio, fructu aparines. *Dill. elth.* 407. *t.* 302. *f.* 389.
*Habitat in* Mexico. ♃
*Caulis tetragonus, marginibus ſcaber: Rami oppoſiti, ſuperne dichotomi, Racemi dichotomiæ longi. Folia cordata, oblonga, ſcabra, petiolis breviſſimis.*

lappulacea. 7. VERBENA diandra? calycibus ſubrotundis erectiuſculis, ſeminibus echinatis.
Scorodonia floribus ſpicatis purpuraſcentibus pentapetaloidibus. *Sloan. iam.* 66. *hiſt.* 1. *p.* 174. *t.* 110. *f.* 1.
Blairia. *Houſt. Amm. herb.* 277.
*Habitat in* Jamaica.

curaſſavica. 8. VERBENA diandra, ſpicis longis, calycibus ariſtatis, foliis ovatis argute ſerratis.
Veronicæ ſimilis fruticoſa curaſſavica. *Herm. parad.* 240.
Kæmpfera. *Houſt. m. ſſ.*
*Habitat in* Curaſſao *Americes.*

* *Tetrandræ.*

nodiflora. 9. VERBENA tetrandra, ſpicis capitato-conicis, foliis ſerratis, caule repente. *Fl. zeyl.* 399.
Verbena foliis verticaliter ovatis, ſpicis globoſis. *Hort. cliff.* 11.
Verbena foliis verticaliter ovatis, ſpicis ſolitariis ovatis. *Roy. lugdb.* 327.
Verbena caule repente, foliis oblongis ſuperne crenatis, pedunculis ſolitariis capitatis. *Gron. virg.* 7.
Verbena nodiflora. *Bauh. pin.* 269. *prodr.* 125.
*Habitat in* Virginia. ⊙

bonarienſis. 10. VERBENA tetrandra, ſpicis faſciculatis, foliis lanceolatis amplexicaulibus. *Hort. upſ.* 8.
Verbena foliis lanceolatis, floribus congeſtis faſtigiatis. *Hort. cliff.* 11. *Roy. lugd.* 326.
Verbena bonarienſis altiſſima, lavendulæ canarienſis folio, ſpica lavendulæ. *Dill. elth.* 406. *t.* 300. *f.* 387.
*Habitat in agro* Bonarienſi. ♃

11. VER-

11. VERBENA tetrandra, ſpicis longis acuminatis, foliis haſtatis. *Hort. upſ.* 8 haſtata.
Verbena foliis lanceolatis ſerratis, ſpicis filiformibus paniculatis. *Roy lugdb.* 327.
Verbena americana altiſſima, ſpica multiplici, urticæ foliis anguſtis, floribus cæruleis. *Herm. parad.* 242. *t.* 242.
*Habitat in* Canadæ *humidis.* ♃

12. VERBENA tetrandra, ſpicis filiformibus, foliis indiviſis lanceolatis ſerratis obtuſiuſculis ſubſeſſilibus. Carolina.
Verbena carolinenſis, meliſſæ folio aſpero. *Dill. elth.* 407. *t.* 301. *f.* 388.
Verbena caroliniana, folio integro ſerrato ſcabro. *Raj. ſuppl. app.* 249. *n.* 10.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ♃

13. VERBENA tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, foliis indiviſis ovatis ſerratis acutis petiolatis. *Hort. upſ.* 9. urticifolia.
Verbena foliis ovatis, caule erecto, ſpicis filiformibus paniculatis. *Hort. cliff.* 11. *Gron. virg.* 7. *Roy. lugdb.* 327.
Verbena recta canadenſis, urticæ foliis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 418. *ſ.* 11. *t.* 25. *f.* 3.
*Habitat in* Virginiæ, Canadæ *aridis.* ♃

14. VERBENA tetrandra, ſpicis filiformibus, foliis multifido-laciniatis, caulibus numeroſis. *Hort. upſ.* 8. ſpuria.
Veronica humilior, foliis inciſis. *Clayt. virg.* 8.
*Habitat in* Canada, Virginia. ♃

15. VERBENA tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule ſolitario. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 30. officinalis.
Verbena foliis multifido-laciniatis, ſpicis filiformibus. *Hort. cliff.* 11. *Fl. ſvec.* 1. *n.* 26. *Roy. lugdb.* 327. *Dalib. pariſ.* 9. *Sauv. monſp.* 279.
Verbena communis, flore cæruleo. *Bauh. pin.* 269.
Verbena recta. *Dod. pempt.* 150.
*Habitat in* Europæ *mediterraneæ ruderatis.* ☉

16. VERBENA tetrandra, ſpicis filiformibus ſolitariis, foliis bipinnatifidis. ſupina.
Verbena tenuifolia. *Bauh. pin.* 269.
Verbena ſupina. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 46.
*Habitat in* Hiſpania.

LY-

## LYCOPUS.

europæus. 1. LYCOPUS foliis ſinuato-ſerratis. *Fl. ſvec.* 2 *n.* 31.
Lycopus foliis indiviſis. *Fl. ſvec.* 1. *n.* 27. *Dalib. pariſ.* 9.
Lycopus. *Hort. cliff.* 11. *Roy. lugd.* 326.
Marrubium paluſtre glabrum. *Bauh. pin.* 230.
Sideritis matthioli. *Dalech. hiſt.* 1117
*Habitat in* Europæ *ripis humentibus.* ♃

virginicus. 2. LYCOPUS foliis æqualiter ſerrulatis.
Lycopus foliis lanceolatis tenuiſſime ſerratis. *Gron. virg.* 8.
*Habitat in* Virginia. ♃

## AMETHYSTEA.

cærulea. 1. AMETHYSTEA. *Hort. upſ.* 9. *Amoen. acad.* 386. *
Amethyſtina montana erecta, foliis exiguis digitatis trifidis ſerratis, floſculis cum coma e cæruleo-janthinis. *Amm. ruth.* 4. *Hall. act. upſ.* 1742. *p.* 51. *f.* 1.
*Habitat in* Sibiriæ *montoſis.* ⊙

## CUNILA.

mariana. 1. CUNILA foliis ovatis ſerratis, corymbis terminalibus dichotomis.
Satureja origanoides. *Sp. pl.* 1. *p.* 568.
Hedyoſmos. *Mitch. E. N. C.* 1748. *app.* 211.
Thymus foliis ovatis acuminatis ſerratis, corymbis lateralibus terminalibus pedunculatis. *Gron. virg* 64.
Calamintha mariana, mucronatis rigidioribus & crenatis foliis, floſculorum calyculis villis argenteis. *Pluk. mant.* 34. *t.* 344. *f.* 1.
Calamintha erecta virginiana, mucronato folio glabro. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 413 *ſ.* 11. *t.* 19. *f.* 7.
*Habitat in* Virginia. ♃

pulegioides. 2. CUNILA foliis oblongis unidentatis, floribus verticillatis.
Meliſſa pulegioides. *Sp. plant.* 1. *p* 593.
Meliſſa floribus verticillatis glomeratis ſecundum longitudinem caulis, foliis tomentoſis. *Gron. virg.* 167. *Kalm. it.* 2. *p.* 314.
*Habitat in* Virginiæ, Canadæ ſiccis. ⊙
Planta *ſpithamea, brachiata.* Folia *lanceolato-ovata,*

*ta, ſcabriuſcula, uno alterove dente notata: ſuperiora anguſtiora.* Verticilli *ſecundum totam longitudinem plantæ.* Calyx *decemſtriatus ſcaber: Labio ſuperiore trifido acuminato; inferiore ſetaceo.* Corolla *alba fauce violacea: Labio ſuperiore vix emarginato.* Stamina *duo corolla breviora, fertilia & Filamenta alia duo minora caſtrata.*

3. CUNILA foliis ovalibus integerrimis, floribus verticillatis, caule tetragono. thymoides.
Thymus pulegioides. *Sp. pl.* 1. *p.* 592.
Acinos thymi folio & facie, floribus inexpanſis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 404. *ſ.* 11. *t.* 19. *f.* 6.
*Habitat* Monſpelii. ⊙. *D. Sauvages.*
Habitus *præcedentis.* Caulis *erectus, ſpithameus. Ramis paucis ſimplicibus brevibus.* Folia *ovalia, obtuſa, glabra, ſubtus ſtriata.* Verticilli *ſecundum totam caulis longitudinem.* Stamina *inquirant in viva ejus conterranei.*

## ZIZIPHORA.

1. ZIZIPHORA capitulis terminalibus, foliis ovatis. capitata.
Ziziphora foliis lanceolatis, floribus terminatricibus. *Hort. cliff.* 305. *Roy. lugdb.* 313.
Clinopodium fiſtuloſum pumilum indiæ occidentalis, ſummo caule floridum. *Pluk. alm.* 111. *t.* 164. *f.* 4.
Thymus humilis latifolius. *Buxb. cent.* 3. *p.* 28. *t.* 51. *f.* 1.
*Habitat in* Syria, Armeria. ⊙

2. ZIZIPHORA foliis ovatis, floribus racemoſo-ſpicatis, bracteis obovatis nervoſis acutis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 263. * hiſpanica.
*Habitat in* Hiſpania. ⊙

3. ZIZIPHORA floribus lateralibus, foliis lanceolatis. tenuior.
Ziziphora foliis lanceolatis, floribus ex alis. *Hort. cliff.* 305.
Ziziphora foliis lanceolatis, floribus lateralibus. *Roy. lugdb.* 313. *Hort. upſ.* 9.
Acinos ſyriaca, folio mucronato, capſulis hirſutis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 404. *ſ.* 11. *t.* 19. *f.* 3. 4.
*Habitat in* Syria? ⊙

4. ZIZIPHORA floribus lateralibus, foliis ovatis. acinoides.

Cli-

Clinopodium ſupinum incanum. *Amm. ruth.* 66.
*Habitat in* Sibiria. ☉
*Habitus Thymi Acinos, ſed majora quintuplo omnia. Folia Z. capitatæ; Flores laterales ut in Z. tenuiore, ſed copioſiores. Calyces ſimiliter hiſpidi;* ſtamina *extra corollæ tubum protruſa.*

## MONARDA.

fiſtuloſa. 1. MONARDA capitulis terminalibus, caule obtuſ-angulo. *Hort upſ.* 12. *Mill. dict. t.* 122. *f.* 2.
Monarda floribus capitatis, caule obtuſo. *Vir. cliff.* 3. *Roy. lugdb.* 313.
Monarda. *Hort. cliff.* 11.
Origanum fiſtuloſum canadenſe. *Corn. canad.* 13. *t.* 14.
β. Monarda mollis. *Amoen acad.* 3. *p.* 399.
Clinopodium majus virginienſe, foliis minus hirtis acutioribus, floribus fiſtuloſis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 374.
*Habitat in* Canada. ♃

didyma. 2. MONARDA floribus capitatis ſub-didynamis, caule acutangulo. *Mill. ic.* 122. *f.* 1.
Monarda caule acute angulato, capitulis terminalibus. *Hort. cliff.* 495. *Cold. noveb.* 7.
Monarda floribus capitatis verticillatisque, caule acute angulato, foliis lanceolato ſerratis glabris. *Büttn. cun.* 226.
*Habitat in* Penſilvania, Noveboraco.

clinopodia. 3. MONARDA floribus capitatis, foliis læviſſimis ſerratis.
Monarda foliis ovato-lanceolatis, verticillis lateralibus dichotomis corymboſis, foliis inæqvaliter ſerratis. *Gron. virg.* 9.
*Habitat in* Virginia. ♃
*Radix repens. Facies plantæ præcedentis quoad ſtaturam, at folia gerit Clinopodii incani omnino; neque huic ſpica rubra ſed purpurea, nec flores tetrandri; foliisque glaberrimis diſtincta a prima; Folia ovato-oblonga, acuminata, profunde ſerrata, petiolata, utrinque lævia. Caulis quadrangularis, magis quam in prima, minus argute quam in ſecunda. Flores in capitulum bracteis radiatum, pallidi.*

punctata. 4. MONARDA floribus verticillatis, corollis punctatis. *Hort. upſ.* 12.

Mo-

Monarda floribus verticillatis. *Hort. cliff* 495. *Gron. virg.* 9. *Roy. lugdb.* 313.
Clinopodium virginianum anguſtifolium, quovis verticillo duodecim foliolis rubentibus cincto. *Pluk. alm.* 111. *t.* 24 *f.* 1.
*Habitat in* Virginia. ⊙

5. MONARDA floribus verticillatis, corollis involucro longioribus. ciliata.
Monarda ſpica interrupta, involucris longitudine verticillorum lanceolatis *Gron. virg.* 9. *
Clinopodium anguſtifolium non ramoſum, flore cæruleo: labio trifido atro purpureis maculis ornato. *Pluk. alm.* 10. *t.* 164. *f.* 3. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 374. *ſ.* 11. *t.* 8. *f.* 6.
*Habitat in* Virginia.

## ROSMARINUS.

1. ROSMARINUS. *Hort. cliff.* 14. *Hort. upſ.* 11. *Mat med* 16. *Roy. lugdb.* 310. officinalis.
Rosmarinus ſpontaneus, latiore folio. *Bauh. pin* 217.
β. Rosmarinus hortenſis, anguſtiore folio. *Bauh pin.* 217.
*Habitat in* Hiſpaniæ, G. narbonenſis, Italiæ, orientis, Galilææ *collibus.* ♄

## SALVIA.

1. SALVIA foliis lineari-lanceolatis denticulatis, floribus pedunculatis *Hort cliff.* 13 * *Roy. lugdb.* 309. ægyptiaca.
Horminum ægyptium minimum ramoſiſſimum. *Lippi. Boerh. lugdb.* 1. *p.* 66.
*Habitat in* Ægypto.

2. SALVIA foliis lanceolatis, calycibus diphyllis. cretica.
*Habitat in* Creta.

3. SALVIA foliis radicalibus lyratis dentatis, corollarum galea breviſſima. lyrata.
Salvia corollarum labio ſuperiore breviore; fauce patente. *Gron. virg.* 8.
Salvia foliis ſinuato-ſerratis glabris, calyce piloſo viſcido, corolla vix calycem ſuperante. *Linn. gœt* 298?
Horminum virginianum, caule aphyllo, foliis quercinis, tubuloſo longo flore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 395. *ſ.* 11. *t.* 13. *f.* 27.
*Habitat in* Virginia.

officinalis. 4. SALVIA foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus acutis. *Hort. cliff.* 12. *Hort. upſ.* 10. *Mat. med.* 13. *Roy. lugdb.* 307. *Sauv. monſ.* 143.
Salvia major. *Baub. pin.* 237.
β. Salvia minor aurita & non aurita. *Baub. pin.* 237.
*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♄

pomifera. 5. SALVIA foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus obtuſis. *Hort. cliff.* 12. *Roy. lugdb.* 307.
Salvia cretica fruteſcens pomifera, foliis longioribus incanis & criſpis. *Tournef. cor.* 10. *itin.* 1. *p.* 92. *t.* 92.
Salvia baccifera. *Baub. pin.* 237.
*Habitat in* Creta.

urticifolia. 6. SALVIA foliis ovato-oblongis duplicato-ſerratis, calycibus tridentatis: lacinia ſumma tridentata. *Gron. virg.* 8.
Horminum minus, betonicæ folio, flore purpureo. *Pluk. amalt.* 119. *t.* 420. *f.* 1.
Horminum virginianum erectum, urticæ foliis, flore minore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 395. *ſ.* 11. *t.* 13. *f.* 31.
*Habitat in* Virginia, Florida.

viridis. 7. SALVIA foliis oblongis crenatis, corollarum galea ſemi-orbiculata, calycibus fructiferis reflexis.
Salvia foliis ovato-oblongis obtuſis æqualiter crenatis, corollarum galea ſemi-orbiculata. *Hort. upſ.* 11. *
Horminum coma viridi. *Tournef. inſt.* 178.
*Habitat* - - - - ⊙

Horminum. 8. SALVIA foliis obtuſis crenatis, bracteis ſummis ſterilibus majoribus coloratis. *Vir. cliff.* 4. *Hort. cliff.* 12. *Mat. med.* 14. *Roy. lugdb.* 310.
Horminum ſativum. *Baub. pin.* 238.
Orminum verum matthioli. *Geſn. faſc.* 17. *t.* 11. *f.* 21.
*Habitat in* Græcia, Apulia. ⊙

ſylveſtris. 9. SALVIA foliis cordato-lanceolatis undatis biſerratis maculatis acutis, bracteis coloratis flore brevioribus.
Horminum ſylveſtre ſalvifolium majus maculatum. *Baub. pin.* 239.
Horminum ſylveſtre v. altera ſpecies *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 31.
*Habitat in* Auſtriæ *inferioris*, Bohemiæ *agrorum marginibus, vineis.* ♃

10. SAL-

10. SALVIA foliis cordato-lanceolatis ſerratis planis, bracteis coloratis, corollæ labio infimo reflexo. nemoroſa.
Salvia foliis cordato-lanceolatis ſimpliciter ſerratis, ſtaminibus galeam æquantibus. *Linn. gœt.* 297.
Horminum ſylveſtre ſalvifolium minus. *Bauh. pin.* 239.
Sclarea, folio ſalviæ, minor ſ. glabra. *Tournef inſt.* 180.
*Habitat in* Auſtria, Tartaria. ♂
Folia *Radicalia cordata; Caulina ovato-lanceolata, æqualiter ſerrata, ſupra nuda, ſubtus ſubtomentoſa.* Spicæ *ante floreſcentiam exacte tetragonæ bracteis coloratis flore brevioribus.* Corollæ *punctis impalpabilibus adſperſæ; Labii inferioris medius lobus arcte ſub calyce reflexus.*

11. SALVIA foliis cordato-ovatis rugoſis tomentoſis, calycibus hiſpidis, radice tuberoſa. † hæmatodes.
Horminum ſanguineum, aſphodeli radice. *Triumph. obſ.* 69. *t.* 69.
Horminum ſylveſtre maculatum tuberoſum. *Honuphr.*
Horminum ſylveſtre majus hæmatodes glabrum, flore cæruleo, italicum. *Barr. rar.* 234. *t.* 185.
*Habitat in* Italia ♃
*Habitus Phlomidis, ſed teneritudo Salviæ; Calyces pilis rectis exſtantibus undique hiſpidi ſunt.*

12. SALVIA foliis cordato-oblongis: ſummis amplexicaulibus, verticillis ſubnudis, corollis galea glutinoſis. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 32. pratenſis.
Salvia foliis ovatis inciſo-crenatis, verticillis ſubnudis. *Hort. cliff.* 12. *Fl. ſvec.* 1. *n.* 28. *Hort. upſ.* 10. *Roy. lugdb.* 310. *Dalib pariſ.* 10.
Horminum pratenſe, foliis ſerratis. *Bauh. pin.* 238.
Horminum ſylveſtre. *Camer. epit.* 629.
β Salvia *agreſtis* foliis cordatis: ſummis amplexicaulibus, corollarum galea labium æquante. *Amœn. acad.* 3. *p.* 399
Horminum pratenſe niveum, foliis incanis. *Bauh. pin.* 238.
*Habitat in* Europæ *pratis.* ♃

13. SALVIA foliis cordatis obtuſis crenatis ſubtomentoſis, corollis calyce anguſtioribus. dominica.
*Habitat in* Domingo.

14. SALVIA foliis ſerratis ſinuatis læviuſculis, corollis verbenaca.

 caly-

calyce anguſtioribus. *Virid. cliff.* 17. *Gron. virg.* 8. *Roy. lugdb.* 309. *Dalib. pariſ.* 9. *Sauv. monſp.* 278.
Salvia foliis pinnatim inciſis glabris. *Hort. cliff.* 12.
Horminum ſylveſtre, lavendulæ flore. *Bauh. pin.* 239. *Raj. hiſt.* 545.
Horminum ſylveſtre minus, inciſo folio, flore azureo. *Barr. ic.* 208.
Horminum, verbenacæ laciniis, anguſtifolium. *Triumf. obſ.* 66. *t.* 66.
*Habitat in* Europæ & Orientis *paſcuis.* ♃

clandeſtina. 15. SALVIA foliis ſerratis pinnatifidis rugoſiſſimis, ſpica obtuſa, corollis calyce anguſtioribus.
Horminum ſylveſtre, inciſo folio, cæſio flore, italicum. *Barr. rar.* 24. *t.* 220.
*Habitat in* Italia. ♂
Caules *tetragoni, obtuſi, villoſi, adſcendentes, ſpithamæi: Ramis ſuperne ſæpius duobus.* Folia *oblonga, pinnato-ſinuata, rugoſiſſima, crenata, obtuſa, petiolata, in caule* 2. *ſ.* 3. *paribus.* Spica *truncata verticillis remotis.* Bracteæ *cordatæ, triflora.* Calyces *pilis glutinoſis, labio ſuperiore plicato.* Corolla *violacea, vix calyce duplo longior; labii inferioris medio lobo albo.*

pyrenaica. 16. SALVIA foliis obtuſis eroſis, ſtaminibus corolla duplo longioribus. *Roy lugdb.* 309.
Horminum pyrenaicum glutinoſum anguriæ folio. *Herm. parad.* 187. *t.* 187.
*Habitat in* Pyrenæis.

diſermas. 17. SALVIA foliis cordato-oblongis eroſis, ſtaminibus corollam æquantibus.
Horminum ſylveſtre majus, flore albo, integris foliis. *Barr. ic.* 187. bona.
*Habitat in* Syria. ♃
Caules *pedales, villoſi.* Folia *cordata, oblonga, tomentoſa, rugoſa, margine eroſa, grato gravi odore.* Bracteæ *cordatæ, villoſæ, piloſo-viſcidæ.* Corollæ *albæ.* Stamina *longitudine corollæ, Antheris luteis.* Calyces *bilabiati*

ſyriaca. 18. SALVIA foliis cordatis dentatis: inferioribus repandis, bracteis glabris acutis cordatis, calycibus tomentoſis.
Horminum ſyriacum *Bauh. pin.* 238. *prodr.* 114. *t.* 114.

*Ha-*

*Habitat in* Oriente, Palæſtina, *Haſſelquiſt.*
*Statura S. pratenſis.* Caules *obtuſe angulati.* Folia *cordata, rugoſiſſima, ſubtomentoſa, repanda, dentata, obtuſe crenata.* Panicula *brachiata, virgata.* Bracteæ *calyce breviores, cordatæ.* Calyces *quinquefidi, æquales, acuminati, tomentoſi.* Corollæ *albæ.* Stylus *galea duplo longior.*

19. SALVIA foliis ovatis utrinque acuminatis ſerratis. **mexicana.**
*Hort. cliff.* 13. *Roy. lugdb.* 308.
Sclarea mexicana altiſſima, facie heliotropii. *Dill. elth.* 339. *t.* 254. *f.* 330.
*Habitat in* Mexici *humentibus.* ♄

20. SALVIA foliis ovatis, petiolis utrinque mucronatis, ſpicis imbricatis, calycibus trifidis. *Kniph. orig. t.* 2. **hiſpanica.**
Horminum ſylveſtre, lavendulæ flore. *Baub. pin.* 239?
Sclarea hiſpanica. *Tabern. hiſt.* 764. *ic.* 374.
*Habitat in* Italia. *D. Rathgeb*; in Hiſpania. *Læfling.* ⊙
*Caulis ſeſquipedalis, tetragonus, obtuſus, quadriſulcatus, ſuperne pilis reflexis albis veſtitus. Folia ovata, acuta, rugoſa, ſerrata, baſi acuta; petiolis baſi utrinque obtuſo mucrone prominentibus. Spica tetragona, imbricata. Bracteis ovatis, longitudine calycum, ciliatis. Calyces ſub ſingula ſquama ſæpe* 5, *ore tridentati, acuti, dente ſuperiore ſolitario; inferioribus duobus. Corolla cærulea: limbo longitudine calycis: galea breviore, ſubvilloſa; labio inferiore trifido, obtuſo, integerrimo, baſi maculis* 2, *pallidis.*

21. SALVIA foliis cordatis acute crenatis: ſummis ſeſſilibus, verticillis ſubnudis remotiſſimis. *Roy. lugdb.* 15. **indica.**
Sclarea indica, floribus variegatis. *Tournef. inſt.* 179.
*Habitat in* India.

22. SALVIA foliis cordatis crenato-dentatis, verticillis ſubnudis, ſtylo corollarum labio inferiore incumbentibus. *Hort. upſ.* 11. * **verticillata.**
Salvia foliis cordato-ſagittatis dentatis. *Hort. cliff.* 495. *Roy. lugdb.* 309.
Horminum ſylveſtre latifolium verticillatum. *Baub. pin.* 238.
Horminum ſylveſtre tertium. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 29.
*Habitat in* Auſtriæ, Miſniæ *cultis & ruderatis.* ⊙

23. SALVIA foliis cordato-ſagittatis ſerratis acutis. *Hort. cliff.* 13. *Hort. upſ.* 11. *Roy. lugdb.* 308. *Sauv. monſp.* 146. **glutinoſa.**

 Hor-

Horminum luteum glutinoſum. *Bauh. pin.* 238.
Horminum ſylveſtre ſecundum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 29.
*Habitat in* Europæ *lutoſis.* ♃

canarienſis. 24. SALVIA foliis haſtato-triangularibus oblongis crenatis obtuſis. *Hort. cliff.* 13. *Hort. upſ.* 10. *Roy. lugdb.* 308.
Horminum canarienſe tomentoſum, haſtato folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 394. *ſ.* 11. *t.* 13. *f.* 17.
*Habitat in* Canariis. ♄

africana. 25. SALVIA foliis ſubrotundis ſerratis: baſi truncatis dentatis. *Hort. cliff.* 13. *Roy. lugdb.* 308.
Salvia africana fruteſcens, folio ſcorodoniæ, flore violaceo. *Comm. hort.* 2. *p.* 181. *t.* 91.
Horminum haſtatis amplioribus foliis, caulibus & pediculis araneoſa lanugine. *Pluk. alm.* 185. *t.* 301. *f.* 2.
*Habitat in* Cap. b. ſpei, *locis argilloſis.* ♄

aurea. 26. SALVIA foliis ſubrotundis integerrimis: baſi truncatis dentatis. *Hort. cliff.* 13. *Roy. lugdb.* 308.
Salvia africana fruteſcens, folio ſubrotundo glauco flore magno aureo. *Comm. hort.* 2. *p.* 183. *t.* 92.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei *juxta rivulos.* ♄

Sclarea. 27. SALVIA foliis rugoſis cordatis oblongis villoſis, ſerratis, bracteis floralibus calyce longioribus concavis acuminatis. *Hort. cliff.* 12. *Hort. upſ.* 10. *Mat. med.* 15. *Roy. lugdb.* 309. *Dalib. pariſ.* 9.
Salvia foliis cordato-ovatis obſcure undulatis, foliolis floralibus lanceolato-concavis. *Guett. ſtamp.* 263.
Horminum Sclarea dictum. *Bauh. pin.* 228.
Orvala. *Dod. pempt.* 292.
*Habitat in* Syria, Italia. ♂

argentea. 28. SALVIA foliis oblongis dentato-angulatis lanatis, verticillis ſummis ſterilibus, bracteis concavis.
Sclarea ſicula, folio argenteo ſubrotundo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 163.
Æthiopis tota argentea cretica lanuginoſa. *Cup. cath.*
*Habitat in* Creta. ♂
*Media inter S. Sclaream & Æthiopem.* Folia *eroſa, in ſterili herba maxime tomentoſa.* Panicula *minus brachiata, pubeſcens, viſcoſa, ramorum ſummitatibus ſterilibus, quaſi ſpinoſis.* Bracteæ *concavæ, muticæ.* Corolla *alba galea purpuraſcenti-pubeſcente; labio flavicante.* Stylus *corolla longior.*

29.

29. SALVIA foliis oblongis eroſis lanatis, verticillis lanatis, bracteis recurvatis ſubſpinoſis. *Æthiopis.*
Salvia foliis lanceolatis ſinuato-dentatis: floralibus verticillos comprimentibus. *Hort. cliff.* 13. *Roy. lugdb.* 308.
Æthiopis foliis ſinuoſis. *Baub. pin.* 241.
β. Æthiopis laciniatis foliis *Barr. rar.* 24. *t.* 188.
γ. Marum ægypticum. *Veſl. alp* 212. *t.* 212.
*Habitat in* Illyria, Græcia, Africa. ♂
*Labium inferius antice cohæret & ſaccum format.*

30. SALVIA foliis rugoſis pinnatifidis lanatis: verticillis ſummis ſterilibus. *ceratophylla*
Salvia foliis ſimplicibus dentato-pinnatis aſperis. *Hort. cliff.* 13. *Roy. lugdb.* 308.
Salvia foliis ſimplicibus dentato-pinnatis rugoſis verrucoſis. *Hort. upſ.* 10.
Horminum rugoſo verrucoſoque folio cornu cervi exprimente. *Pluk. alm.* 186. *t.* 194. *f.* 5. *Herm. parad.* 186. *t.* 186. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 393. *ſ.* 11. *t.* 13. *f.* 6.
*Habitat in* Perſia. ♂

31. SALVIA foliis compoſitis pinnatis. *Hort. cliff.* 13. *Roy. lugdb.* 309. *pinnata.*
Salvia orientalis latifolia hirſutiſſima viſcoſa pinnata, flore & calyce purpureis, inodora. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 167. *t.* 167.
Horminum arabicum, alatis foliis, flore rubello. *Pluk. alm.* 186. *t.* 194. *f.* 6.
*Habitat in* Oriente & Arabia.

32. SALVIA foliis cordatis inæqualiter baſi exciſis, caule ſubnudo, ſpicis ante floreſcentiam cernuis. *nutans.*
Salvia foliis cordatis obtuſe crenatis, ſpicis florum nutantibus. *Act. petrop.* 1747. *p.* 378. *t.* 14.
*Habitat in Imperio* Rutheno. ♃

## COLLINSONIA.

1. COLLINSONIA. *Hort. cliff.* 14. *t.* 5. *Cold. noveb.* 8. *Kalm. it.* 2. *p.* 317. *canadenſis.*
*Habitat in* Virginiæ, Canadæ *ſylvis.* ♃

## MORINA.

1. MORINA. *Hort. cliff.* 14. *Roy. lugdb.* 236. *perſica.*
Morina orientalis, carlinæ folio. *Tournef. cor.* 48. *itin.* 3. *p.* 132. *t.* 132.
*Habitat in* Perſia *ad Hiſpaham.* ♃

# *DIGYNIA.*

## ANTHOXANTHUM.

odoratum. 1. ANTHOXANTHUM ſpica ovato-oblonga, floſculis ſubpedunculatis ariſta longioribus.
Anthoxanthum floſculis diandris. *Hort. cliff.* 25. *Roy. lugdb.* 58.
Anthoxanthum. *Fl. ſvec.* 29. 33. *Dalib. pariſ.* 10.
Gramen pratenſe, ſpica flaveſcente. *Baub. pin.* 3. *Scheuchz. gram.* 88.
*Habitat in* Europæ *pratis.* ♃

indicum. 2. ANTHOXANTHUM ſpica lineari, floſculis ſeſſilibus ariſta brevioribus *Fl. zeyl.* 25. *
*Habitat in* India.

paniculatum. 3. ANTHOXANTHUM floribus paniculatis. *Amœn. acad* 1. 145.
Gramen ſparteum, panicula flaveſcente. *Rudb. elyſ.* 1. *f* 14.
*Habitat in* Europa *auſtraliore: ut in Horto Dei Monſpelienſi.*
*Gramen in vivo ulterius examinandum iis, quibus adeſt. Facies eſt Anth. odorati. Calyces quadriflori, Flores mutici.*

# *TRIGYNIA.*

## PIPER.

nigrum. 1. PIPER foliis ovatis ſubſeptemnerviis glabris, petiolis ſimpliciſſimis. *Fl. zeyl.* 26. * *Mat. med.* 26.
Piper rotundum nigrum. *Baub. pin.* 411. *Pluk. alm.* 297. *t.* 437. *f.* 1. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 602. *ſ.* 15. *t.* 1. *f.* 1.
Malago-codi. *Rheed. mal.* 7. *p.* 23. *t.* 12.
*Habitat in* India. ♄

Betle. 2. PIPER foliis ovatis oblongiuſculis acuminatis ſeptinerviis, petiolis bidentatis. *Fl. zeyl.* 27. *
Piper qui Saururus foliis ſeptinerviis oblongo-acuminatis. *Burm. zeyl* 193. *t.* 82. *f.* 2.
Beetla-codi *Rheed. mal.* 7. *p.* 29. *t.* 15.
*Habitat in* India. ♄

3. PI-

3. PIPER foliis ovatis acutiuſculis ſubtus ſcabris; nervis quinque ſubtus elevatis. *Fl. zeyl.* 26. * Malamiri.
Sirium *Rumph. amb.* 5. *p.* 336. *t.* 116. *f.* 2.
Amalago. *Rheed. mal* 7. *p.* - - - *t.* 16.
*Habitat in* India *utraque.*

4. PIPER foliis cordatis ſubſeptinerviis venoſis. *Fl. zeyl.* 29. * Siriboa.
Siriboa. *Rumph. amb.* 5. *p.* 340. *t.* 117. *f.* 2.
Betela quem Sirii-boa vocant. *Bont. jav.* 91. *t.* 91.
*Habitat in* India.

5. PIPER foliis cordatis petiolatis ſeſſilibusque. *Fl. zeyl.* 30. * *Mat. med.* 20. longum.
Piper longum orientale *Bauh. pin.* 412.
Piper longum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 333. *t.* 116. *f.* 2.
Piper longum, piſtolochiæ foliis absque pediculis, maderaſpatanum. *Pluk. alm.* 297. *t.* 104. *f.* 4.
Cattu-tirpali. *Rheed. mal.* 7. *p.* 27. *t.* 14.
*Habitat in* India.

6. PIPER foliis lanceolato-ovatis quinquenerviis rugoſis. Amalago.
Piper longum arboreum altius, folio nervoſo minore, ſpica gracili & breviore. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 134. *t.* 87. *f.* 1.
Piper frutex, ſpica longa gracili. *Pluk. alm.* 297. *t.* 215. *f.* 2.
Piper longum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 333. *t.* 116. *f.* 1.
Saururus foliis lanceolato-ovatis quinquenerviis rugoſis. *Hort. cliff.* 140.
*Habitat in* Jamaica.

7. PIPER foliis cordatis novem-nerviis reticulatis. decumanum
Saururus fruteſcens foliis plantagineis, fructu breviori. *Plum. amer.* 59. *t.* 76.
Sirum decumanum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 45. *t.* 27.
*Habitat in* Indiis. ♄
*Affinis nimis* P. reticulato, *ut fere varietas.*

8. PIPER foliis cordatis ſeptemnerviis reticulatis. reticulatum.
Saururus botryoides major arboreſcens, foliis plantagineis. *Plum. amer.* 57. *t.* 75.
Jaborandi. *Marcgr. braſ.* 37. *Piſ. braſ.* 97.
*Habitat in* Martinica, Braſilia.

9. PIPER foliis ovato lanceolatis: nervis alternis, ſpicis uncinatis. aduncum.
Piper longum, folio nervoſo pallide viridi, humilius. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 135. *t.* 87. *f.* 2.

Saururus foliis ovato-lanceolatis: nervis alternis. *Hort. cliff.* 140. *Roy. lugdb.* 8.
Saururus arboreſcens, fructu adunco. *Plum. amer.* 58. *t.* 77.
*Habitat in* Jamaica.

pellucidum. 10. PIPER foliis cordatis petiolatis, caule herbaceo.
Piper foliis cordatis, caule procumbente. *Hort. cliff.* 6. *t.* 4. * *Roy. lugdb.* 8.
Saururus minor procumbens botryitis, folio craſſo cordato. *Plum. amer.* 54. *t.* 72.
*Habitat in* America *calidiore.* ⊙

acuminatum. 11. PIPER foliis lanceolato-ovatis nervoſis carnoſis.
Saururus alius humilis, folio carnoſo & acuminato. *Plum. amer.* 54. *t.* 71.
*Habitat in* America *calidiore.*

obtuſifolium. 12. PIPER foliis obovatis enerviis.
Saururus humilis, folio carnoſo ſubrotundo. *Plum. amer.* 53. *t.* 70.
*Habitat in* America *calidiore.*

rotundifolium. 13. PIPER foliis orbiculatis ſolitariis carnoſis.
Saururus repens, folio orbiculari nummulariæ facie. *Plum. amer.* 52. *t.* 69.
Piper longum minimum herbaceum ſcandens rotundifolium. *Sloan. jam.* 45. *hiſt.* 1. *p.* 137.
*Habitat in* America *calidiore.*

maculoſum. 14. PIPER foliis peltatis ovatis.
Saururus hederaceus, caulibus maculoſis, major. *Plum. amer.* 60. *t.* 66.
*Habitat in* Domingo.

pelatum. 15. PIPER foliis peltatis orbiculato-cordatis obtuſis repandis, ſpicis umbellatis.
Saururus arboreſcens, foliis amplis rotundis & umbilicatis. *Plum. amer.* 56. *t.* 74.
Lomba. *Rumph. amb.* 6. *p.* 133. *t.* 59. *f.* 1.
*Habitat in* Indiis.

diſtachyon. 16. PIPER foliis ovatis, ſpicis conjugatis.
Saururus hederaceus, caulibus maculoſis, minor. *Plum. amer.* 51. *t.* 67.
*Habitat in* Americæ *Gallia* æquinoctiali.

17. PI-

17. PIPER foliis cordatis ſubrotundis acutis venoſis, ſpicis umbellatis. umbellatum
Saururus arboreſcens, foliis amplis cordatis non umbilicatis. *Plum. amer.* 53. *t.* 73.
*Habitat in* Domingo.

18. PIPER foliis ternis ſubrotundis. trifolium.
Saururus hederaceus triphyllus, folio rotundo. *Plum. amer* 52. *t.* 68.
*Habitat in* Americæ *Gallia æquinoctiali.*

19 PIPER foliis quaternis cuneiformibus ſeſſilibus. quadrifolium.
Saururus repens tetraphyllus, folio craſſiore. *Plum. ic.* 218. *t.* 242 *f* 2.
*Habitat in* America *meridionali.*

20. PIPER foliis verticillatis ovatis trinerviis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 391. * verticillatum.
Saururus erectus minor, foliis orbiculatis verticillatis tumentibus, ſpicis terminalibus. *Brown. jam.* 204.
*Habitat in* Jamaica. ⊙.

*Clas-*

*Claſſis III.*

# TRIANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### VALERIANA.

rubra. 1. VALERIANA floribus monandris caudatis, foliis lanceolatis integerrimis. *Hort. cliff.* 15. *Hort. upſ.* 14. *Roy. lugb.* 235. *Dalib. pariſ.* 12.
Valeriana rubra. *Bauh. pin.* 165.
Valeriana marina latifolia major rubra. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 102. *ſ.* 7. *t.* 14. *f.* 15.
β. Valeriana rubra anguſtifolia. *Bauh pin.* 165. *prodr.* 88. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 211.
*Habitat in* Galliæ, Helvetiæ, Italiæ, Orientis *ruderatis.* ♃

calcitrapa. 2. VALERIANA floribus monandris, foliis pinnatifidis. *Hort. upſ.* 14.
Valeriana foliis pinnato-laciniatis, floribus monandris. *Virid. cliff.* 4. *Hort. cliff.* 16. *Roy. lugdb.* 235. *Sauv. monſp.* 275.
Valeriana foliis calcitrapæ. *Bauh. pin.* 164. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 101. *ſ.* 7. *t.* 14 *f.* 7.
Valeriana ſylveſtris, foliis tenuiſſime diviſis. *Bauh. pin.* 165.
Valeriana annua ſ. æſtiva. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 54.
*Habitat in* Luſitania, oriente. ☉

cornucopiæ. 3. VALERIANA floribus diandris ringentibus, foliis ovatis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 15. *Hort. upſ.* 13. *Roy. lugdb.* 235.
Valeriana peregrina purpurea albave. *Bauh. pin.* 164. *prodr.* 87.
Valeriana indica. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 54.
Pſeudo-Valeriana cornucopioides annua purpurea. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 104. *ſ.* 7. *t.* 16. *f.* 27.
*Habitat in* Americæ, Mauritaniæ, Siciliæ, Hiſpaniæ *arvis.* ☉

dioica. 4. VALERIANA floribus triandris dioicis, foliis pinnatis integerrimis.

Vale-

Valeriana dioica. *It. œl.* 46. *Fl. ſvec.* 31. 35. *Dalib. pariſ.* 11.
Valeriana, foliis caulinis pinnatis, ſexu diſtincta. *Hort. cliff.* 16
Valeriana, foliis caulinis pinnatis, polygama. *Vir. cliff.* 5. *Roy lugdb.* 235.
Valeriana paluſtris minor. *Baub. pin.* 164.
Valeriana paluſtris inodora parum laciniata. *Baub. pin.* 86.
Valeriana alpina minor. *Baub pin.* 165. *prodr.* 87.
Valeriana pratenſis minor. *Moriſ. umb. t.* 10. *d. e.*
*Habitat in* Europæ & Orientis *campis uliginoſis.* ♃

5. VALERIANA floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Mat. med.* 21. *Hort. cliff.* 15. *Fl. ſvec.* 30; 34. *Roy. lugd.* 234. *Dalib. pariſ.* 11. officinalis.
Valeriana paluſtris major. *Baub. pin.* 164. *prodr.* 86.
Valeriana ſylveſtris major. *Baub. pin.* 164. *Fl. lapp.* 13.
Valeriana ſylveſtris. *Dod. pempt.* 349.
*Habitat in* Europæ *nemoribus paludoſis.* ♃

6. VALERIANA floribus triandris, foliis caulinis pinnatis; radicalibus indiviſis. *Hort. upſ.* 13. *Mat. med.* 22. Phu.
Valeriana foliis infimis integris; proximis laciniatis; caulinis pinnatis. *Hort cliff.* 15. *Roy. lugdb.* 234.
Valeriana hortenſis. *Baub. pin.* 164.
*Habitat in* Alſatia. ♃
*Caule non ſulcato & foliolis exterioribus majoribus a V. officinali etjam differt.*

Valeriana elongata floribus triandris; foliis radicalibus ovatis; caulinis cordatis sessilibus inciso-sub-hastatis. App. 1664. In Alpibus.

7. VALERIANA floribus triandris, foliis dentatis: radicalibus cordatis; caulibus ternatis ovato-oblongis. tripteris.
Valeriana floribus triandris, foliis radicalibus cordatis, aliis laciniatis. *Sauv. monſp.* 276.
Valeriana alpina prima. *Baub. pin.* 165. *prodr.* 86. *t.* 86.
Valeriana alpina altera. *Baub. pin.* 165.
Valeriana alpina minor, planta palmaris. *Pluk. alm.* 380. *t.* 231. *f.* 7.
Valeriana minima, planta uncialis. *Pluk. alm.* 380. *t.* 231. *f.* 8.
*Habitat in alpibus* Helvetiæ.
*Involucra propria ſunt diphylla, ſetacea.* ♃

8. VALERIANA floribus triandris, foliis ovato-oblongis ſubdentatis, caule ſimplici. montana.

Va-

Valeriana foliis omnibus integris ex ovato-acuminatis leviter dentatis. *Hall helv.* 664. *it.* 8.
Valeriana montana, ſubrotundo folio. *Bauh. pin.* 165.
Valeriana alpina, ſcrophulariæ folio. *Bauh. pin.* 164. *prodr.* 87. *
Nardo celticæ ſimilis inodora. *Bauh. pin.* 165.
*Habitat in alpibus* Helveticis, Rhæticis, Pyrenæis. ♃

celtica. 9.* VALERIANA floribus triandris, foliis ovato-oblongis obtuſis integerrimis. *Mat. med.* 23.
Valeriana foliis ovatis obtuſis minime dentatis. *Hall. helv.* 664.
Nardus ex apulia. *Bauh. pin.* 165.
Nardus celtica dioſcoridis. *Bauh. pin.* 165.
Nardus celtica altera. *Bauh. pin.* 166.
Nardus celtica. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 205.
Spica celtica faſtigio floſculorum ordine differens. *Cam. epit.* 14.
*Habitat in alpibus* Helvetiæ, Valeſiæ. ♃

tuberoſa. 10. VALERIANA floribus triandris, foliis lanceolatis integerrimis: caulinis baſi pinnatis.
Nardus montana, radice olivari. *Bauh. pin.* 165.
β. Nardus montana, radice oblonga. *Bauh. pin.* 165.
Nardus montana, longius radicata. *Cam. epit.* 16.
*Habitat in* Dalmatia, Sicilia, Galloprovincia. ♃

ſaxatilis. 11. VALERIANA floribus triandris, foliis ſubdentatis: radicalibus ovatis, caulinis lineari-lanceolatis.
Valeriana alpina nardo celticæ ſimilis *Bauh. pin.* 165.
Valeriana ſylveſtris alpina 2. ſaxatilis. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 56. *bona*
Valeriana alpina nardo celticæ ſimilis inodora. *Pluk. alm.* 380 *t.* 232. *f.* 2.
Nardo Celticæ ſimilis inodora. *Bauh. pin.* 165. *prodr.* 88. *Burſ. VIII*: 122.
*Habitat in alpibus* Siriæ, Auſtriæ. Baldi, Montalbani *Italiæ*. ♃

pyrenaica. 12. VALERIANA floribus triandris, foliis caulinis cordatis ſerratis petiolatis: ſummis ternatis. *Hort. cliff.* 15. *Roy. lugdb.* 235. *Monnier obſ.* 235.
Valeriana maxima pyrenaica, cacaliæ folio. *Tournef. inſt.* 131.
Valeriana canadenſis. *Riv. mon.* 6.

Va-

Valeriana orientalis, alliariæ folio, flore albo. *Buxb. cent.* 2. *p.* 19 *t.* 11.
*Habitat in* Pyrenæis? ♃

13. VALERIANA floribus triandris, foliis ternatis, caule ſcandente. *Læfl. it.* 235. † ſcandens.
*Habitat in* Cumana.

14. VALERIANA floribus triandris, foliis omnibus cordatis repando-lobatis. Chinenſis.
*Habitat in* China. *Oſbeck.*
*Caules herbacei, erecti, plus quam pedales, ramis floriferis oppoſitis; Folia oppoſita, petiolata, glabra, cordata, acuta, lobis lateralibus utrinque binis obtuſis. Rami et caules terminati umbellulis involucello cinctis. Semina nuda.*

15. VALERIANA floribus triandris regularibus, foliis dentatis, fructibus linearibus tridentatis: extimo majore recurvo. echinata.
Valeriana foliis dentato-ſerratis, pedunculis conicis, ſeminibus tridentatis. *Sauv. monſp.* 130.
Valerianella echinata. *Bauh. pin.* 165.
Valerianella cornucopioides echinata. *Colum. ecphr.* 1. *p. t.* 204. *t.* 206.
*Habitat in* Italiæ & Monſpelii *umbroſis. Sauvages* ☉.
Caulis *dichotomus.* Folia *lanceolata, ſeſſilia, obtuſa, dentata.* Flores *e dichotomia, ſolitarii, ſeſſiles.* Fructus *linearis, apice tridentatus: dente exteriore majore recurvo.* Corolla *infundibuliformis, regularis, quinquefida, alba.* Stigma *trifidum.* Summi *flores in Spicas dichotomas, coadunatas, obtuſas, bracteis & pedunculis incraſſatas digeſti; tamquam ex V. Locuſta matre & V. cornucopioide patre prognata eſſet.*

16.* VALERIANA floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus. *Fl. ſvec.* 32; 36. *Hort. upſ.* 14. *Dalib. pariſ.* 12. Locuſta.
Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis integris. *Vir. cliff.* 5.
α. Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis integris, fructu ſimplici. *Hort. cliff.* 16. *Roy. lugdb.* 235. olitoria.
Valeriana campeſtris inodora major. *Bauh. pin.* 165.
β. Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis ſerratis, calycibus inflatis. *Hort. cliff.* 16. *Roy. lugdb.* 235. veſicaria.

Va-

Valeriana cretica, fructu veſicario. *Tournef. cor.* 6. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 75. *t.* 75.

*coronata.* γ. Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis dentatis, fructu ſexdentato. *Hort. cliff.* 16. *Roy. lugdb.* 235.

Valeriana ſemine ſtellato. *Baub pin.* 165.

Valerianella altera tenuifolia ſemine ſcabioſæ ſtellato. *Columm. ecphr.* 1. *p* 207. *t.* 209

*dentata.* δ. Valeriana caule dichotomo, foliis oblongis ſubſerratis, ſeminis corona tridentata. *Hall. helv.* 666. *Dalib. pariſ.* 12.

Locuſta major *Riv. mon.* 6.

*radiata.* ε. Valeriana caule dichotomo, capitulis terminalibus involucro cinctis. *Gron. virg.* 10.

Valeriana marilandica, foliis oblongis obtuſis. *Raj. ſuppl.* 3. *p.* 244.

*diſcoidea.* ζ. Pſeudo Valeriana annua, ſemine coronato, major luſitanica. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 104. *ſ.* 7. *t.* 16. *f* 29.

*Habitat* α. *in* Europæ, β. Cretæ, γ. Luſitaniæ, δ. Europæ auſtralioris, ε. Marilandiæ *arvis.* ⊙.

*mixta.* 17. VALERIANA floribus triandris, caule quadrifido, foliis imis bipinnatifidis, ſeminis pappo plumoſo. *Sauv. monſp.* 275. †

Valerianella ſemine umbilicato hirſuto minore. *Moriſ. umb.*

*Habitat* Monſpelii.

*ſibirica.* 18. VALERIANA floribus tetrandris æqualibus, foliis pinnatifidis, ſeminibus paleæ ovali adnatis. *Hort. upſ.* 13.

Valeriana lutea humilis. *Amm. ruth.* 18. *n.* 25. *t.* 3.

β. Anonymus cheuſanenſis, ſideritidis folio, fructu ulmi ſamaris haud abſimili *Pluck. alm.* 16. *t.* 443. *f.* 1.

*Habitat in* Sibiriæ *campis.* ⊙

## OLAX.

*zeylanica.* 1. OLAX. *Fl. zeyl.* 34. * *Amœn. acad.* 1. *p.* 387.

Arbor ſtercoraria zeylanica glandifera. *Burm. zeyl.* 26.

*Habitat in* Zeylona. ♄

## TAMARINDUS.

*indica.* 1. TAMARINDUS. *Hort. cliff.* 18. *Mat. med.* 28. *Hort. upſ.* 15. *Fl. zeyl.* 14. *Roy. lugdb* 465. *Rumph. amb.* 2. *p.* 90. *t.* 23. *Læfl. it.* 210.

Siliqua arabica, quæ Tamarindus. *Baub. pin.* 403.

Balam-

Balam-puli. *Rheed. mal.* 1. *p.* 39. *t.* 23.
*Habitat in* India, America, Ægypto, Arabia. ♄.

## RUMPHIA.

1. RUMPHIA. amboinenſis
Myxa pyriformis, oſſiculo triſpermo. *Raj. hiſt.* 1556.
Tſiem-tani. *Rheed. mal.* 4. *p.* 25. *t.* 11.
*Habitat in* India. ♄.

## CNEORUM.

1. CNEORUM. *Hort. cliff.* 18. *Roy. lugdb.* 119. tricoccum.
Chamælea tricoccos. *Bauh. pin.* 462.
Chamælea. *Cam. epit.* 973.
*Habitat in* Hiſpaniæ, Narbonæ *glareoſis.* ♄.

## CAMOCLADIA.

1. CAMOCLADIA foliolis integris. *Jacq. amer.* 12. integrifolia.
Camocladia caudice ſimplici, floribus confertis ſeſſilibus, racemis alaribus *Brow. jam.* 124.
Prunus racemoſa, caudice non ramoſo, alato fraxini folio non crenato, fructu rubro ſubdulci. *Sloan. jam.* 184. *hiſt.* 2. *p.* 131. *t.* 222. *f.* 1. *Raj. dendr.* 44.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

2. CAMOCLADIA foliolis ſpinoſo-dentatis *Jacq. amer.* 12. dentata.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

## MELOTHRIA.

1. MELOTHRIA. *Hort. cliff.* 490. * *Hort. upſ.* 15. *Gron. virg.* 10. *Roy. lugdb.* 528. pendula.
Cucumis parva repens virginiana, fructu minimo. *Pluk. alm.* 123. *t.* 85. *f.* 5.
Cucumis minima, fructu ovali nigro lævi. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 227. *t.* 142. *f.* 1.
Bryonia, olivæ fructu, minor. *Plum. ſpec.* 3. *ic.* 66. *f.* 2.
*Habitat in* Canada, Virginia, Jamaica. ⊙
*In meis plantis horti nunquam flores maſculi.*

## ORTEGIA.

1. ORTEGIA. *Lœfl. it.* 112. * hiſpanica.
Rubia linifolia aſpera. *Bauh. pin.* 333. *Raj. hiſt.* 1033.
Juncaria ſalmantica. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 174.
*Habitat in* Caſtilia, Bætica, Salmantica.

## LOEFLINGIA.

hiſpanica. 1. LOEFLINGIA. *Loefl. it.* 113. *t.* 1. *f.* 2. *
*Habitat in* Hiſpaniæ *collibus apricis.* ☉.
Caules *profuſi Schleranthi ſ. Herniariæ, viſcidi.* Folia *ſubulata, breviſſima, utrinque dente notata.* Spicæ *breves, ſquarroſæ, axillares: Bracteis imbricatis, ſubulatis, dentatis.*

## POLYCNEMUM.

arvenſe. 1. POLYCNEMUM. *Sauv. monſp.* 45.
Salſola caule repente, foliis & ſtipulis ſeſſilibus ſubulatis cartilagineis. *Dalib. pariſ* 30.
Chenopodium foliis ſubulatis priſmaticis, floribus ſolitariis ſeſſilibus axillaribus. *Guett. ſtamp.* 14.
Chenopodium annuum humifuſum, folio breviori & capillaceo. *Tournef. inſt* 506.
Camphorata vaginis ſpinoſis. *Hall. helv.* 183.
Camphorata congener. *Bauh. pin.* 486.
Herniaria foliis longis anguſtis acuminatis & glabris. *Magn char.* 51.
*Habitat in* Galliæ, Italiæ, Germaniæ *arvis.* ☉

## HIPPOCRATEA.

volubilis. 1. HIPPOCRATEA. *Hort. cliff.* 484. *Jacq amer.* 12.
Coa ſcandens, fructu trigemino ſubrotundo. *Plum. gen.* 8. *ic.* 88.
Bejuco pendulus, floribus paniculatis. *Loefl. it.* 314.
*Habitat in* America *auſtrali.* ♄

## CROCUS.

ſativus. 1. CROCUS ſpatha univalvi radicali, corollæ tubo longiſſimo.
Crocus floribus fructui impoſitis: tubo longiſſimo. *Roy. lugdb.* 41 *Hort. upſ.* 15. *Mat. med.* 27.
Crocus flore fructui impoſito. *Hort. cliff.* 18.
*officinalis.* α. Crocus autumnalis ſativus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 335. *ſ.* 4. *t.* 2. *f.* 1.
Crocus ſativus. *Bauh. pin.* 65.
*vernus.* β. Crocus vernus latifolius I-XI. & I-VI. *Bauh. pin.* 65. 66
*Habitat in* Alpibus Helveticis, Pyrenæis, Luſitanicis, Tracicis. ♃

## IXIA.

1. IXIA ſcapo unifloro breviſſimo, foliis linearibus. Bulbocodium.
Crocus ſpatha diphylla flori approximata, tubo corollæ brevi, *Sp. pl.* 1. *p.* 36.
Crocus flore fructui impoſito: tubo brevi. *Roy lugdb.* 41.
Siſyrinchium minus anguſtifolium, flore majore variegato. *Bauh. pin.* 41.
Siſyrinchium aſprenſium, anguſto folio, alterum. *Col. ecphr.* 2. *p.* 5. *t.* 7. *f.* 1.
Bulbocodium crocifolium, flore magno albo fundo luteo. *Tournef. cor.* 50.
*Habitat in alpibus* Italicis. ♃.

2. IXIA floribus capitatis, ſpathis laceris. africana.
Ixia. *Hort. cliff.* 490. * *Roy lugdb.* 20.
Ixia foliis ad radicem nervoſis gramineis, floribus ac fructu convolutis. *Burm. afric.* 191. *t.* 70. *f.* 2.
Bermudiana capenſis, capitulis lanuginoſis. *Pet. ſicc.* 242.
Gramen eriophorum africanum, flore lanato. *Pluk. mant.* 98.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.

3. IXIA floribus corymboſis pedunculatis, caule ancipiti. *Amœn. acad.* 4. *p.* 300. * corymboſa.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei.
Flores *cærulei, corymboſi, calyce bivalvi inſtructi. Planta palmaris.*

4. IXIA foliis linearibus, axillis bulbiferis, floribus alternis, ſtaminibus lateralibus. *Amœn. acad.* 4. *p.* 300. bulbifera.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei ♃.
Flores *e flaveſcente albi, ſæpius duo.* Bulbus in *alis Foliorum.*

5. IXIA foliis linearibus, racemo flexuoſo multifloro. flexuoſa.
Ixia foliis linearibus, floribus ſpicatis ſeſſilibus. *Mill. ic.* 156. *f.* 2?
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♃.
Flores *albi, fundo flavo, extus ſubviolacei, plurimi.* Folia *lævia. Scapus pedalis, teres, a flore ad florem parum flexus, ſæpe etiam ramum emittens.*

6. IXIA foliis linearibus, ſcapo ſpicis pluribus. polyſtachia.
Ixia foliis lineari-lanceolatis, floribus alaribus & terminalibus. *Mill. ic.* 155. *f.* 1.



MISSOURI BOTANICAL GARDEN

*Habitat ad* Cap. b ſpei. ♃.

Flores *albi filamentis & piſtillis violaceis.* Stylum *inter tripartitum ſtamina eriguntur, quaſi Styli exteriores eſſent.* Folia *anguſta, lævia. Spicæ multifloræ, præter terminalem, etiam nonnullæ inferius, alternæ*

ſcillaris. 7. IXIA foliis enſiformibus ſtriatis, ſpica elongata.

*Habitat ad* Cap. b. ſpei ♃.

Flores *violacei ut in Scilla amœna, antheris flavis, alterni, remoti.*

crocata. 8. IXIA foliis enſiformibus, floribus alternis, petalis baſi hyalina macula.

Ixia foliis gladiatis glabris, floribus corymboſis terminalibus. *Mill. ic.* 156. *f.* 1.

Siſyrinchium majus. afric. flore luteo macula notato. *Old. afr.* 32.

*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♃.

Flores *crocei in ſpica ſecunda rariore.* Petala *obovata baſi hyalina, & ad ungues macula oblonga flava.*

chinenſis. 9. IXIA foliis enſiformibus, floribus remotis, panicula dichotoma, floribus pedunculatis. *Hort. upſ.* 16.

Bermudiana radice carnoſa, floribus maculatis, ſeminibus pulpa obductis. *Amm. act. petrop. XI. p.* 308. *t.* 7.

Bermudiana iridis folio majori, flore croceo eleganter punctato. *Krauſ. hort.* 25. *t.* 25.

Balemcanda-Schularmandi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 73. *t.* 37.

*Habitat in* India. ♃.

Flores *flavi maculis ſanguineis.* Stylus *inclinatus.*

## GLADIOLUS.

communis. 1. GLADIOLUS foliis enſiformibus, floribus diſtantibus.

Gladiolus foliis enſiformibus. *Hort. cliff.* 20. *Hort. upſ.* 16.

Gladiolus caule ſimpliciſſimo, foliis enſiformibus. *Roy. lugdb.* 19.

Gladiolus. *Riv. mon.* 163.

*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♃.

imbricatus. 2. GLADIOLUS foliis enſiformibus, floribus imbricatis.

*Habitat in* Ruſſia *citeriore.* ♃.

*Flores parvi verſus unum latus imbricati.*

3. GLA

3. GLADIOLUS foliis linearibus, caule ſimpliciſſimo, floribus ſpicatis. *Roy. lugdb.* 19. ſpicatus.
*Habitat in* Africa. ♃.

4. GLADIOLUS foliis enſiformibus, petalis lateralibus latiſſimis. *Amœn. acad.* 6. *afric.* 2. * alatus.
Siſyrinchium viperarum. *Pluk. phyt.* 224. *f.* 8.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♃.

5. GLADIOLUS foliis enſiformibus plicatis villoſis, ſcapo laterali, corollis regularibus. plicatus.
Ixia plicata. *Amœn. acad.* 4. *p.* 300. * *absque ſynonymo.*
*Mill. ic.* 155. *f.* 1.
Siſyrinchium latifolium, floribus patentibus vix difformibus. *Breyn. prod.* 3. *p.* 22. *t.* 9. *f.* 2.
*Habitat in* Æthiopia. ♃.
Bulbus *tunicatus.* Folia *enſiformia, villoſa, ſecundum nervos plicata.* Scapus *lateralis floribus* 2. *ſ.* 3 *violaceo albis regularibus*; Bracteæ *ternæ, anguſtæ: exteriore majore.*

6. GLADIOLUS foliis lineari-cruciatis, corollis campanulatis. triſtis.
Gladiolus bifolius & biflorus, foliis quadrangulis. *Trew. ehret. t.* 39.
*Habitat in* Æthiopia. ♃.
*Folia ſingularia, ſubenſiformia, ſed utroque latere carinata carina elevata, obtuſiſſima, ut fere quadrangulo-cruciata; variat a caule bifloro ad multiflorum & tum foliis rite enſiformibus. Corolla colore triſti, campanulata, ſed æſtivatione omnino Gladioli.*

7. GLADIOLUS foliis linearibus, floribus diſtantibus, corollarum tubo limbis longiore. *Mill. ic.* 142. *f.* 2. anguſtus.
Gladiolus caule ſimpliciſſimo, foliis linearibus, floribus alternis. *Roy. lugdb.* 19.
Gladiolus foliis linearibus. *Hort. cliff.* 20. * *t.* 6.
*Habitat in* Africa. ♃.

8. GLADIOLUS caule ramoſo, foliis linearibus. *Roy. lugdb.* 19. ramoſus.
*Habitat in* Africa. ♃.

9. GLADIOLUS caule ramoſo, capitulis pedunculatis, radice tuberoſa capitatus.
*Habitat in* Africa. ♃.
*Planta eſt maxima; floribus cæruleis.*

alopecuroides. 30. GLADIOLUS foliis linearibus, ſpica diſticha imbricata. *Amœn. acad.* 4. 301. *
*Habitat in* Æthiopia.
*Spica ut in Plantagine obtecta floribus parvis numeroſiſſimis, ſed diſticha.*

## ANTHOLYZA.

ringens. 1. ANTHOLYZA corollæ labiis divaricatis fauce compreſſa.
Antholyza ſtamine unico declinato *Sp. pl.* 1. *p.* 37.
Gladiolo æthiopico ſimilis planta anguſtifolia. *Comm. hort.* 1. *t.* 4. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 237. *f.* 15.
Gladiolus floridus rictum referens coccineus: ſuprema lacinia erecta & fiſtuloſa. *Breyn. ic.* 21. *t.* 8. *f.* 1.
*Habitat in* Æthiopia ♃.

Cunonia. 2. ANTHOLYZA corollis rectis: labii quinquepartiti lobis duobus extimis latioribus adſcendentibus. *Mill. ic.* 113.
Cunonia floribus ſeſſilibus, ſpathis maximis. *Buttn. cun.* 211. *t.* 1.
*Habitat in* Perſia. ♃.
Corollæ *Labium ſuperius longiſſimum, obtuſum, convolutum; inferius 5-partitum; Laciniis 3 intermediis minutiſſimis; lateralibus vero latis, labio ſuperiore dimidio brevioribus.* Spica *longa, diſticha.*

æthiopica. 3. ANTHOLYZA corollis incurvatis; labii quinquepartiti lobis duobus alternis patulis majoribus lanceolatis.
Gladiolus æthiopicus, flore coccineo. *Corn. canad.* 79. *t.* 79. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 421. *ſ.* 4. *t.* 23. *f.* 1. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 236. *f.* 14.
Hyacinthus africanus, foliis colchici floribus coccineis. *Pluk. phyt.* 195. *f.* 2.
*Habitat in* Æthiopia. ♃.
Corolla *tubuloſa, coccinea: Labio ſuperiore maximo, lanceolato; inferiore 5-partito: lobis lanceolatis brevibus: tribus alternis breviſſimis. Hæc cum antecedente Gladiolis valde affinis.*

Meriana. 4. ANTHOLYZA floribus infundibuliformibus ſubæqualibus.
Meriana flore rubello. *Trew. ehret. t.* 40.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei? ♃.

Flo-

Flores *rubri*: *corolla Polianthis*, *ſupera*, *æſtivatione Gladioli*. Folia *enſiformia*.

## IRIS.

* *Barbatæ nectariis petalorum reflexorum.*

1. IRIS corolla barbata, caule foliis longiore unifloro. *Hort. cliff.* 18. *Roy. lugdb.* 17. ſuſiana.
Iris ſuſiana, flore maximo ex albo nigricante. *Bauh. pin.* 31. *theatr.* 579. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 351. *ſ.* 4. *t.* 6. *f.* 6.
Iris latifolia major. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 217.
*Habitat in* Oriente; *venit conſtantinopoli in Belgium* 1573. ♃.
*Caulis teres*; *Germen trigono-teretiuſculum*; *Petala* 3 *interiora majora reflexa.*

2. IRIS corollis barbatis, caule foliis altiore ſubbifloro, floribus ſeſſilibus. *Mill. ic.* 154. florentina.
Iris alba florentina. *Bauh. pin.* 31.
β. Iris alba germanica. *Bauh. pin.* 31.
Jris flore albo. *Raj. hiſt.* 1180.
*Habitat in* Europa *auſtrali*-Carniola. ♃.
*Simillima* J. germanicæ *ut vix differat*, *ſed* Corolla *alba petalis integris*: *inferioribus marginum baſi reflexis*; *ſuperioribus magis erectis.* Stigmata *magis erecta & parum ſerrata.*

3. IRIS corollis barbatis, caule foliis longiore multifloro, floribus inferioribus pedunculatis. *Hort. cliff.* 18. *Hort. upſ.* 16. *Mat. med.* 24. *Roy. lugd.* 17. germanica.
Iris vulgaris germanica ſ. ſylveſtris. *Bauh pin.* 30.
*Habitat in* Germaniæ *editis*. ♃.
*Petala inferiora plana*; *interiora integerrima*, *nec emarginata.*

4. IRIS corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, petalis deflexis planis: erectis emarginatis. ſambucina.
Iris latifolia germanica, ſambuci odore. *Bauh. pin.* 31.
Iris major latifolia VIII. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 219.
*Habitat in* Europa *auſtrali*. ♃.
*Simillima* J. germanicæ, *ſed Deflexa petala ſaturatius violacea*, *plana quidem at ſubemarginata. Erecta pallide*, *ſaturatius tamen*, *cærulea & emarginata. Stigmata ſerrata*, *acutiuſcula*, *carina cæruleſcente.*

ſqualens. 5. IRIS corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, petalis deflexis replicatis; erectis emarginatis
Iris folio lato rugoſo, petalis repandis ex purpureo ſordido pallido & luteo variis, erectis vero ſqualide luteſcentibus. *Bœrh. lugdb.* 2. *p.* 125.
*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♃.
*Simillima* J. germanicæ, *ſed* Petala *deflexa in medio replicata, ſaturatius violacea venis albis flaveſcentibus & in medio cæruleſcentibus. Erecta petala, uti & Stigmata ſqualide flava, valde emarginata.*

aphylla. 6. IRIS corollis barbatis, ſcapo nudo longitudine foliorum multifloro. *Roy. lugdb.* 17.
Iris latifolia, caule aphyllo. *Bauh. pin.* 32.
*Habitat in* - - - - ♃.

variegata. 7. IRIS corollis barbatis, caule ſubfolioſo longitudine foliorum multifloro. *Roy. lugdb.* 17. *Hort. upſ.* 16.
Iris corollis barbatis, foliis altitudine caulis multiflori. *Hort. cliff.* 19.
Iris latifolia pannonica, colore multiplici. *Bauh. pin.* 31.
Iris lutea variegata. *Lob. hiſt.* 34. *Ehret. pict. t.* 10. *f.* 3.
*Habitat in* Hungaria. ♃.

biflora. 8. IRIS corollis barbatis, caule foliis breviore trifloro. *Hort. upſ.* 17.
Iris corollis barbatis, foliis caulem multiflorum ſuperantibus. *Hort. cliff.* 19. *Roy. lugdb.* 17.
Iris latifolia biflora. *Beſl. eyſt. vern.* 114.
Chamæiris major ſaturate purpurea biflora. *Bauh. pin.* 33.
*Habitat in* Luſitaniæ *rupibus.* ♃.

pumila. 9. IRIS corollis barbatis, caule foliis breviore unifloro.
Iris corollis barbatis, foliis caulem uniflorum ſuperantibus. *Hort. cliff.* 19. *Roy. lugdb.* 17.
Chamæiris minor, flore purpureo. *Bauh. pin.* 33.
Chamæiris latifolia minor. 1, 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 225.
β. Chamæiris minor, flore purpureo-cæruleo. *Bauh. pin.* 33.
γ. Chamæiris minor, flore rubello. *Bauh. pin.* 33.
δ. Chamæiris flore pallido & albo. *Bauh. pin* 33.
ε. Chamæiris minor, flore variegato. *Bauh. pin.* 34.
*Habitat in* Auſtriæ, Pannoniæ *collibus apricis.* ♃.

* * *Imberbes: petalis deflexis lævibus.*

PſeudAcorus. 10. IRIS corollis imberbibus: petalis interioribus ſtigmate mi-

minoribus, foliis enſiformibus. *Hort. cliff.* 19. *Fl. ſvec.* 33, 37. *Mat. med.* 25.
Acorus adulterinus. *Bauh. pin.* 34. *theatr.* 634
Acorum falſum. *Cam. epit.* 6.
*Habitat in* Europa *ad ripas paludum, foſſarum.* ♃.
*Petala exteriora utrinque ad filamenta dentem exſerunt. Germen trigonum angulis ſulco bifidis.*

11. IRIS corollis imberbibus, petalis interioribus patentiſſimis, caule uniangulato, foliis enſiformibus. *Hort. cliff.* 19. *Roy. lugdb.* 18. *Dalib. paris.* 13. *Sauv. monſp.* 41. fœtidiſſima.
Gladiolus fœtidus. *Bauh. pin.* 30.
Spathula fœtida, Xyris. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 731. *Dod. pemt.* 247.
*Habitat in* Gallia, Anglia, Hetruria. ♃.
Caulis *teres, hinc angulatus, longitudine foliorum, obtectus* Foliis *foetidiſſimis.* Germen *trigonum angulis ſulco bifidis.* Corolla *cæruleſcenti-triſtis ingratiſſimi coloris, nec noctu odora.* Petala exteriora *ungue ſubtus plicis rugoſo;* *Petala* interiora *ſtigmate majora, patentia.*

12. IRIS corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule tereti, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 19. *Hort. upſ.* 17. *Roy. lugdb.* 78. *Hall. helv.* 280. *Gmel. ſibir.* 1. p. 28. ſibirica.
Iris pratenſis anguſtifolia non fœtida altior. *Bauh. pin.* 32. *theatr.* 597.
Iris anguſtifolia 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 227.
*Habitat in* Auſtriæ, Helvetiæ, Sibiriæ *pratis.* ♃.
*Spathæ in* J. ſibirica & verſicolore *aridæ ſ. ſcarioſæ ſunt. Huic caulis foliis altior; petala interiora erecta. Germen trigonum angulis non ſulcatum.*

13. IRIS corollis imberbibus, germinibus ſubtrigonis, caule tereti flexuoſo, foliis enſiformibus. verſicolor.
Iris americana verſicolor, ſtylo crenato. *Dill. elth.* 188. *t.* 155. *f.* 188.
Iris americana verſicolor, ſtylo non crenato. *Dill. elth.* 187. *t.* 155. *f.* 187.
Iris latifolia virginiana, florum petalis repandis purpureis. *Ehret. pict. t.* 6. *f.* 2.
*Habitat in* Virginia, Marilandia, Penſylvania. ♃.
*Caulis foliis non altior. Folia ad alterum latus inclinantia. Petala interiora longitudine ſtigmatum. Stigmata linearia.*

virginica. 14. IRIS corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule ancipiti. *Gron. virg.* 11.
*Habitat in* Virginia. ♃.

martinicenſis. 15. IRIS corollis imberbibus, germinibus trigonis, petalis baſi foveolis glanduloſis. *Jacqu. amer.* 12.
Xiphion flore e luteo nigricante. *Plum. ſpec.* 8. *ic.* 260. *t.* 261. *f.* 1.
*Habitat in* Martinica. ♃.

ſpuria. 16. IRIS corollis imberbibus, germinibus ſexangularibus, caule tereti, foliis ſublinearibus. *Hort. cliff.* 19. *Hort. upſ.* 17. *Roy. lugdb.* 16.
Iris pratenſis anguſtifolia, folio fœtido. *Bauh. pin.* 32.
Iris anguſtifolia 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 228.
*Habitat in* Germaniæ *pratis.* ♃.

graminea. 17. IRIS corollis imberbibus, germinibus ſexangularibus, caule ancipiti, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 19. *Hort upſ.* 17. *Roy. lugdb.* 18.
Iris anguſtifolia prunum redolens minor. *Bauh. pin.* 33.
Iris anguſtifolia 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 230.
*Habitat in* Auſtria *ad radices montium.* ♃.

verna. 18. IRIS corollis imberbibus, caule unifloro foliis breviore, radice fibroſa. *Gron. virg.* 10.
Iris virginiana pumila ſ. Chamæiris verna anguſtifolia, flore purpuro-cæruleo odorato. *Pluk. alm.* 198. *t.* 196. *f.* 6.
*Habitat in* Virginia. ♃.

tuberoſa. 19. IRIS corollis imberbibus, foliis tetragonis. *Vir. cliff.* 6. *Hort. cliff.* 20. *Mat. med.* 26. *Roy. lugdb.* 18.
Iris tuberoſa, folio anguloſo. *Bauh. pin.* 40. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 348. *ſ.* 4. *t.* 5. *f.* 1.
Hermodactylus folio quadrangulo. *Tournef. cor.* 50.
*Habitat in* Arabia & Oriente. ♃.

Xiphium. 20. IRIS corollis imberbibus, floribus binis, foliis ſubulato-canaliculatis caule brevioribus. *Hort. upſ.* 17.
Iris foliis margine conniventibus, corollis imberbibus. *Hort. cliff.* 20.
Iris cauleſcens, foliis margine conniventibus, corollis imberbibus. *Roy. lugdb.* 18.
Iris bulboſa latifolia, caule donata. *Bauh. pin.* 38.
β. Iris bulboſa cæruleo-violacea. *Bauh. pin.* 40.
*Habitat in* Hiſpania. ♃.

21.

21 IRIS corolla imberbi: petalis interioribus patentiſſimis ſerratis, foliis ſubulato canaliculatis caule longioribus. perſica.
Iris acaulis, foliis margine conniventibus, corollis imberbibus *Roy. lugdb.* 18.
Iris perſica martia. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 10. *f.* 9.
Iris perſica bulboſa variegata præcox. *Dodart. mem* 83.
Xiphion perſicum præcox, flore variegato. *Tournef. inſt.* 363.
*Habitat in* Perſia. ♃.
*Bulbus exſerit Gemmam e duobus paribus ſquamarum, intra quæ folia & flos unicus ſpatha ſimplici. Petala interiora breviſſima.*

22. IRIS corollis imberbibus, foliis canaliculatis, bulbis geminis ſuperimpoſitis. Siſyrinchium.
Siſyrinchium majus. *Baub. pin.* 40. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 216.
β. Siſyrinchium medium. *Baub. pin.* 41.
Siſyrinchium minus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 216.
*Habitat in* Hiſpania, Luſitania. ♃.
*Colore eſt petalorum purpureo macula lutea loco barba*; bulbis (*non tunicatis ſimplicibus ut in bulboſis Xiphiis* 20, 21, *ſed*) *ex gemino bulbo altero alteri impoſito, ut in Gladiolo, Croco.*

## MORÆA.

1. MORÆA foliis canaliculatis. *Mill. dict.* vegeta.
*Habitat in* Africa. ♃.

2. MORÆA foliis ſubulatis. *Mill. dict.* juncea.
*Habitat in* Africa. ♃.

## WACHENDORFIA.

1. WACHENDORFIA ſcapo ſimplici. thyrſiflora.
Wachendorfia foliis lanceolatis quinquenerviis canaliculo-plicatis, floribus in thyrſum collectis. *Burm. monogr.* 2. *f.* 2.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♃.

2. WACHENDORFIA ſcapo polyſtachyo. paniculata.
Wachendorfia foliis enſiformibus trinerviis, floribus paniculatis. *Burm. monogr.* 4. *f.* 1.
Siſyrinchium ramoſum æthiopicum. *Breyn. cent.* 85. *t.* 37? *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 13. *f.* 10?

Aſpho-

Aſphodelus latifolius, floribus patulis *Breyn. prodr.* 3. *p.* 22. *t.* 9. *f.* 1.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♃.

## COMMELINA.

* *Dipetalæ dictæ.*

communis. 1. COMMELINA corollis inæqualibus, foliis ovato-lanceolatis acutis, caule repente glabro. *Hort. upſ.* 18.
Commelina foliis ovato-lanceolatis, caule procumbente glabro, petalis duobus majoribus. *Virid. cliff.* 6. *Hort. cliff.* 21. *Roy. lugdb.* 17. *Gron. virg.* 130.
Commelina procumbens annua, ſaponariæ folio. *Dill. elth.* 93. *t.* 78. *f.* 89.
*Habitat in* America. ☉.
*Confer Plantam* Kæmpf. jap. t. 889. *cum Tinctura inde paranda. Caulis ramoſus. Foliorum margines læves imberbes.*

africana. 2. COMMELINA corollis inæqualibus, foliis lanceolatis glabris, caule decumbente.
Commelina radice perenni, foliis lanceolatis, caule repente glabro, petalis duobus majoribus. *Wach. ultr.* 323.
Commelina procumbens, flore luteo. *Roy. lugdb.* 538.
*Habitat in* Æthiopia. ♃.
*Differt a prima petalis iſtis majoribus reniformibus luteis, tertio ovato filamentis longioribus æquali, vaginis foliorum ciliatis, involucro non reticulato. Vaginæ foliorum ſubciliatæ vagina alia minima intra exteriorem.*

benghalenſis. 3. COMMELINA corollis inæqualibus, foliis ovatis obtuſis, caule repente.
Ephemerum benghalenſe ſerpens, folio ſubrotundo brevi, phalangoides. *Pluk. alm.* 130. *t.* 27. *f.* 3.
*Habitat in* Benghala.

erecta. 4. COMMELINA corollis inæqualibus, foliis ovato-lanceolatis, caule erecto ſcabro ſimpliciſſimo. *Hort. upſ.* 18.
Commelina foliis ovato-lanceolatis, caule erectiuſculo ſcabro, petalis duobus majoribus. *Virid. cliff.* 16. *Hort. cliff.* 495. *Gron. virg.* 11. *Roy. lugdb.* 38.

Com-

Commelina erecta, ampliore ſubcæruleo flore. *Dill. elth.* 94. *p.* 77. *t.* 88.
*Habitat in* Virginia. ♃.

* * *Tripetalæ: Zanoniæ Pl.*

5. COMMELINA corollis ſubæqualibus, foliis lanceolatis ſubpetiolatis ore barbatis, caulibus erectis. virginica.
Ephemerum phalangoides virginianum majus erectum. *Pluk. alm.* 135. *t.* 174. *f.* 4.
*Habitat in* Virginia. ♃.
Caules *erecti, ſimplices, læves, bipedales.* Folia *ſubpetiolata, lanceolata, ſupra retrorſum ſcabra: vaginis nervoſis, ſubpubeſcentibus, ore ciliatis ſ. barbatis pilis ferrugineis.* Spathæ *terminales, ſubcordatæ.* Flores *cærulei. Petalis cordatis, integerrimis: inferiore brevius pedicellato.*

6. COMMELINA corollis æqualibus, foliis ſeſſilibus, ovato lanceolatis ſubciliatis. *Hort. upſ.* 18. tuberoſa.
Commelina foliis ovato-lanceolatis, petalis tribus majoribus æqualibus. *Hort. cliff.* 21. *Roy. lugdb.* 38.
Commelina radice anacampſerotides. *Dill. elth.* 94. *t.* 79. *f.* 90.
*Habitat in* Mexico. ♃.

7. COMMELINA corollis æqualibus, pedunculis incraſſatis, foliis lanceolatis: vaginis laxis margine hirſutis, bracteis geminis. Zanonia.
Zanonia graminea perfoliata. *Plum. gen.* 38.
Periclymenum rectum herbaceum, gentianæ folio, folii pediculo caulem ambiente. *Sloan. jam.* 115. *hiſt.* 1. *p.* 243. *t.* 147. *f.* 1.
*Habitat in* Americæ Gallia *æquinoctiali.*
*Foliorum vaginæ latiſſimæ & a caule diſtantes, margine hirſutæ Bracteæ duæ lanceolatæ oppoſitæ.*

8. COMMELINA corollis æqualibus, pedunculis capillaribus, foliis lineari-lanceolatis, involucro nullo. *Fl. zeyl.* 31. nudiflora.
Ephemerum phalangoides maderaſpatenſe minimum, foliis peranguſtis, perfoliatum. *Pluk. alm.* 135. *t.* 27. *f.* 4.
*Habitat in* India.

9. COMMELINA corollis æqualibus, floribus ſeſſilibus, foliis linearibus. axillaris.

Ephe-

Ephemerum phalangoides maderaſpatanum minimum, ſecundum caulem quaſi ex utriculis floridum. *Pluk. alm.* 135. *t.* 174. *f.* 3.
Ephemerum malabaricum, flore tripetalo in foliorum alis ſeſſili. *Raj. ſuppl.* 567.
Nir-pulli. *Rheed. mal.* 10. *p.* 28. *t.* 13.
*Habitat in* India.

criſtata. 10. COMMELINA corollis æqualibus, involucris ſpicatim imbricatis. *Fl. zeyl.* 32.
Ephemerum zeylanicum procumbens inflatum. *Herm. parad.* 148. *Raj. hiſt.* 566.
*Habitat in* Zeylona.

## CALLISIA.

repens. 1. CALLISIA. *Loefl. it.* 305. *
Hapalanthus repens. *Jacq. amer.* 12.
*Habitat in* Americæ *meridionalis udis depreſſis umbroſis.* ⊙.
*Affinis Commelinæ ſed Nectariis deſtituta.*

## XYRIS.

indica. 1. XYRIS.
Xyris foliis gladiatis. *Gron. virg.* 11. *Flor. zeyl.* 35.
Gladiolo lacuſtri accedens malabarica, e capitulo botryoideo florifera. *Pluk. alm.* 170. *t.* 416. *f.* 4.
Gramen junceum braſilianum, capite ovali ſquamoſo florido. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 229. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 28.
Jupicai. *Piſ. braſ.* 238.
Katſjiletri-pullo. *Rheed. mal.* 9. *p.* 139. *t.* 7.
*Habitat in* Indiis.

## SCHOENUS.

* *Culmo tereti.*

Mariſcus. 1. SCHOENUS culmo tereti, foliis margine dorſoque aculeatis. *Fl. ſvec.* 35, 38. *It. gotl.* 170. * *Dalib. pariſ.* 14.
Pſeudo-cyperus paluſtris, foliis & carina ſerratis. *Scheuchz. gram.* 375.
Cyperus longus inodorus germanicus. *Bauh. pin.* 14.
Cyperus longus inodorus major, foliis & carina ſerratis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 237. *ſ.* 8. *t.* 11. *f.* 24.
*Habitat in* Europæ *paludibus.* ♃.

2. SCHOENUS culmo tereti ramoſo, capitulis terminalibus, involucro triphyllo breviſſimo rigido patente. *Loef. it.* 114 * aculeatus.

Gramen album, capitulis aculeatis, italicum. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 108 *Scheuch. gram.* 85. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 195. *ſ.* 8. *t.* 5. *f.* 3.

Gramen ſpicatum, ſpicis in capitulum foliatum congeſtis. *Tournef. inſt.* 517.

Gramen aculeatum. *Cam. epit.* 745.

*Habitat in* Italia, Narbona, Luſitania, Archipelagi *inſulis.* ♃.

3. SCHOENUS culmo tereti nudo, ſpicis faſciculatis divaricatis, involucro triphyllo ſubulato. mucronatus.

Melanoſchoenus maritimus humilis, cyperi effigie. *Mich. gen.* 46.

Scirpus culmo tereti, foliis tribus patulis floſculisque aggeſtis terminato. *Sauv. monſp.* 9.

Scirpus maritimus, capite glomerato. *Tournef. inſt.* 46. *Scheuchz. gram.* 367.

Gramen Cyperoides maritimum. *Bauh. pin.* 6. *theatr.* 91.

Gramen junceum maritimum, capite ſquamoſo foliaceo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 227. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 6.

*Habitat in* Tyrrheni, Smyrnæ, Hiſpaniæ, G. Narbonenſis *maritimis arenoſis.* ♃.

*Folia etjam involucri apice pungunt. Spicæ oblongæ, ſeſſiles, apicibus diſtantes; Involucrum triphyllum, interdum diphyllum.*

4. SCHOENUS culmo tereti, ſpathis alternis mucronatis paniculas involventibus, ſpicis alternis patentibus. ſpathaceus.

Cyperus ferrugineus. *Sp. pl.* 44.

Cyperus racemis ſimplicibus lateralibus ſolitariis diſtichis, ſpicis alternis patentibus. *Gron. virg.* 131.

Gramen junceum elatius, caule articulato, virginianum, cyperi paniculis inter folia prope ſummitatem prodeuntibus. *Pluk. alm.* 179. *t.* 301. *f.* 1.

Gramen fluviatile geniculatum, panicula foliacea, locuſtis tenuibus oblongis, virginianum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 183. *ſ.* 8. *t.* 3. *f.* 17.

*Habitat in.* Virginia, Cap. b. ſpei. ♃.

*Magnitudo Sacchari. Spathæ magnæ, monophyllæ, alternæ, deciduæ, racemos floriferos involvunt.*

nigricans. 5.* SCHOENUS culmo tereti nudo, capitulo ovato: involucri diphylli valvula altera ſubulata longa. *Fl. ſvec.* 36, 39. * *It. gotl.* 234. *Dalib. pariſ.* 113.
Scirpus floſculis ſpicatis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 182.
Juncus lævis minor, panicula glomerata nigricante. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 233. *ſ.* 8. *t.* 10. *f.* 28.
Juncus lithoſpermi ſemine *Magn. monſ.* 145. *t.* 144.
Junco affinis capitulo glomerato nigricante. *Scheuch. gram.* 349.
*Habitat in* Europæ *paludibus æſtate exſiccatis.* ♃.

ferrugineus. 6. SCHOENUS culmo tereti nudo, ſpica duplici, involucri valvula majore ſpicam æquante. *Fl. ſvec.* 37. 40. *
Gramen Cyperoides minimum, caryophylli proliferi capitulo ſimplici ſquamato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 245. *ſ.* 8. *t.* 12. *f.* 40.
Juncello accedens graminifolia plantula, capitulis armeriæ proliferæ. *Raj. angl.* 4. *p.* 32
*Habitat in* Gotlandiæ, Angliæ *paludibus.* ♃.

capenſis. 7. SCHOENUS culmo tereti ramoſiſſimo vaginato, ſpicis ovatis nudis dichotomis pendulis. *Amœn. acad.* 4 *p.* 264. *
Canna capitis b. ſpei, ſpicis juliformibus. *Scheuch. gram.* 352.
Juncus e cap. b. ſpei, paniculis fuſcis juliformibus. *Breyn. cent. t.* 91. *Pet. gaz. t.* 7. *f.* 5. *muſ.* 424.
Juncus afric. lignoſo calamo ad nodos involucris nigris convoluto, panicula arundinacea. *Pluk. mant.* 109.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.
*Culmi tenaces referunt Theſii juncei caules.*

* * *Culmo triquetro.*

coloratus. 8. SCHOENUS culmo triquetro, capitulo ſubrotundo, involucro longiſſimo plano variegato.
Schœnus florum capitulis involucro longiſſimo radiatis. *Hort. cliff.* 495.
Gramen Cyperoides ſpica compacta alba, foliis ad ſpicam, partim albis partim viridibus. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 119. *t.* 78. *f.* 1.
Gramen capitatum. *Rumph. amb.* 6. *p.* 8. *t.* 3. *f.* 2.
β. Scirpus *glomeratus* culmo triquetro folioſo, capitulo glomerato involucro folioſo. *Spec. pl.* 1. *p.* 52.

Cyperus culmo triquetro folioſo, capitulo glomerato triphyllo, ſpicis teretibus. *Gron. virg.* 131?
Pee mottenga *Rheed. mal* 2. *p.* 99. *t.* 53.
*Habitat in* Indiis.
Culmus *triqueter.* Involucrum *nutans*, *longitudine culmi.* Spiculæ *plurimæ*, *ovato-oblongæ*, *ſeſſiles*, *in capitulum ſubrotundum congeſtæ.*

9. SCHOENUS culmo triquetro folioſo, panicula villoſa, ſeminibus globoſis nitidis, foliis trifariam aculeolatis. lithoſpermus.
Schoenus ſecans. *Amœn. acad.* 5. *p.* 391. * *Syſt. nat.* 2. *p.* 865.
Scirpus lithoſpermus. *Sp. pl.* 1. *p.* 51.
Cyperus maximus americanus, lithoſpermi ſemine. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 237. *ſ.* 8. *t.* 11. *f.* 16.
Gramen Cyperoides ſylvaticum maximum geniculatum aſperius, ſemine milii ſolis. *Sloan. jam.* 36. *hiſt.* 1. *p.* 118. *t.* 77. *f.* 1.
Calamagroſtis. *Rumph. amb.* 6. *p.* 16. *t.* 6. *f.* 2.
Kaden-pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 89. *t.* 48.
*Habitat in* Indiis ♃.
*Diſtinctiſſimus a reliquis ſeminibus globoſis, margaritæ colore nitidiſſimis.* Folia *longiſſima*, *pollice latiora*, *margine carinaque aculeis minutiſſimis ſecantia.*

10. SCHOENUS culmo ſubtriquetro nudo, ſpica diſticha, involucro monophyllo. compreſſus.
Cyperella montana ſpicata, radice repente, caule rotundo triquetro, ſpica fuſca compreſſa diſticha, ſemine cinereo. *Mich. gen.* 53.
Gramen Cyperoides ſpica ſimplici compreſſa diſticha. *Pluk. alm.* 173. *t.* 34. *f.* 9. *Scheuch. gram.* 490. *Raj. hiſt.* 1910. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 245.
*Habitat in* Anglia, Helvetia, Italia.

11. SCHOENUS culmo triquetro folioſo, floribus faſciculatis, foliis planis, pedunculis lateralibus geminis. glomeratus.
Schœnus culmo triquetro, pedunculis geminis lateralibus, floribus conglomeratis. *Gron. virg.* 131.
*Habitat in* Virginia.

12. SCHOENUS culmo ſubtriquetro folioſo, floribus faſciculatis, foliis ſetaceis. *Fl. ſvec.* 34, 41. *Dalib. pariſ.* 14. albus.

 Schœ-

Schœnus floſculis faſciculatis. *Hort. cliff.* 22. *Roy. lugdb.* 48.
Cyperus paluſtris hirſutus minor, paniculis albis. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 39. *Fl. lapp.* 17
Cyperella paluſtris, capitulis umbellatis primum albis, deinde fulvis. *Mich. gen.* 53.
Gramen luzulæ accedens glabrum, in paluſtribus proveniens, paniculatum. *Pluk. alm* 178. *t.* 34. *f.* 11.
Gramen Cyperoides paluſtre leucanthemum. *Scheuchz. gram.* 503.
*Habitat in* Europæ *borealis paludibus turfoſis.* ♃.

Schœnus fuscus culmo tereti folioso: spiculis subfasciculatis; foliis filiformibus canaliculatis. App. 1664. In Suecia, Anglia paludibus

## CYPERUS.

### * *Culmo tereti.*

articulatus. 1. CYPERUS culmo tereti nudo articulato.
Cyperus culmo nudo articuloſo. *Roy. lugdb.* 51.
Juncus Cyperoides creberrime geniculatus medulla farctus aquaticus, radice rubra tuberoſa odorata. *Sloan. jam.* 36. *hiſt.* 1. *p.* 121. *t.* 81. *f.* 1.
*Habitat in* Jamaicæ *rivulis.* ♃.

minimus. 2. CYPERUS culmo tereti nudo, ſpicis ſub apice.
Cyperus culmo tereti, ſpicas ſub apice ferente. *Hort. cliff.* 21. *Roy. lugdb.* 49.
Gramen junceum perpuſillum, capillaceis foliis, æthiopicum. *Pluk. alm.* 179. *t.* 300. *f.* 5.
Gramen Cyperoides minimum, ſpicis pluribus compactis ex oblongo-rotundis. *Sloan. jam.* 36. *hiſt.* 1. *p.* 120. *t.* 79. *f.* 3. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 625.
*Habitat in* Jamaica, Africa.

### * * *Culmo triquetro.*

ſquarroſus. 3. CYPERUS culmo triquetro folioſo, umbella folioſa glomerata, ſpicis ſtriatis ſquarroſis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 303. *
Gramen Cyperoides maderaſp. minimum iſchæmi paniculis cum ariſtis. *Pluk. amalt.* 114. *t.* 397. *f.* 2.
*Habitat in* Aſia.

haſpan. 4. CYPERUS culmo triquetro folioſo, umbella ſupradecompoſita, ſpiculis umbellato-ſeſſilibus. *Flor. zeyl.* 37. *
Gramen Cyperoides maderaſpatanum, panicula magis ſparſa & ſpecioſa. *Pluk. alm.* 179. *t.* 192. *f.* 2.
*Habitat in* India, Æthiopia. ♃.

5. CY-

5. CYPERUS culmo triquetro folioſo, umbella folioſa ſupradecompoſita, pedunculis nudis, ſpicis alternis. *Roy. lugdb.* 50. *Mat. med.* 29. *Dalib. pariſ.* 14. longus.
Cyperus odoratus radice longa ſ. Cyperus officinarum. *Bauh. pin.* 14. *Scheuch. gram.* 378. *Moriſ. hiſt.* 3. *pag.* 237. *ſ.* 8. *t.* 11 *f.* 13.
*Habitat in* Italiæ, Galliæ *paludibus* ♃.

6. CYPERUS culmo triquetro ſubnudo, umbella decompoſita: ſpicis alternis linearibus. *Flor. zeyl.* 36. *Mat. med.* 30. rotundus.
Cyperus orientalis, radice olivarii, ſpicis longis e ſpadiceo purpuraſcentibus. *Scheuch. gram.* 391.
*Habitat in* India.

7. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella folioſa, radicum tuberibus ovatis: zonis imbricatis. *Roy. lugdb.* 51. eſculentus.
Cyperus rotundus eſculentus anguſtifolius. *Bauh. pin.* 14 *theatr.* 222. *Scheuch. gram.* 382. *Moriſ. hiſt* 3. *p.* 236. *ſ.* 8. *t.* 11. *f.* 1[illegible].
Cyperus rotundus. *Lob. ic.* 75. *Dod. pempt.* 338.
Thraſi. *Bauh. hiſt* 2. *p.* 504.
*Habitat* Monſpelii, *inque* Italia, Oriente. ♃.

8. CYPERUS culmo triquetro ſubnudo, umbella diphylla ſimplici trifida, ſpicis cuſpidatis intermedia ſeſſili. *Amœn. acad.* 4. *p.* 302. * difformis.
Gramen Cyperoides elegans vaſumbo curry malabarorum. *Pluk. amalt. t.* 317. *f.* 5.
*Habitat in* India.

9. CYPERUS culmo triquetro ſeminudo, umbella folioſa decompoſita, ſpiculis alternis, granis diſtinctis. Iria.
Gramen Cyperoides Indiæ orientalis elatius, panicula ſparſa palleſcente. *Pluk. alm.* 179. *t.* 191. *f.* 7.
Iria ſ. Balari. *Rheed. mal.* 12. *p.* 105. *t.* 56.
*Habitat in* India. *Osbeck.*
*Pedunculi in umbella plurimi, apice umbelluliferi; umbella ex tribus quatuorve radiis, qui alternatim ſpiculas gerunt ex granis triquetris, obtuſiſſimis, vix manifeſta palea veſtitis, parum diſtantibus.*

10. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella folioſa ſupradecompoſita, ſpicis digitalibus imbricatis: ſpiculis ſubulatis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 301. * elatus.
*Habitat in* India.

elegans. 11. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella folioſa, pedunculis nudis proliferis, ſpicis confertis mucronibus patulis. *Roy. lugdb.* 51.

Cyperus panicula maxime ſparſa ferruginea compreſſa elegantiſſima. *Sloan. jam.* 35. *hiſt.* 1. *p.* 117. *t.* 75. *f.* 1. *Raj. ſuppl.* 623.

*Habitat in* Jamaicæ *paludoſis maritimis.*

glomeratus. 12. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella triphylla ſupradecompoſita, ſpicis glomerato-rotundatis: ſpiculis ſubulatis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 301. *

Cyperus aquaticus italicus procerior, locuſtis tenuiſſimis in racemum denſe congeſtis. *Mich. gen.* 45. *Segu. veron.* 3. *p.* 68. *t.* 2. *f.* 2.

Cyperus capitulis glomeratim congeſtis, ſeminibus ariſtatis. *Mont. gram.* 14. *t.* 1. *f* 1.

*Habitat in* Italiæ *paludoſis ex* India ♃. *Seguier.*

odoratus. 13. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella decompoſita ſimpliciter folioſa, pedicellis diſtiche ſpicatis.

Cyperus culmo triquetro nudo, umbella duplicata folioſa, pedunculis propriis diſtiche ſpicatis. *Roy. lugdb.* 50. *Gron. virg.* 131.

Cyperus longus odoratus, panicula ſparſa, ſpicis ſtrigoſioribus viridibus. *Sloan. jam.* 35. *hiſt.* 1. *p.* 116. *t.* 74. *f.* 1. & *t.* 8. *f.* 1.

*Habitat in* America *ad fluviorum ripas.*

compreſſus. 14. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella univerſali triphylla, glumis mucronatis latere membranaceis.

Cyperus culmo triquetro nudo, panicula folioſa, pedunculis ſimplicibus, ſpicis alternis ſubulatis diſtichis. *Roy. lugdb.* 51. *Gron. virg.* 131

Cyperus rotundus gramineus fere inodorus, panicula ſparſa compreſſa viridi. *Sloan. jam.* 35. *hiſt.* 1. *p.* 117. *t.* 76. *f.* 1. *Raj. ſupp.* 623.

*Habitat in* Americæ *ſeptentrionalis pratis arenoſis.*

*Dignoſcitur Panicula & Spicis viridibus; Glumis mucronatis, non patulis, at marginibus lateralibus membranaceis. Umbellæ partiales nudæ; univerſalis glomerata.*

flaveſcens. 15. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella triphylla, pedunculis ſimplicibus inæqualibus, ſpicis confertis lanceolatis.

Cy-

Cyperus culmo triquetro nudo, panicula folioſa ſupradecompoſita, ſpicis confertis diſtiche compreſſis. *Dalib. pariſ.* 14.

Cyperus minimus, panicula ſparſa flaveſcente. *T. Scheuch. gram.* 385. *Hall. helv.* 246.

Cyperus minor pulcher, panicula lata compreſſa ſubflaveſcente. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 239. *ſ.* 8. *t.* 11. *f.* 37.

Gramen Cyperoides minus, panicula ſparſa ſubflava. *Bauh. pin.* 6. *theatr.* 88 *t.* 88.

*Habitat in* Germaniæ, Helvetiæ, Galliæ, Italiæ *paludoſis.*

16. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella trifida, pedunculis ſimplicibus inæqualibus, ſpicis confertis linearibus. fuſcus.

Cyperus culmo triquetro nudo, panicula diphylla ſupradecompoſita, ſpicis ſtrigoſioribus confertis diſtiche compreſſis. *Dalib. pariſ.* 15.

Cyperus minimus, panicula ſparſa nigricante. *T. Scheuch gram.* 384.

Cyperus minor pulcher, panicula compreſſa nigricante. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 239. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 38.

Gramen Cyperoides minus, panicula ſparſa nigricante. *Bauh. pin.* 6.

*Habitat in* Galliæ, Germaniæ, Helvetiæ *pratis humidis.*

*Differt a C. flaveſcente vix manifeſte, ſpiculis anguſtioribus fuſcis & foliis magis ſcabris.*

17. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella diphylla compoſita, ſpiculis alternis digitatis lanceolatis: glumis mucronatis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 302. * pumilus.

Gramen Cyperoides pumilum elegans e maderaſpatan. *Pluk. alm.* 179. *t.* 191. *f.* 8.

*Habitat in* India.

18. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella ſimplici, ſpiculis linearibus confertiſſimis horizontalibus. ſtrigoſus.

Cyperus rotundus, panicula ſparſa, ſpicis ſtrigoſis ferrugineis. *Sloan. jam.* 35. *hiſt.* 1. *p.* 116. *t.* 74. *f.* 2, 3.

*Habitat in paludibus* Jamaicæ, Virginiæ.

*Radix ſubrotunda. Umbellæ radii ſimplices, erectiuſculi, inſtructi ſpiculis linearibus, longiuſculis, ferrugineis, confertiſſimis, numeroſiſſimis, horizontaliter a pedunculo communi patentibus vel etjam deorſum flexis.*

ligularis. 19. CYPERUS culmo triquetro, umbellæ ſpiculis capitatis oblongis ſeſſilibus, involucris longiſſimis ſerrato-aſperis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 391. *
Cyperus maximus, panicula minus ſparſa ferruginea, capitulis compactis craſſioribus. *Sloan. jam.* 35. *hiſt.* 1. *p.* 36. *t.* 9.
*Habitat in* Jamaica.

Papyrus. 20. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella ſimplici folioſa, pedunculis ſimpliciſſimis vaginatis diſtiche ſpicatis. *Roy. lugdb.* 50.
Cyperus omnium maximus Papyrus dictus. (*Mont. gram.* 14.), locuſtis minimis. *Mich. gen.* 44. *t.* 19.
Cyperus enodis nudus, culmis e vaginis brevibus prodeuntibus, ſpicis tenuioribus. *Scheuch. gram.* 387. *t.* 8. *f.* 14.
Cyperus niloticus vel ſyriacus maximus papyraceus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 239. *ſ.* 8. *t.* 11. *f.* 41.
Papyrus ſyriaca & ſiciliana *Bauh. pin.* 19. *theatr.* 333.
*Habitat in* Calabria, Sicilia, Syria, Ægypto.

## SCIRPUS.

* * *Spica unica.*

articulatus. 1. SCIRPUS culmo tereti nudiuſculo ſemigeniculato, capitulo glomerato laterali.
Tſieli *Rheed. mal.* 12. *p.* 135. *t.* 71.
*Habitat in* Malabariæ *aquoſis arenoſis.*
*Culmus cavus, geniculis cinctus, at non undique. Spicæ laterales in capitulum ſemiverticillatum collectæ.*

paluſtris. 2. SCIRPUS culmo tereti nudo, ſpica ſubovata terminali. *Fl. ſvec.* 41, 42. *Dalib. pariſ.* 16.
Scirpus culmo nudo, ſpica terminali ſubovata. *Roy. lugdb.* 48.
Scirpus equiſeti capitulo majore. *T. Scheuchz. gram.* 360. *Fl. lapp.* 19.
Juncus paluſtris, capitulo equiſeti, major. *Bauh. pin.* 12.
Juncellus cyperoides capitulo ſimplici. *Læſ. pruſſ.* 131. *t.* 36.
*Habitat in* Europæ *foſſis & inundatis.*

capitatus. 3. SCIRPUS culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ſubgloboſa terminali.

Scir-

Scirpus culmo ſetaceo nudo, ſpica ſubgloboſa. *Gron. virg.* 12.
*Habitat in* Virginia.

4. SCIRPUS culmo triquetro nudo, ſpica cylindrica terminali. *Amœn. acad.* 5. *p.* 391. * mutatus.
*Habitat in* Jamaica. ♃.
*Simillimus S. geniculato, ſed Culmus triqueter, molliuſculus, nec articulatus.*

5. SCIRPUS culmo terreti nudo, ſpica oblonga terminali. geniculatus.
Scirpus culmo nudo, ſpica terminali ſubrotunda. *Hort. cliff.* 21. * *Roy. lugdb.* 48.
Juncus aquaticus geniculatus, capitulis equiſeto major & minor. *Sloan. jam.* 37. *hiſt.* 1. *p.* 122. *t.* 75. *f.* 2. & *t.* 81. *f.* 3. *Raj. ſuppl.* 628.
*Habitat in* Jamaica

6. SCIRPUS culmo ſtriato nudo, ſpica bivalvi terminali longitudine calycis, radicibus ſquamula interſtinctis. *Fl. ſvec.* 42, 43. *Dalib. pariſ.* 17. cæſpitoſus.
Scirpus folio culmi unico. *Fl. lapp.* 20. *Roy. lugdb.* 49.
Scirpus montanus, capitulo breviore. *Scheuch. gram.* 363. *t.* 7. *f.* 18. *Pluk. phyt.* 40. *f.* 6. *Raj. angl.* 4. *p.* 32.
Juncus parvus paluſtris, cum parvis capitulis equiſeti. *Raj. hiſt.* 1306. *Pluk. phyt.* 40. *f.* 6.
Gramen junceum, foliis & ſpica junci, minus. *Bauh. pin.* 6.
*Habitat in* Europæ *paludibus cæſpitoſis ſylvaticis.* ♃.

7. SCIRPUS culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ovata terminali bivalvi, ſeminibus nudis. *Fl. ſvec.* 43, 44. *Dalib. pariſ.* 17. acicularis.
Scirpus magnitudine aciculæ. *Fl. lapp.* 21. *Roy. lugdb.* 49.
Juncus minimus, ſpica breviore ſquamoſa ſpadicea. *Scheuch. gram.* 364. *t.* 7. *f.* 4.
Juncellus minimus, capitulis equiſeti. *Pluk. alm.* 201. *t.* 40. *f.* 7. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 234. *ſ.* 8. *t.* 10. *f.* 37.
*Habitat in* Europa *ſub aquis purioribus.*

8. SCIRPUS culmis teretibus nudis alternis, caule folioſo flaccido. fluitans.
Scirpus foliis linearibus planis alternatim faſciculatis, ſpica terminali. *Guett. ſtamp.* 141.

Scirpus caule folioſo flaccido, ſcapis alternis capitatis. *Roy. lugdb.* 49. *Sauv. monſp.* 9.
Scirpus equiſeti capitulo minori. *T. Scheuch. gram.* 365. *t.* 7. *f.* 20.
Juncellus, capitulis equiſeti, minor fluitans. *Bauh. pin.* 12. *prodr.* 23. *theatr.* 187.
Gramen junceum clavatum minimum. *Raj. hiſt.* 1310. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 230. *ſ.* 8. *t.* 10. *f.* 31. *Pluk. alm.* 180. *t.* 35. *f.* 1.
*Habitat in* Angliæ, Galliæ *udis.*

* * *Culmo tereti polyſtachio.*

lacuſtris. 9. SCIRPUS culmo tereti nudo, ſpicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. *Fl. ſvec.* 40, 46. *Dalib. pariſ.* 16.
Scirpus ſpicis copioſis. *Roy. lugdb.* 48.
Juncus maximus ſ. Scirpus major. *Bauh. pin.* 12. *theatr.* 178.
*Habitat in* Europæ *aquis puris ſtagnantibus & fluviatilibus.*

Holoſchœnus 10. SCIRPUS culmo tereti nudo, ſpicis ſubglobosis glomeratis pedunculatis, involucro diphyllo inæquali mucronato.
Scirpus panicula ſolum folioſa, ſpicis globoſis pedunculatis lateralibus. *Sauv. monſp.* 8.
Juncus acutus maritimus, capitulis rotundis. *Bauh. pin.* 11. *theatr.* 17.
Scirpoides maritimum, capitulis ſparſis glomeratis. *Scheuch. gram.* 371.
Holoſchœnus. *Dalech hiſt.* 987.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*

romanus. 11. SCIRPUS culmo tereti nudo, capitulo laterali conglobato, bractea reflexa.
Scirpus capitulo ſingulari, radice tomentoſa. *Barr. rar.* 1249. *t.* 255. *f.* 3.
Scirpoides acutum maritimum, capitulo glomerato ſolitario. *Scheuch. gram.* 373. *Mich. gen.* 52.
β. Juncus minor acutus maritimus prolifer ex uno capitello multa. *Pluk. alm.* 200. *t.* 40. *f.* 5.
*Habitat in* Galloprovincia & Romæ. ♃.
*Huic Calami fili craſſitie; præcedentis vero craſſi ut in S. lacuſtri & apice pungentes.*

12.

12. SCIRPUS culmo nudo ſetaceo, ſpicis lateralibus ſubſolitariis ſeſſilibus. *It. ſcan.* 227. * *Fl. ſvec.* 2. *n.* 45. ſetaceus.
Scirpus culmo nudo ſetaceo, ſpicis pedunculatis. *Roy. lugdb.* 49.
Scirpus omnium minimus, capitulo breviore. *T. Scheuch. gram.* 358.
Juncus inutilis ſ. Chamæſchœnus. *Bauh. pin.* 12. *prod.* 22.
Juncellus omnium minimus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 232. *ſ.* 8. *t.* 10 *f.* 23.
Gramen junceum minimum, capite ſquamoſo. *Bauh. pin.* 6. *prodr.* 13.
*Habitat in* Europæ *litoribus maritimis.*

13. SCIRPUS culmo tereti nudo, ſpicis ſeſſilibus in medio culmo glomeratis. *Dalib. pariſ.* 16. † ſupinus.
Scirpus ſupinus minimus, capitulis conglobatis, foliis rotundo-teretibus. *Tournef. inſt.* 528.
*Habitat* Pariſiis.

14. SCIRPUS culmo nudo capillari, ſpicis pedunculatis ſeſſilibusque lateralibus. capillaris.
Scirpus culmo teretiuſculo ſeminudo, ſpicis capitatis ſeſſilibus, involucro diphyllo ſetaceo. *Flor. zeyl.* 39.
Cyperus culmo tereti ſpicas infra apicem ferente. *Hort. cliff.* 21.
Gramen junceum perpuſillum, capillaceis foliis, æthiopicum. *Pluk. alm.* 179. *t.* 300. *f.* 5.
Gramen puſillum, junci capitulis minimis, ad baſin foliolis binis acutis. *Burm. zeyl.* 108. *t.* 47. *f.* 2.
*Habitat in* Virginia, Æthiopia, Zeylona.

* * * *Culmo triquetro, panicula nuda.*

15. SCIRPUS culmo triquetro nudo acuminato laterali, ſpicis conglomeratis. mucronatus.
Scirpo-Cyperus maritimus. *Mich. gen.* 47. *ord.* c. 2. 3.
Juncus acutus maritimus, caule triangulo. *Bauh. pin.* 11. *prodr.* 22. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 232. *ſ.* 8. *t.* 10. *f.* 20.
Juncus acutus maritimus, caule triquetro rigido & molli. *Pluk. alm.* 200. *t.* 40. *f.* 1. 3.
*Habitat in* Angliæ, Italiæ, Helvetiæ, Virginiæ *ſtagnis maritimis.*

dichotomus. 16. SCIRPUS culmo triquetro nudo, umbella decompoſita, ſpicis dichotomiæ ſeſſilibus. *Flor. zeyl.* 40. *
Gramen Cyperoides maderaſpatanum, juncelli geſneri capitulis ſparſis. *Pluk. alm.* 179. *t.* 119. *f.* 3.
*Habitat in* India.

echinatus. 17 SCIRPUS culmo triquetro nudo, umbella ſimplici, ſpicis ovatis. *Fl. zeyl.* 38. *
Cyperus floribus capitatis erectis pedunculatis. *Gron. virg.* 12.
Gramen Cyperoides americanum, ſpicis grandioribus oblongo-rotundis, ſparganii in modum echinatis, ad ſummum caulem pediculis longis innitentibus. *Pluk. alm* 179. *t.* 91. *f.* 4.
*Habitat in* India *utraque.*

retrofractus. 18. SCIRPUS culmo triquetro, umbella ſimplici: ſpicarum floſculis retrofractis.
Cyperi genus indianum, panicula ſpecioſa, ſpiculis propendentibus atris. *Pluk. phyt.* 415. *f.* 4.
*Habitat in* Virginia. ♃.

ferrugineus. 19. SCIRPUS culmo triquetro ſubnudo, involucris longitudine paniculæ ciliatis.
Cyperus culmo triquetro nudo, panicula diphylla, pedunculis quibusdam ſubdiviſis, ſpicis ovatis ſolitariis. *Roy. lugdb.* 50.
Gramen Cyperoides majus, ſpicis ex oblongo-rotundis compactis ferrugineis. *Sloan. jam.* 36. *hiſt.* 1. *p.* 36. *t.* 77. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaicæ *paludibus maritimis.*

ſpadiceus. 20. SCIRPUS culmo triquetro nudo, umbella ſubnuda, ſpicis oblongis ſeſſilibus terminalibusque.
Scirpus culmo triquetro nudo, panicula laxa, ſpicis alternis ſubſeſſilibus, pedunculis longis terminalibus. *Gron. virg.* 132.
Gramen Cyperoides majus aquaticum, paniculis pluri-mis junceis ſparſis, ſpicis ex oblongo-rotundis ſpadiceis. *Sloan. jam.* 36. *hiſt.* 1. *p.* 118. *t.* 76. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaicæ *fluviis.*

* * * * *Culmo triquetro, Panicula foliacea.*

maritimus. 21. SCIRPUS culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, ſpicularum ſquamis trifidis: intermedia ſubulata. *Fl. ſvec.* 39, 47. *Dalib. pariſ.* 15.

Cy-

Cyperus culmo triquetro, panicula foliacea, pedunculis ſimpliſſimis, ſpicis confertis. *Roy. lugdb.* 50.
Cyperus panicula ſubſeſſili, capitulis ſubovatis. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 414.
Cyperus rotundus inodorus germanicus. *Bauh. pin.* 14. *theatr.* 215.
β. Cyperus rotundus inodorus anglicus. *Bauh. pin.* 14.
γ. Cyperus panicula compacta e ſpicis teretibus craſſioribus compoſita. *Scheuch. hiſt.* 400.
δ. Gramen Cyperoides panicula ſparſa majus. *Bauh. pin.* 6.
ε. Scirpo-Cyperus paluſtris, radice repente nodoſa inodora, panicula ſparſa, capitulis majoribus. *Mich. gen.* 48.
*Habitat in* Europæ *litoribus maritimis.* ♃.
*Anatome partium fructificationis conjunctionem* β. γ. δ. ε. *juſſit.*

22. SCIRPUS culmo triquetro nudo, umbella ſupradecompoſita, ſpicis intermediis ſeſſilibus, involucro ſetaceo. miliaceus.
*Habitat in* India.
Culmi *plurimi, nudi, ſimplices, triquetri, læves, ſemipedales.* Folia *graminea, baſin culmi obveſtientia, lævia.* Umbella *laxa, ſupradecompoſita, diffuſa.* Involucra *univerſalia partialiaque foliaceo-ſetacea, umbella breviora.* Spicæ *pedunculatæ, at ſolitariæ, ſeſſiles in ramificationibus umbellæ; omnes ovatæ, minutiſſimæ ut ſemina milii.*

23. SCIRPUS culmo triquetro nudo, umbella folioſa prolifera, ſpiculis ſubrotundis. luzulæ.
*Habitat in* India.
Culmus *plus quam pedalis, nudus, triqueter, lævis.* Involucrum *univerſale polyphyllum: foliis enſiformibus, umbella longioribus.* Partialia *vix ulla, niſi ſeta breviſſima.* Umbellæ *pedunculi intermedii breviſſimi; omnes terminati capitello, iterum prolifero.* Capitella *ſubrotunda, glomerata ex ſpiculis ſubrotundis.*

24. SCIRPUS culmo triquetro folioſo, umbella foliacea, pedunculis nudis ſupradecompoſitis, ſpicis confertis. *Fl. ſvec.* 38, 45. *Dalib. pariſ.* 15. *Raj. angl.* 4. *p.* 33. ſylvaticus.
Cyperus culmo triquetro, panicula folioſa, pedunculis

lis nudis ſupradecompoſitis, ſpicis confertis. *Roy. lugdb.* 49.

Gramen cyperoides miliaceum. *Bauh. pin.* 6.

Gramen arundinaceum, foliis acutiſſimis, panicula multiplici, cyperi facie. *Loeſ pruſſ.* 119. *t.* 33.

*Habitat in* Europæ *ſylvis humentibus.* ♃.

corymboſus 25. SCIRPUS culmo triquetro folioſo, corymbis lateralibus ſimplicibus: terminali prolifero, ſpicis ſubulatis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 303. *

*Habitat in* India.

michelianus 26. SCIRPUS culmo triquetro, capitulo globoſo, involucro polyphyllo longo.

Cyperus italicus omnium minimus. *Till. piſ.* 51. *t.* 20. *f.* 5.

*Habitat in* Italia *rarius.*

* * * * *Culmo triquetro, capitulo terminali.*

cephalotes. 27. SCIRPUS culmo triquetro nudo capitulo ovato ſquarroſo, involucro triphyllo longo.

Bobartia ſpicis capitatis involucro majori folioſo tectis. *Brown. jam.* 129. ?

*Habitat in* India.

Culmus *altus, triqueter, lævis, ſtriatus.* Capitulum *ovatum, terminale, pedicellis non conſpicuis.* Calyces *imbricati, acuminate ſquarroſi ſ. recurvati.* Involucrum *univerſale longiſſimum,* 3. *ſ.* 4-*phyllum, reflexum, margine ſcabrum.*

## ERIOPHORUM.

vaginatum. 1. ERIOPHORUM culmis vaginatis teretibus, ſpica ſcarioſa. *Fl. ſvec.* 45, 50. * *Dalib. pariſ.* 18.

Eriophorum ſpica erecta, caule tereti. *Fl. lapp.* 23. *Roy. lugdb.* 51.

Gramen tomentoſum alpinum & minus. *Bauh. pin.* 5. *prodr.* 10. *Burſ.* 1: 43.

Juncus alpinus capitulo lanuginoſo ſ. Schœnolagurus. *Bauh. pin.* 12. *prodr.* 23. *theatr.* 188. *Scheuch. gram.* 302. *t.* 7. *f.* 1.

*Habitat in* Europæ *frigidis ſterilibus.* ♃.

polyſtachion. 2. ERIOPHORUM culmis teretibus, foliis planis, ſpicis pedunculatis. *Fl. ſvec.* 44, 49. *Dalib. pariſ.* 18.

Erio-

Eriophorum ſpicis pendulis. *Fl. lapp.* 28. *Hort. cliff.* 22. *Roy. lugdb.* 51.
Gramen pratenſe tomentoſum, panicula ſparſa. *Baub. pin.* 4.
*Habitat in* Europæ *uliginoſis*, *turfoſis*. ♃.

3. ERIOPHORUM culmis folioſis teretibus, foliis planis, ſpica erecta. virginicum.
Eriophorum ſpica compacta erecta foliacea, caule compreſſo. *Gron. virg.* 132.
Gramen tomentoſum virginianum, panicula magis compacta aureo colore perfuſa. *Pluk. alm.* 179. *t.* 299. *f.* 4.
Gramen tomentoſum, capitulo ampliore fuſco & foliaceo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 224. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 2.
*Habitat in* Virginia. ♃.

4. ERIOPHORUM culmis teretibus folioſis, panicula ſupradecompoſita prolifera, ſpiculis ſubternis. cyperinum.
Scirpus paniculatus, foliis floralibus paniculam ſuperantibus. *Gron. virg.* 12.
Cyperus miliaceus ex provincia mariana, panicula villoſa aurea. *Pluk. mant.* 62 *t.* 419. *f.* 3.
Cyperus miliaceus marilandicus, ſpicis ſeminiferis magis confertis rubentibus lanuginoſis. *Raj. ſuppl.* 620.
*Habitat in* America *ſeptentrionali*.
*Statura omnino* Cyperi, *ſed Spiculæ* Scirpi, *niſi Semina matureſcentia producerent Lanam gilvam ſ. teſtaceam*, *vix ſpiculis longiorem*.

5. ERIOPHORUM culmis nudis triquetris, ſpica pappo breviore. *Fl. ſuec.* 46, 51. alpinum.
Eriophorum ſpica erecta, caule triquetro. *Fl. lapp.* 24.
Linagroſtis juncea alpina, capitulo parvo: tomento rariore. *Scheuch. gram.* 305. *t.* 7. *f.* 4.
Juncus alpinus bombycinus. *Baub. pin.* 12. *prodr.* [illegible].
*Habitat in* Europæ *alpibus*, *locisque affinibus*. ♃.

## NARDUS.

1. NARDUS ſpica ſetacea recta. *Fl. ſuec.* 47, 52. *Dalib. pariſ.* 18. ſtricta.
Nardus ſpica lineari. *Fl. lapp.* 40. *Hort. cliff.* 42.
Gramen ſparteum juncifolium. *Baub. pin.* 5. *Scheuch. gram.* 90.
Gramen ſparteum hollandicum, capillaceo folio, & minus.

nus. *Bauh. pin.* 5. *prodr.* 11. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 217. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 8.
*Habitat in* Europæ *aſperis, ſterilibus, duris.* ♃.

gangitis. 2. NARDUS ſpica recurva.
Nardus ſpuria narbonenſis. *Bauh. pin.* 13.
Nardus gangitis ſpuria narbonenſis. *Lob. ic.* 84. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 257. *ſ.* 8. *t.* 13. *f. ult. Raj. hiſt.* 1911.
*Habitat in* G. Narbonenſi.

ariſtatus. 3. NARDUS calycibus ariſtatis. *Goũan.*
Gramen exile arundinaceum minimum, acumine reflexo. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 74. *t.* 57. *Scheuch. gram.* 11.
Gramen junceum nodoſum minimum capillare. *Barr. rar.* 106. *t.* 117. *f.* 1.
*Habitat* Romæ.

ciliaris. 4. NARDUS ſpica incurva ciliata.
*Habitat in* India.
*Folia graminea, plana.* Culmus *ſpitamæus. Spica dimidiata ſ. altero latere tantum Floſculis alternis, erectis,* 12. *ad* 15: *valvula exteriore ovato-oblonga, mutica, margine ciliata pilis ſcabris, numeroſis.* Calyx *proprie nullus, ſed ad alterum latus floſculorum ſeta, brevior ipſa gluma.*

## LYGEUM.

Spartum. 1. LYGEUM. *Læfl. it.* 285. *t.* 2. *
Spartum herba, alterum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 220. *f.* 2.
Gramen Sparteum ſecundum, panicula brevi folliculo incluſa. *Bauh. pin.* 5.
*Habitat in* Hiſpaniæ *campis argilloſis.* ♃.

# *DIGYNIA.*

## BOBARTIA.

indica. 1. BOBARTIA.
Bobartia ſpicis capitatis, involucro folioſo. *Fl. zeyl.* 41. * *Amœn. acad.* 1. *p.* 388. *
Scirpus maderaſpatanus, capitulo ſquamoſo ſubrotundo. *Scheuch. gram.* 369.
*Habitat in* India.
*Refert ita Schœnum mucronatum, ut ejus figura pro hujus ubique venditari poſſit.*

COR-

## CORNUCOPIÆ.

1. CORNUCOPIÆ. *Hort. cliff.* 490. *Roy. lugd.* 52. *Haſſelq. it.* 452. cucullatum.
Juncus clavatus vaginatus polycephalus. *Pet. gaz. t.* 73. *f.* 5.
Gramen orientale vernum in udis proveniens, capitulo inflexo. *Scheuch. gram.* 117.
*Habitat* Smyrnæ. *D. Haſſelqviſt.*

## SACCHARUM.

1. SACCHARUM floribus paniculatis. *Hort cliff.* 26. *Mat. med.* 33 *Roy lugdb.* 52. officinarum.
Arundo ſaccharifera. *Bauh. pin.* 18. *Sloan. jam.* 31. *hiſt.* 1. *p.* 108. *t.* 66. *Rumph. amb.* 5. *p.* 186. *t.* 74. *f.* 1.
*Habitat in* Indiæ *utriusque locis inundatis.*

2. SACCHARUM floribus ſpicatis, foliis undatis. ſpicatum.
Alopecurus malabarica, foliis undulatis, ſpica prætenui. *Scheuch. gram.* 91.
Gramen paniculatum brevifolium criſpum, ſpica purpureo-ſericea maderaſpatanum. *Pluk. alm.* 177. *t.* 119. *f.* 1. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 191. *n.* 7.
Tjeria kuren-pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 117. *t.* 62. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 191. *n.* 5.
*Habitat in* Indiæ *petroſis.*

## PHALARIS.

1. PHALARIS panicula ſubovata ſpiciformi: glumis carinatis. *Hort. upſ.* 19. canarienſis.
Phalaris radice annua. *Hort. cliff.* 23. *Roy. lugb.* 63. *Dalib. pariſ.* 20.
Phalaris major, ſemine albo. *Bauh. pin.* 28. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 186. *f.* 8. *t.* 3. *f.* 1.

2. PHALARIS panicula cylindrica: glumis carinatis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 264. * bulboſa.
Phalaris radice perenni. *Roy. lugdb.* 63.
Phalaris bulboſa, ſemine albo. *Raj. hiſt.* 1249. *Scheuch. gram.* 53.
*Habitat in* Oriente.

3. PHALARIS panicula ovato-oblonga ſpiciformi; glumis carinatis lanceolatis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 264. * aquatica.
Gramen typhinum phalaroides majus bulboſum aquaticum. *Barr. rar.* 1209. *t.* 700. *f.* 1.

Gra-

Gramen phalaroides hirſutum, ſpica longiſſima. *Buxb. cent.* 4. *p.* 32. *t.* 53.
*Habitat ad* Tyberin & *in* Ægypto. ♃.

utriculata. 4. PHALARIS panicula ſpicata, petalis ariſta articulata, vagina ſupremi folii ſpathiformi.
Gramen pratenſe, ſpica purpurea ex utriculo prodeunte, ſ. Gramen folio ſpicam amplexante. *Baub pin.* 3. *theatr.* 44.
*Habitat in* Italia.

Phalaris paradoxa ſpica cylindrica: floſculis monomaliis: neutris pluvimis: infimis praemorſis. app. 1661. In Oriente.

phleoidea. 5. PHALARIS panicula cylindrica ſpiciformi.
Phalaris ſpica cylindrica. *Fl. ſvec.* 49, 54. *Dalib. pariſ.* 19.
Gramen typhoides aſperum primum. *Baub. pin.* 4. *Scheuch. gram.* 61. *Hall. helv.* 232.
*Habitat in* Europæ *verſuris.*

arundinacea 6. PHALARIS panicula oblonga ventricoſa.
Phalaris panicula oblonga. *Fl. ſvec.* 48, 53. *Dalib. pariſ.* 19.
Arundo foliis plani., panicula ſpicata, ſpiculis conſertis. *Hort. cliff.* 26. *Roy. lugdb.* 66.
Gramen aquaticum paniculatum, phalaridis ſemine. *T. Scheuch. gram.* 126.
Gramen arundinaceum ſpicatum. *Baub. pin.* 6. *theatr.* 94.
Gramen aquaticum paniculatum latifolium. *Baub. pin.* 3.
Gramen arudinaceum, aceroſa gluma, jerſeianum. *Raj. ang.* 3. *p.* 400. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 203. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 41.
picta. β. Gramen paniculatum, folio variegato. *Baub. pin.* 3.
*Habitat in* Europæ *ſubhumidis ad ripas lacuum.*

erucæformis 7. PHALARIS panicula lineari ſecunda, calycibus bifloris.
Dactylis ſpicis numeroſis alternis culmo adpreſſis longitudine internodiorum, calicibus bifloris. *Roy. lugd.* 57. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 130. *t.* 29.
Gramen paluſtre, locuſtis erucæformibus. *Barr. rar.* 1158. *t.* 2.
*Habitat in* Sibiria, Ruſſia, Europa *auſtrali.*
*Paſpalum refert, ſed valvulæ floris modo contrario dehiſcunt.*

8. PHA-

8. PHALARIS panicula effuſa, glumarum carinis ciliatis. oryzoides.

Oryza glumis carina hiſpidis. *Grov. virg.* 153.

Gramini tremulo affine paniculatum elegans majus. *Sloan. jam.* 34. *hiſt.* 1. *p.* 113. *t.* 71. *f.* 1.

Gramen paluſtre, panicula ſpecioſa. *Bauh. pin.* 3. *prodr.* 7.

Gramen paniculatum aquaticum aſperum, locuſtis planis & orbiculatis. *Pont. comp.* 57.

Gramen miliaceum paluſtre ſerotinum, paniculis ex locuſtis compreſſis compoſitis. *Mont. prodr.* 51. *Segu. ver.* 1. *p.* 351.

*Habitat in* Virginiæ *paludibus nemoroſis, hodie in* Italiæ *agris Oryzaceis.*

## PASPALUM.

1. PASPALUM ſpicis alternis: rachi membranacea. diſſectum.

Panicum diſſectum. *Sp. pl.* 1. *p.* 57.

Gramen paniceum ſpica ſimplici ad caulem intervallata binis granorum ordinibus uno verſu conſtante, americanum. *Pluk. mant.* 94. *t.* 350. *f.* 2.

*Habitat in* America *calidiore.* ⊙.

Gramen *proſtratum foliorum vaginis fere ſpathaceis.* Spicæ *paucæ rachi membranacea dilatata ad latitudinem ſpicæ ipſius diſtichæ & ſecundæ.* Flores *orbiculati.*

2. PASPALUM ſpiculis paniculatis alternis baſi villoſis. virgatum

Gramen Dactylon majus, panicula longa, ſpicis plurimis nudis craſſis. *Sloan. jam.* 34. *hiſt.* 1. *p.* 112. *t.* 69. *f.* 2.

*Habitat in* Jamaica.

*Præcedenti duplo vel quadruplo majus. Spiculæ baſi villoſæ ad decem uſque, alternæ, paniculam conſtituunt, ſecundæ, ordine non duplici, ſed quadruplici florum.*

3. PASPALUM ſpicis paniculatis verticillato-aggregatis. paniculatum.

Gramen miliaceum, panicula viridi l. purpurea. *Sloan. jam.* 34. *hiſt.* 1. *p.* 115. *t.* 72. *f.* 2.

*Habitat in* Jamaica.

*Erectius hoc eſt, panicula quaſi verticillata ſpiculis innumeris, linearibus, ſecundis, filiformibus, an-*

*guſtiſſimis: floribus duplici ordine digeſtis, acutiuſculis.*

diſtichum. 4. PASPALUM ſpicis duabus: altera ſubſeſſili, floribus acuminatis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 391. *

*Habitat in* Jamaica.

*Gramen pedale.* Foliis *involuto-ſubulatis.* Culmus *terminatus* Spicis *duabus, erectis, approximatis, ſecundis*; floribus *alternis, acuminatis*; *omnibus ſunt Stamina tria.*

## PANICUM.

* *Spicata.*

alopecuroideum. 1. PANICUM ſpica tereti, involucris ſetaceis baſi ciliatis faſciculatis unifloris floſculo quadruplo longioribus.

Gramen geniculatum brevifolium criſpum, ſpica purpuro-ſericea. *Pluk. alm.* 177. *t.* 119. *f.* 1. ?

Gramen indicum alopecuroides holoſericeum majus, ſpica longa pappeſcente. *Pluk. alm.* 177. *t.* 92. *f.* 5.

*Habitat in* Jamaica.

*Spica longa, ferruginea; Floſculi ſparſi, pedunculis brevibus, cincti ſetis longis, erectis;* Scapus *infra ſpicam parum villoſus;* pedicelli *omnes uniflori.*

polyſtachion. 2. PANICUM ſpicis teretibus, involucellis unifloris faſciculato-ſetoſis, culmis erectis ſuperne ramoſis.

Gramen caricoſum alterum. *Rumph. amb.* 6. *p.* 17. *t.* 7. *f.* 2. *B.*

*Habitat in* India. ♂.

*Similis Spicis* Panico glauco, *ſed dimidio minoribus, piſtillis ſanguineis.* Culmus *ramoſus, pedalis ad ſexpedalem, valde ramoſus.* Folia *piloſa, ſuperne fere oppoſita.*

verticillatum. 3. PANICUM ſpica verticillata, racemulis quaternis, involucellis unifloris biſetis, culmis diffuſis.

Gramen paniceum, ſpica aſpera. *Baub. pin.* 8. *theatr.* 139. *t.* 139. *Scheuch. gram.* 67.

*Habitat in* Europa *auſtrali* & Oriente.

*Simillimum* P. *viridi, ſed* ſpica *racemis longioribus,* 3. *ſ.* 4, *deorſum ſecundis.* Flores *virides, piſtillis purpuraſcentibus.* Seta 1. *ſ.* 2, *ſcabra, ad ſingulum florem, eoque longior.* Pedicelli *a caſu florum terminati cotyla truncata, concava, alba.* *Spicæ rachis*

*chis angulis 3. ſ. 4, bifidis.* Culmi *læves, diffuſi, bipedales.* Folia *nuda.*

4. PANICUM ſpica tereti, involucellis bifloris faſcicu- glaucum.
lato-ſetoſis, ſeminibus undulato rugoſis. *Fl. zeyl.* 44.
Panicum ſpica ſimplici, ariſtis aggregatis floſculo ſubjectis. *Gron. virg.* 134.
*Habitat in* Indiis & Italia. ☉.
*Setæ in ſpica longitudine floſculorum.* Foliorum *vaginæ oris piloſæ. Dum ſpica recens prodit* Floſculi *in ſeries diſpoſiti obſervantur. Semina ſtriis undulatis notata.*

5. PANICUM ſpica tereti, involucellis bifloris faſcicu- viride.
lato-piloſis, ſeminibus nervoſis.
Gramen paniceum ſ. Panicum ſylveſtre, ſpica ſimplici. *Bauh. pin.* 8. *Scheuch. gram.* 46.
*Habitat in* Europa *auſtrali.* ☉.

6. PANICUM ſpica compoſita, ſpiculis glomeratis ſe- italicum.
tis immixtis, pedunculis hirſutis.
Panicum ſpica compoſita, ariſtis floſculo brevioribus. *Vir. cliff.* 7. *Hort. upſ.* 19. *Roy. lugdb.* 54. *Gron. virg.* 134.
Panicum italicum ſ. panicula majore. *Bauh. pin.* 27. *theatr.* 519.
Panicum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 202. *t.* 75. *f.* 2.
*Habitat in* Indiis. ☉.

7. PANICUM ſpica compoſita: ſpiculis adpreſſis al- hirtellum.
ternis, calycibus geminis, valvulis omnibus ariſtatis; ariſta extima longiſſima. *Amœn. acad.* 5. *p.* 391. *
Panicum ſylveſtre, panicula rariori, ſpicillis longioribus uno verſu floridis. *Brown. jam.* 133.
*Habitat in* Indiis, *etjam ibi colitur.*

8. PANICUM ſpicis alternis conjugatisque, ſpiculis Crusgalli.
ſubdiviſis, glumis ariſtatis hiſpidis, rachi quinquangulari. *Fl. ſvec.* 2. n. 55.
Panicum ſpicis alternis remotis declinatis compoſitis. *Vir. cliff.* 7. *Roy. lugdb.* 55. *Dalib. pariſ.* 22.
Panicum ſpicis alternis remotis laxis. *Hort. cliff.* 27.
Gramen paniceum, ſpica diviſa. *Bauh. pin.* 8. *Scheuch. gram.* 49. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 189. *ſ.* 8. *t.* 4. *f.* 15.
Dens caninus ſecundus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 434.
β. Gramen paniceum, ſpica diviſa, ariſtis longis armata. *Bauh. pin.* 8.

 *Ha-*

*Habitat in* Europæ, Virginiæ *cultis.* ☉.

Varietas β. *ariſtis decies glumis longioribus manifeſte a communi planta, cui vix ſesquilongiores ariſtæ, differt.*

crus corvi. 9. PANICUM ſpicis alternis ſecundis ſpiculis ſubdiviſis, glumis ſubariſtatis hiſpidis, rachi trigona.

*Habitat in* Indiis. ☉.

*Simillimum* P. crus galli, *ſed minus, tenerius.* Panicula *magis nutans rachi trigona, nec pentagona.* Spicæ *ſecundæ, nec undique rachi incumbentes.*

colonum. 10. PANICUM ſpicis alternis ſecundis muticis ovatis ſcabris, rachi teretiuſcula.

Gramen paniceum minus, ſpica divulſa inſulæ barbadenſis. *Pluk. alm.* 174 *t.* 189. *f.* 5.

Gramen paniceum minimum humiſtratum, ſpica diviſa mutica, foliis variegatis. *Sloan. jam.* 30. *hiſt.* 1. *p.* 107. *t.* 64. *f.* 3. *Raj. ſuppl.* 600. *Ehret. pict. t.* 3. *f.* 3.

Gramen aciculatum. *Rumph. amb.* 6. *p.* 13. *t.* 5. *f.* 3.

*Habitat in* Indiæ *cultis.* ☉.

Culmi *ſpithamæi, teretes, adſcendentes.* Folia *lævia, ſæpe ferrugineo-maculata, fauce purpuraſcentia absque ligula.* Spica *ſimplex, ſecunda, rachi tereti, debili.* Spiculæ *alternæ, plurimæ, ſubſeſſiles, ſecundæ, ovatæ ſ. oblongiuſculæ absque faſciculis piloſis.* Floſculi *ſubſtriati. Antheræ purpuraſcentes; Piſtilla alba, mox purpuraſcentia.*

compoſitum 11. PANICUM ſpica compoſita, ſpiculis linearibus ſecundis, floſculis geminis remotis, calycibus ariſtatis. *Fl. zeyl.* 42. *

*Habitat in* zeylona.

dimidiatum. 12. PANICUM ſpica dimidiato-ſecunda, rachi lineari membranacea extrorſum floſculis aggregatis.

Gramen bermudenſe frumentaceum, foliis brevibus obtuſis, ſpica craſſiuſcula compreſſa antrorſum gemino verſu granifera. *Pluk. phyt.* 244. *f.* 6.

*Habitat in* India.

Folia *latiſſima, obtuſiuſcula vaginis latis.* Spica *ex ſcapi apice membranaceo, plano, cui ad alterum tantum latus* Flores *alternatim divergentes, terni, Structura Paſpali, ſed fructificatio diverſa.*

ſangvinale. 13. PANICUM ſpicis digitatis baſi interiore nodoſis, floſculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis.

Pa-

Panicum ſpicis alternis oppoſitisque linearibus patentiſſimis muticis, floſculis alternatim binis: altero pedunculato. *Roy. lugdb.* 55. *Gron. virg.* 154. *Dalib. pariſ* 22.

Gramen dactylon majus repens, foliis hirſutiſſimis. *Buxb. cent.* 5. *p.* 34. *t.* 65.

Gramen dactylon, folio latiore. *Bauh. pin.* 8. *theatr.* 114. *Scheuch. gram.* 101.

Gramen dactylon majus, panicula longa e ſpicis plurimis gracilioribus purpureis & viridibus mollibus conſtante. *Sloan. jam.* 3. *hiſt.* 1. *p.* 112. *t.* 70. *f.* 2. *

*Habitat in* America, Europa *auſtrali*, Hallandia, Media. ⊙.

14. PANICUM ſpicis digitatis patentibus baſi interiore villoſis, floribus ſolitariis, ſarmentis repentibus. Dactylon.

Panicum Dactylon, folio arundinaceo, majus aculeatum. *Bauh. pin.* 7.

Panicum Dactylon radice repente ſ. officinarum. *Scheuch. gram.* 104.

Gramen legitimum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 217.

*Habitat in* Europa *auſtrali*, Oriente. ♃.

15. PANICUM ſpicis ſubdigitatis approximatis erectis filiformibus: rachi flexuoſa, dentibus bifloris: altero ſeſſili. filiforme.

*Habitat in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

Folia *lanceolata.* Culmi *pedales filiformes, ſuperne nudi erecti;* ſpica *filiformis, rara, flexuoſa rachi, alternatim utrinque ad dentes Floſculi* 2: *altero ſeſſili, altero pedicellato; Spicæ tenues, primum valde approximatæ quaſi in unum, quamvis alternæ.*

16. PANICUM ſpicis digitatis ſubquaternis linearibus, floſculis ſolitariis ſecundis muticis. lineare.

*Habitat in* Indiis.

Culmi *proſtrati, læves, ramoſi.* Spiculæ *lineares, rectæ, anguſtæ.* Flores *ſubtus alterni.* Calycis *ſquama exterior brevior, patens, rachi adhærens.*

* * *Paniculata.*

17. PANICUM paniculis ſimplicibus, culmo ramoſo dichotomo. *Gron. virg.* 133. * dichotomum.

*Habitat in* Virginia.

*Statura refert arbuſculam inferne ſimplicem, ſuperne faſciculatam.*

groſſarium. 18. PANICUM panicula ramis ſimplicibus, floribus geminis: pedicello altero breviſſimo, altero longitudine floris. *Amœn. acad.* 5. *p* 392. *
*Habitat in* Jamaica.

clandeſtinum. 19. PANICUM racemis occultatis intra foliorum vaginas.
Gramen cyperoides polyſtachyon, ſpicis ad nodos ex foliorum alis prodeuntibus. *Sloan. jam.* 36. *hiſt.* 1. *p.* 120. *t.* 80.
*Habitat in* Jamaica, Penſylvania. *Kalm.* ♃.
Culmi *dichotomi, ramoſi*; Folia *ovato-lanceolata, vaginis punctatis, pilloſis, intra quas* Racemi *fructificationum omnino occultantur, ut extus ne veſtigium earum appareat; ceterum valde affine* P. latifolio.

capillare, 20. PANICUM panicula capillari erecta patente, caule hirto. *Gron. virg.* 13.
Panicum miliaceum viride, foliis latis brevibus, panicula capillacea. *Sloan. jam.* 35. *hiſt.* 1. *p.* 115. *t.* 72. *f.* 3.
Milium indicum, panicula ſparſa erecta. *Tournef. inſt.* 515.
*Habitat in* Virginia, Jamaica. ⊙.
*Simile Poæ capillari, ſed totum hirſutum.*

patens. 21. PANICUM panicula oblonga patente, calycibus bifloris, foliis lineari-lanceolatis.
Tſiama-pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 75. *t.* 41.
*Habitat in* India; *ſimilis e* Luſitania.

divaricatum. 22. PANICUM paniculis brevibus muticis, culmo ramoſiſſimo divaricatiſſimo, pedicellis bifloris: altero longiore. *Amœn. acad.* 5. *p.* 392. *
*Habitat in* Jamaica.

miliaceum. 23 PANICUM panicula laxa flaccida, foliorum vaginis pubeſcentibus. *Hort. cliff.* 27. *Hort. upſ.* 20. *Mat. med.* 34. *Roy. lugdb.* 55. *Dalib. pariſ.* 22.
Milium ſemine luteo & albo. *Bauh. pin.* 26. *theatr.* 502.
*Habitat in* India.

latifolium. 24. PANICUM panicula racemis lateralibus ſimplicibus, foliis ovato-lanceolatis collo piloſis.
Gramen virginianum, lato brevique folio, panicula rariore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 196. *ſ.* 8. *t.* 5. *f.* 4.

Gra-

Gramen miliaceum ſylvaticum maximum, ſemine albo. *Sloan. jam.* 34. *hiſt.* 1. *p.* 114. *t.* 71. *f.* 3.
*Habitat in* America.
Folia *latitudine Commelinæ, ad fauces amplexicaulia; extus collo circum fauces villoſo, etjam baſi foliorum margine piloſa. Panicula valde mediocris ex racemis lateralibus, non ſubdiviſis, ſed pedicellos proprios, nec ſubdiviſos proferentes.* Flores *mutici, majuſculi.*

25. PANICUM paniculatum, foliorum vaginis longitudinaliter ciliatis. brevifolium.
Panicum miliaceum, latiore folio, maderaſpatanum. *Pluk. alm.* 176. *t.* 189. *f.* 4.
*Habitat in* India.
*Gramen pedale vel bipedale.* Folia *ovata, amplexicaulia;* Panicula *tenuiſſima, folio ſupremo & majore compreſſo. Variat foliis anguſtis & lanceolatis.*

26. PANICUM paniculatum ramoſiſſimum, foliis ovato-oblongis acuminatis. *Fl. zeyl.* 43. arboreſcens.
Panicum panicula laxa ſparſa, foliorum vaginis glabris. *Hort. cliff.* 27.
*Habitat in* India. ♄.
*Altitudine certat cum altiſſimis arboribus;* Culmus *vix penna anſerina latior.*

27. PANICUM panicula virgata, foliis divaricatis. repens.
*Habitat in* Hiſpania? *inde miſſum a Claud. Alſtrœmer.* ♃.
Culmi *repentes pedales adſcendentes.* Folia *inferiora latiora, undique caulem vaginis veſtientia, patentiſſima & fere reflexo-divaricata, mucronata vaginis ſubpubeſcentibus: Superiora folia anguſtiora, longiora, erecta.* Panicula *conſtans tribus quatuorve racemis erectis, vix ramoſis, quibus* Flores *alterni, remotiuſculi, ovati; valvula calycina exteriore breviſſima obtuſa.*

28. PANICUM panicula virgata, glumis acuminatis lævibus: extima dehiſcente. virgatum.
Panicum paniculatum, glumis acutis. *Gron. virg.* 133.
*Habitat in* Virginia.

## PHLEUM.

1. PHLEUM ſpica cylindrica longiſſima culmo recto. pratenſe.

*Fl. lapp.* 26 *Fl. ſvec.* 50, 56. *Hort. cliff.* 22. *Roy. lugdb.* 53. *Dalib. pariſ.* 20.

Gramen thyphoides aſperum primum. *Baub. pin.* 4.

Gramen typhoides maximum, ſpica longiſſima. *Baub. pin.* 4. *Scheuch. gram.* 60. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 188. *ſ.* 8. *t.* 4. *f.* 1. *Vaill. pariſ.* 83.

*Habitat in* Europæ *verſuris & pratis.* ♃.

nodoſum. 2. PHLEUM ſpica cylindrica baſi ſterili, culmo adſcendente, radice bulbifera.

Gramen typhoides aſperum alterum. *Baub. pin.* 4. *theatr.* 52. *Scheuch. gram.* 62.

Gramen nodoſum, ſpica parva. *Baub. pin.* 2. *prodr.* 6. *theatr.* 20.

Gramen typhinum ſupinum tuberoſum, ſpica aſpera. *Barr. ic* 53.

*Habitat in* Gallia, Helvetia, Italia. ♃.

*Simillimum* P. pratenſi, *ſed* Radix *bulboſa.* Culmus *non rectus, ſed adſcendens, foliorum vaginis tectus.* Folia *bifaria, obliqua, lævia exceptis marginibus ſcabris.*

alpinum. 3. PHLEUM ſpica ovato-cylindracea. *Fl. lapp.* 25. *Fl. ſvec.* 51, 57. *Dalib. pariſ.* 20.

Gramen typhoides alpinum, ſpica brevi denſa & velut villoſa. *Scheuch. gram.* 64. *t.* 3. *prodr.* 3.

*Habitat in* Alpibus, Lapponicis, Helveticis *aliiſque.* ♃.

arenarium. 4. PHLEUM ſpica ovata ciliata, caule ramoſo. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 58. *Hort. cliff.* 23 *it ſcan.* 109. *Roy. lugdb.* 54.

Gramen typhinum maritimum minus. *R. Pluk. alm.* 177. *t.* 33 *f.* 8. *Scheuch. gram.* 63.

*Habitat in* Europæ *locis arenoſis.* ☉.

*Spica vix abſolute e vagina Folii exit.*

Schœnoides. 5. PHLEUM ſpicis ovatis obvolutis, foliis brevisſimis mucronatis amplexicaulibus.

Gramen maritimum typhinum, brevi & craſſiori ſpica ad ſingula genicula prodeunte. ſ. ſecundum. *Scheuch. gram.* 86.

*Habitat in* Italia, Smyrnæ, *inque* Hiſpania. *Læfling.*

*Habitus Schœni aculeati foliis floralibus amplexicaulibus, brevibus, mucronatis.*

## ALOPECURUS.

pratenſis. 1. ALOPECURUS culmo ſpicato erecto, glumis villoſis.

loſis. *Roy. lugdb.* 54. *Fl. ſvec.* 52, 59. *Dalib. pariſ.* 21.

Gramen phalaroides majus ſ. italicum. *Baub. pin.* 4. *theatr.* 55. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 4. *f.* 8.

Gramen ſpicatum, ſpica cylindrica tenuiſſima longiore. *Scheuch. gram.* 69.

Gramen alopecuro ſimile glabrum cum pilis longiuſculis in ſpica; Onocordon. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 475.

*Habitat in* Europæ *pratis.* ♃.

Alopecurus bulbosus culmo erecto: spica cylindrica: radice bulbosa. app. 1058. In Gallia, Anglia pratis.

2. ALOPECURUS culmo ſpicato erecto, glumis nudis. agreſtis.

Gramen typhoides, ſpica anguſtiore. *Baub. pin.* 4. *theatr.* 53.

Gramen typhinum, plantaginis ſpica, ariſtis geniculatis. *Barr. ic.* 699. *f.* 2.

Gramen ſpicatum, ſpica cylindracea tenuiſſima longiore. *Scheuch. gram.* 69.

*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♃.

*Simillimum* A. pratenſi, *ſed ſpica glabra.*

3. ALOPECURUS culmo ſpicato infracto. *Fl. ſvec.* 53, 60. *Dalib. pariſ.* 20. geniculatus.

Alopecurus culmo infracto, ariſtis gluma longioribus. *Roy. lugdb.* 54.

Alopecurus ariſtis gluma longioribus. *Fl. lapp.* 37.

Gramen aquaticum geniculatum ſpicatum. *Baub. pin.* 3. *Scheuch. gram.* 72.

β. Alopecurus ariſtis gluma æqualibus. *Fl. lapp.* 38.

*Habitat in* Europæ *uliginoſis.* ♃.

4. ALOPECURUS panicula ſubſpicata, glumis ſcabris, corollis ariſtatis. monſpelienſis.

Alopecurus panicula villoſa oblonga folio involuta. *Sauv. monſp.* 37.

Gramen alopecurum majus, ſpica vireſcente divulſa pilis longioribus. *Barr. ic.* 115. *f.* 2. *Scheuch. gram.* 155.

Gramen alopecuroides anglo-britannicum maximum. *Baub. pin.* 4.

Alopecurus altera maxima anglica paludoſa. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 191. *ſ.* 8. *t.* 4. *f.* 3.

*Habitat in* Angliæ, Galliæ *humentibus.* ☉.

*Similis A. paniceo, ſed triplo major. Culmi & Folia rigida. Glumæ ſcabræ ore lævi, utraque valvula ariſtata; Corollæ valvula ariſta breviore.*

paniceus. 5. ALOPECURUS panicula ſubſpicata, glumis villoſis, corollis ariſtatis.
Cynoſurus paniceus. *Sp. pl.* 1. *p.* 73. *Fl. ſvec.* 54, 90.
Gramen alopecurum minus, ſpica longiore. *Baub. pin.* 4. *theatr.* 57. *Scheuch. gram.* 154.
Gramen alopecurum minus, ſpica vireſcente divulſa. *Barr. ic.* 115. *f.* 1.
*Habitat in* Europæ *cultis aridis.* ☉.
*Simillimus priori, ſed palmaris, mollis. Glumæ pubeſcentes ore villoſo; Corollæ ariſta calycinis etiam brevior.*

hordeiformis. 6. ALOPECURUS racemo ſimplici, floſculis ariſtis circumvallatis.
*Habitat in* India.
*Habitus omnino Hordei murini.* Culmus *pedalis.* Folia *plano-canaliculata, nervoſa, culmo ſæpius longiora.* Spica *racemoſa, longa.* Flores *numeroſi; pedicelli Florum breviſſimi, ſimpliciſſimi.* Calyces *obvallati ſetis ariſtiformibus, numeroſis, floribus triplo longioribus, gluma bivalvi, altera minore.* Corolla *bivalvis glumis oblongis, acuminatis.* Piſtillum *flore longius.* Stamina *tria.*

## MILIUM.

effuſum. 1. MILIUM floribus paniculatis diſperſis muticis. *Fl. ſvec.* 55, 61. *Dalib. pariſ.* 23.
Milium glumis diphyllis. *Hort. cliff.* 27.
Gramen ſylvaticum, panicula miliacea ſparſa. *Baub. pin.* 8. *theatr.* 141. *Scheuch. gram.* 133. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 5. *f.* 10.
*Habitat in* Europæ *nemoribus umbroſis.* ♃.

confertum. 2. MILIUM floribus paniculatis confertis. *Roy. lugdb.* 57.
Gramen paniculatum alpinum latifolium, panicula miliacea ſparſa. *Scheuch. gram.* 134. *Hall. helv.* 220.
*Habitat in* Helvetiæ *ſylvis.*

paradoxum. 3. MILIUM floribus paniculatis ariſtatis.
Agroſtis paradoxa. *Sp. pl.* 1. *p.* 62.
Gramen avenaceum paniculatum galloprovinciale, aquilegiæ ſemine. *T. Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 214. *Pluk. alm.* 174. *t.* 32. *f.* 2.
*Habitat in* Gallia *meridionali.*
*Gramen ſeſquipedale. Panicula alba. Calyx laxus.* Semen

*men nudum, nigrum, nitidum, ovatum, apice ariſta caduca.*

4. MILIUM panicula ſubſpicata, floribus ariſtatis. lendigerum.
Gramen ſerotinum arvenſe, panicula pyramidali. *Raj. hiſt.* 1288. *Scheuch. gram.* 148.
Gramen loliaceum, panicula ramoſa lutea. *Magn. monſp.* 297. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 182. *ſ.* 8. *t.* 3. *f.* 12.
Gramen alopecuro accedens ex culmi geniculis ſpicas in petiolis longiuſculis promens. *Pluk. alm.* 177. *t.* 33. *f.* 6.
*Habitat in* Monſpelii. *Gouan.* ⊙.

5. MILIUM paniculæ ramis ſimpliciſſimis, floribus alternis ſecundis geminis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 392. * punctatum.
*Habitat in* Jamaica.

## AGROSTIS.

* *Ariſtatæ.*

1. AGROSTIS petalo exteriore exſerente ariſtam rectam ſtrictam longiſſimam. *Roy. lugdb.* 59. *Fl. ſvec.* 58, 62. ſpica venti.
Gramen ſegetum altiſſimum, panicula ſparſa. C. B. *Scheuch. gram.* 144.
Gramen capillatum. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 462.
*Habitat in* Europa *inter ſegetes.* ⊙.

2. AGROSTIS petalo exteriore ariſta terminali recta ſtricta mediocri. miliacea.
Agroſtis miliacea. *Roy. lugdb.* 59. *Sp. pl.* 1. *p.* 61. *n.* 2.
*Habitat in* Hiſpania. *Lœfling*; *in* Sibiria *Gmelin.* ♃.
*Similis A. Spicæ venti, ſed ariſta floſculis longitudine tantum æqualis. Culmi e radice plures. Panicula minus ampla. cultura etiam diverſiſſima perſtitit.*

3. AGROSTIS panicula oblonga, petalo exteriore baſi villoſo ariſta torta calyce longiore. *Fl. Svec.* 59; 63.* arundinacea
Agroſtis culmo enodi, panicula contracta. *Fl. lapp.* 44.
Gramen miliaceum ſylveſtre, glumis oblongis. *Pet. gram.* 121. *Raj. angl.* 3. *p.* 404.
Gramen avenaceum, panicula aceroſa, ſemine papposo. *Dill. app.* 48.

Gra-

Gramen avenaceum montanum, panicula anguſta e dilutiſſimo fuſco albicante & pappoſa. *Scheuch. gram.* 507.

*Habitat in* Europæ *monticulis ſylvoſis glareoſis juniperetis.* ♃.

Calamagroſtis. 4. AGROSTIS panicula incraſſata, petalo exteriore toto lanato apice ariſtato, caule ramoſo.

Gramen arundinaceum, panicula denſa viridi-argentea ſplendente ariſtata. *Scheuch. gram.* 146. *Hall. helv.* 222. *Segu. veron.* 3. *p.* 163.

*Habitat in* Helvetiæ, Veronæ *alpinis.* ♃.

*Similis* A. arundinace *ſed crolla tota valde hirſuta: ariſta recta non e baſi, ſed apice petali. Culmi ramoſi. Panicula denſa.*

interrupta. 5. AGROSTIS petalo ariſtato, panicula attenuata coarctata interrupta. †

Gramen arvenſe paniculatum, ſpica interrupta. *Scheuch. gram.* 146.

Gramen capillatum, paniculis interruptis anguſtioribus. *Vaill. pariſ.* 88. *t.* 17. *f.* 4.

*Habitat in* Gallia, Italia.

rubra. 6. AGROSTIS paniculæ parte florente patentiſſima, petalo exteriore glabro terminato ariſta tortili recurva. *Fl. ſvec.* 60, 64 *Dalib pariſ.* 24. non ſynonyma.

Agroſtis panicula inferiore verticillatim laxa, ſuperiora contracta. *Fl. lapp.* 46.

Gramen alopecuro accedens. *Pluk. alm.* 177. *t.* 33. *f.* 6.

*Habitat in* Svecia *vulgaris.* ♃.

*Paniculæ verticilli florentes horizontales, nondum florentes contracti quaſi in ſpicam, defloratа tota rubeſcens.*

canina. 7. AGROSTIS calycibus coloratis, petalorum ariſta dorſali recurva, culmis proſtratis ſubramoſis. *Fl. ſvec.* 1138. 65.

Gramen ſupinum caninum paniculatum, folio varians. *Bauh. pin* 1. *theatr.* 12.

Gramen paniculatum ſupinum ad infima culmorum genicula foliorum capillarium geniculis faſciculatis donatum. *Scheuch. gram.* 141.

Gramen caninum ſupinum paniculatum, folio varians. *Bauh. pin.* 1.

*He-*

*Habitat in* Europæ *paſcuis humidiuſculis.* ♃.
*Remota purpuraſcente lucens facilius obſervatur, quam proxima.*

Agroſtis ſylvatica panicula coarctata mutica: calycibus æqualibus, virgineis corolla brevioribus, filamentis duplo longioribus. In Angliæ ſylvis humoſis.

** * Muticæ.*

8. AGROSTIS paniculæ ramulis divaricatis muticis, culmo ramoſo repente, calycibus æqualibus. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 66. ſtolonifera.
Agroſtis culmo repente foliis radicalibus breviore, folii ſuprema vagina ventricoſa, floſculis muticis. *Roy. lugdb.* 59. *Fl. ſvec.* 1. *n.* 61.
Agroſtis culmo repente, vagina ſupremi folii ventricoſa. *Roy. lugdb.* 59. *Dalib. pariſ.* 23.
Gramen caninum ſupinum minus. *Vaill. pariſ.* 86. *Scheuch. gram.* 128.
β. Gramen radice repente, panicula denſa ſpicata ſpadiceo-viridi, locuſtis exiguis muticis. *Scheuch. gram.* 130.
*Habitat in* Europa. β. *in arena mobili.* ♃.

9. AGROSTIS panicula capillari patente, calycibus ſubulatis æqualibus hiſpidiuſculis coloratis, floſculis muticis. *Roy. lugdb.* 59. *Dalib. pariſ.* 23. capillaris.
Agroſtis panicula tenuiſſima. *Fl. lapp.* 45.
Agroſtis panicula capillari patente, ſpiculis coloratis muticis. *Scop. carn.* 188.
Gramen montanum, panicula ſpadicea delicatiore. *Bauh. pin.* 3. *prodr.* 12. *Scheuch. gram.* 129.
*Habitat in* Europæ *pratis.*
*Panicula vere capillaris, tenuiſſimisque pedicellis ſingularis.*

10. AGROSTIS panicula laxa, calycibus muticis æqualibus. *Roy. lugdb.* 50. alba.
Gramen miliaceum majus, panicula ſpadacea & viridi. *Pet. gram.* 118, 119. *Raj. angl.* 3. *p.* 404.
*Habitat in* Europæ *nemoribus.*

11. AGROSTIS panicula mutica filiformi. minima.
Nardus panicula ſpicata, floribus ſolitariis alternis. *Guett. ſtamp.* 155. *Dalib. paris.* 155.
Gramen ſpartum, capillaceo folio, minimum. *Dill. app.* 173.
Gramen minimum, paniculis elegantiſſimis. *Bauh. pin.* 2. *Scheuch. gram.* 40. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 200. *ſ.* 8 *t.* 2. *f.* 10.

Gra-

Gramen minimum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 465. *Dalech. hiſt.* 425.
*Habitat in* Gallia, Germania.

virginica. 12. AGROSTIS panicula contracta mutica, foliis involuto-ſubulatis rigidis exſtantibus. *Clayt. virg.* 507.
*Habitat in* Virginia.

indica. 13. AGROSTIS panicula contracta mutica, racemis lateralibus erectis alternis.
Gramen pratenſe, panicula & foliis anguſtiſſimis, ſpicis brevibus muticis, locuſtis minimis. *Sloan. jam.* 35. *hiſt.* 1. *p.* 115. *t.* 73. *f.* 1.
*Habitat in* India.
Culmus *erectus.* Folia *plana, anguſta.* Panicula *oblonga e racemis lateralibus, alternis, racbi approximatis; glumis breviſſimis, acutis.*

* * * *Cruciatæ.*

radiata. 14. AGROSTIS ſpicis ſubquinis cruciatis baſi villoſis: valvulis petaloideis ariſtatis. *Amœn acad.* 5. *p.* 392. *
Gramen cruciatum aſſurgens, ſpicis ſubhirſutis tenuioribus & longioribus deorſum frugiferis. *Brown. jam.* 137.
Gramen Dactylon ſpicis gracilioribus plerumque quatuor cruciformiter diſpoſitis. *Sloan. jam.* 33. *hiſt.* 1. *p.* 111. *t.* 68. *f.* 3.
*Habitat in* Indiis.

cruciata. 15. AGROSTIS ſpicis quaternis cruciatis baſi glabris: valvulis petaloideis ariſtatis.
Gramen Dactylon bicorne minimum ariſtis longis armatum. *Sloan. jam.* 34. *hiſt.* 1. *p.* 112. *t.* 69. *f.* 1.
*Habitat in* Jamaica.

## AIRA.

* *Muticæ.*

indica. 1. AIRA ſpica ſubovata ſecunda, floſculis obtuſis muticis, foliis planis.
*Habitat in* India.
*Gramen procumbens, digiti longitudine.* Folia *plana.* Spica *ſecunda, conglomerata, ovato-oblonga.* Glumæ *obtuſæ, muticæ.*

criſtata. 2. AIRA panicula ſpicata, calycibus ſubtrifloris pedun-cu-

culo longioribus, petalis ſubariſtatis inæqualibus. *Roy. lugdb.* 61. *Dalib. pariſ.* 27.

Gramen, ſpica criſtata ſubhirſutum. *Bauh. pin.* 13. *prodr.* 8. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 194. *ſ.* 8. *t.* 4. *f.* 7. *Scheuch. gram.* 166.

*Habitat in* Angliæ, Galliæ, Helvetiæ *ſiccioribus.*

3. AIRA foliis planis, panicula coarctata, floribus pedunculatis muticis convoluto-ſubulatis. *Fl. ſvec.* 71. 67. * *Dalib. pariſ.* 26. cærulea.

Poa ſpiculis ſubulatis, panicula rara contracta. *Fl. lapp.* 29. *Roy. lugdb.* 61.

Gramen arundinaceum enode minus ſylvaticum. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 97. *Scheuch. gram.* 209.

Gramen pratenſe ſerotinum, panicula rara purpuraſcente. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 201. *ſ.* 8. *t.* 5. *f.* 22.

*Habitat in* Europæ *paſcuis aquoſis.* ♃.

*Variat floſculis quatuor in fertiliori ſolo.*

4. AIRA panicula oblonga ſecunda mutica imbricata, foliis planis. arundinacea

Gramen orientale paniculatum, portulacae ſemine. *Tournef. cor.* 39.

*Habitat in* Oriente.

5. AIRA panicula laxa ſubfaſtigiata ramoſiſſima; floſculis muticis. *Lœfl. it.* 117. * minuta.

Gramen paniculatum arvenſe minimum. *Buxb. cent.* 5. *p.* 35. *t.* 67?

*Habitat in* Hiſpania. *Lœfling.* ☉.

*Differt tantum a Buxbaumiano, quod longe minus, vix pollicem transverſum altum.*

6. AIRA foliis planis, panicula patente, floribus muticis lævibus calyce longioribus. *Fl. ſvec.* 66, 68. *Dalib. pariſ.* 26. aquatica.

Aira culmo inferiore repente, floſculis muticis calyce longioribus: altero pedunculato. *Roy. lugdb.* 60.

Gramen aquaticum miliaceum. *Scheuch. gram.* 176. *Vaill. pariſ.* 89. *t.* 17. *f.* 7.

Gramen caninum ſupinum paniculatum dulce. *Bauh. pin.* 1.

*Habitat in* Europæ *paſcuis aquoſis.* ♃.

* * *Ariſtatæ.*

7. AIRA foliis planis, panicula ſpicata, floſculis medio ariſtatis: ariſta reflexa laxiore. *Fl. ſvec.* 65, 69. * ſpicata.

Aira

Aira panicula ſpicata, pedicellis floſculo brevioribus. *Fl. lapp.* 47.
Gramen avenaceum paniculatum alpinum humile, locuſtis in ſpicam collectis varicoloribus ariſtatis. *Scheuch. gram.* 221. *prodr.* 24. *t.* 6.
*Habitat in* Lapponiæ *alpibus.* ♃.

cæſpitoſa. 8. AIRA foliis planis, panicula patente, petalis baſi villoſis ariſtatisque: ariſta recta brevi. *Fl. ſvec.* 63, 70.
Aira panicula patentiſſima, floſculis ſubariſtatis ſeſſilibus baſi villoſis, foliis planis. *Mor. act. Stockh.* 1742. *p.* 30.
Aira panicula longiſſima tenui. *Fl. lap.* 50.
Gramen ſegetum, panicula arundinacea *Baub. pin.* 3. *theatr.* 35. *Scheuch. gram* 244.
Gramen pratenſe paniculatum, locuſtis parvis ſplendentibus non ariſtatis. *T. Vaill. pariſ.* 26.
Gramen agrorum, latiore arundinacea comoſa panicula. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 5. *f.* 17.
*Habitat in* Europæ *pratis cultis & fertilibus.* ♃.

flexuoſa. 9. AIRA foliis ſetaceis, culmis ſubnudis, panicula divaricata, pedunculis flexuoſis. *Fl. ſvec.* 64, 71. *Dalib. pariſ.* 26.
Aira panicula rara, calycibus albis. *Fl. lapp.* 48.
Gramen alpinum nemoroſum paniculatum, foliis anguſtiſſimis, locuſtis ſplendentibus ariſtatis. *Scheuch. gram.* 218. *t* 6 *f* 1.
Gramen nemoroſum, paniculis albis, capillaceo folio. *Baub. pin.* 7. *prodr.* 14. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 300. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 9.
*Habitat in* Europæ *petris, rupibus.* ♃.

montana. 10. AIRA foliis ſetaceis, panicula anguſtata, floſculis baſi piloſis ariſtatis: ariſta tortili longiore. *Fl. ſvec.* 68, 72.
Aira panicula rara, calycibus fuſcis. *Fl. lap.* 49.
Gramen avenaceum paniculatum alpinum, foliis capillaceis brevibus, locuſtis purpureo-argenteis & ariſtatis. *Scheuch. gram.* 216. *t.* 4. *f.* 4.
Gramen avenaceum capillaceum, minoribus glumis. *Baub. pin.* 10.
*Habitat in* Europæ *alpinis.* ♃.

alpina. 11. AIRA foliis ſubulatis, panicula denſa, floſculis baſi piloſis ariſtatis: ariſta brevi. *Fl. ſvec.* 69, 73.

Gra-

Gramen avenaceum capillaceum, minoribus glumis argenteis vix ariſtatis, foliis anguſtioribus. *Scheuch. gram.* 222.

*Habitat in alpibus* Lapponicis, Germania.

12. AIRA foliis ſetaceis: ſummo ſpathaceo paniculam inferne obvolvente. *Roy. lugdb.* 60. *Fl. ſvec.* 73, 74. *Dalib. pariſ.* 25. canefcens.

Aira foliis ſetaceis, ariſta a baſi glumarum calycem æquante. *Hort. cliff.* 497.

Gramen foliis junceis, radice jubata. *Bauh. pin.* 5. *Scheuch. gram.* 243.

Gramen ſparteum variegatum. *Bauh pin.* 5.

*Habitat in* Scania *&* *auſtralioris* Europæ *arvis arenoſis.* ⊙.

*Ariſta in medio cincta denticulis, infra craſſior fuſca, ſupra tenuior ſubclavata albida. Panicula ante floreſcentiam ſpicata.*

13.* AIRA foliis ſetaceis: vaginis angulatis, floribus paniculato-ſpicatis, floſculis baſi ariſtatis. *It. ſcan.* 226 * *Fl. ſvec.* 2. *n.* 75. præcox.

Gramen minimum, ſpica brevi habitiore, noſtrum. *Scheuch. gram.* 219.

Gramen parvum præcox, panicula laxa caneſcente. *Raj. ang.* 3. *p.* 407. *t.* 22. *f.* 2. *Pluk. alm.* 177. *t.* 33. *f.* 9.

*Habitat in* Europæ *auſtralioris campis arenoſis inundatis.* ⊙

14.* AIRA foliis ſetaceis, panicula divaricata, floribus ariſtatis diſtantibus. caryophyllea.

Aira foliis ſubulatis, ariſtis a baſi floſculorum tortilibus, floſculo altero pedunculato. *Roy. lugdb.* 60. *Dalib. pariſ.* 26.

Gramen phalaroides, ſparſa panicula, minimum anguſtifolium. *Barr. rar.* 1218. *t.* 44. *f.* 1.

Gramen paniculatum, locuſtis purpuro-argenteis, annuum. *Raj. angl.* 3. *p.* 407. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 200. *f.* 8. *t.* 5. *f.* 11.

Gramen paniculatum minimum molle. *Magn. monſp.* 296. *Scheuch. gram.* 215

Caryophyllus arvenſis glaber minimus. *Bauh. prodr.* 105.

*Habitat in* Angliæ, Germaniæ, Galliæ *glareoſis.* ⊙.

## MELICA.

1.* MELICA floſculi inferioris petalo exteriore ciliato. *It. gotl.* 297. *Fl. ſvec.* 56. 77. ciliata.

Melica floribus horizontaliter patentibus. *Roy. lugdb.* 57.
Gramen avenaceum montanum lanuginoſum. *Bauh. pin.* 10. *prodr.* 20.
Gramen avenaceum, ſpica ſimplici, locuſtis denſiſſimis candicantibus & lanuginoſis. *Scheuch. gram.* 174.
*Habitat in* Europæ *collibus ſterilibus ſaxoſis.* ♃.

nutans. 2. MELICA petalis imberbibus, panicula nutante ſimplici.
Melica petalis imberbibus. *Fl. ſvec* 57, 76. *Dalib. pariſ.* 23.
Melica floribus ſub culmo pendulis. *Fl. lapp.* 36. *Roy. lugdb.* 57.
Gramen montanum avenaceum, locuſtis rubris. *Bauh. pin.* 10. *prodr.* 20.
Gramen montanum avenaceum ſpicatum. *Bauh. pin.* 10.
Gramen avenaceum, locuſtis rarioribus. *Bauh. pin.* 10. *prodr.* 20.
*Habitat in* Europæ *frigidioris rupibus.* ♃.

altiſſima. 3. MELICA petalis imberbibus, panicula ramoſiſſima. *Hort. upſ.* 20.
Melica floſculis glabris: ſummo urceolari. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 98. *t.* 20.
Gramen avenaceum, locuſtis rarioribus muticis, virginianum majus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 216. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 51.
*Habitat in* Sibiria, Canada. ♃.

## POA.

aquatica. 1. POA panicula diffuſa, ſpiculis ſexafloris linearibus. *Fl. ſvec.* 73, 78. *Dalib. pariſ.* 29.
Poa panicula diffuſa, ſpiculis ſexfloris linearibus muticis compreſſis. *Act. Stockh.* 1741. *p.* 185.
Poa panicula contracta, ſpicis ovatis teretiuſculis. *Hort. cliff.* 494. *Roy lugdb.* 61.
Gramen paluſtre paniculatum altiſſimum. *Bauh. pin.* 2. *theatr.* 38. *Scheuch. gram.* 191.
Gramen aquaticum paniculatum latifolium. *Bauh. pin.* 3. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 201. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 25.
*Habitat in* Europa *ad ripas piſcinarum, fluviorum.* ♃.

paluſtris. 2. POA panicula diffuſa, ſpiculis ſubtrifloris, foliis ſubtus ſcabris. †
Gramen paniculatum aquaticum anguſtifolium, panicula ſpecioſa. *Scheuch. gram.* 184.

Gra-

Gramen paluſtre, panicula ſpecioſa. *Bauh. pin.* 3. *prod.* 7. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 201. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 27.
*Habitat in* Helvetiæ, Italiæ *paludibus.*
*Dignoſcitur, dum runcantur agri oryzacei, tenella foliis glaucis, adultior ſpinulis foliorum. Segu. veron.* 1. *p.* 351.

3. POA panicula diffuſa ramoſiſſima, ſpiculis ſexfloris cordatis. *Fl. ſvec.* 79, 79. *Dalib. pariſ.* 28. alpina.
Gramen alpinum paniculatum majus, panicula ſpecioſa variegata. *Scheuch. gram.* 186. *Hall helv.* 214.
β. Gramen alpinum latifolium, panicula laxa foliacea, foliolis in panicula paucioribus & magis criſpis. *Scheuch. gram.* 212. vivipara.
*Habitat in alpibus* Lapponicis, Helveticis. ♃.
*An hæc α. β. ſequentis tantum varietas?*

4. POA panicula ſubdiffuſa, ſpiculis trifloris baſi pubeſcentibus, culmo erecto tereti. *Fl. ſvec.* 78, 80. *Dalib. pariſ.* 28. trivialis.
Gramen pratenſe paniculatum medium. *Bauh. pin.* 2. *Scheuch. gram.* 180.
*Habitat in* Europæ *paſcuis.* ♃.

5. POA panicula diffuſa, ſpiculis quadrifloris pubeſcentibus, culmo erecto tereti. *Fl. ſvec.* 77, 81. *Dalib. pariſ.* 28. anguſtifolia.
Poa ſpiculis ovato-oblongis, foliis ſubulatis. *Fl. lapp.* 52.
Gramen pratenſe paniculatum majus, anguſtiore folio. *Bauh. pin.* 2. *prodr.* 5. *Scheuch. gram.* 178.
*Habitat in* Europa *ad agrorum verſuras.* ♃.

6. POA panicula diffuſa, ſpiculis quinquefloris glabris, culmo erecto tereti *Fl. ſvec.* 76, 82. *Dalib. pariſ.* 27. pratenſis.
Poa ſpiculis ovatis compreſſis muticis. *Fl. lapp.* 51. *Hort. cliff.* 27. *Roy. lugdb.* 61.
Gramen pratenſe paniculatum majus (latiore folio. *Bauh. pin.* 2.) *Scheuch. gram.* 177.
*Habitat in* Europæ *pratis fertiliſſimis.*
*Limites pro ſpeciebus* 3, 4, 5, 6. *rite diſcernendis vix dum perſpicue dati ſunt.*

7. POA panicula diffuſa angulis rectis, ſpiculis obtuſis, culmo obliquo compreſſo. *Fl. ſvec.* 75, 83. *Dalib. pariſ.* 28. annua.
Gramen pratenſe paniculatum minus. *Bauh. pin.* 2. *theatr.* 31.

Gramen pratenſe minus vulgatiſſimum. *Raj. hiſt.* 1285.*
β. Gramen pratenſe paniculatum minus rubrum. *Tournef. inſt.* 522.
*Habitat in* Europa *ad vias.* ⊙.

flava. 8. POA panicula diffuſa, ſpiculis ovato-oblongis nitidis. *Gron. virg.* 13.
Gramen pratenſe majus virginianum. *Pet. muſ.* 239.
*Habitat in* Virginia.

piloſa. 9. POA panicula patente ſtricta: ramificationibus primariis piloſis.
Gramen, paniculis elegantiſſimis, majus, locuſtis purpuro-ſpadiceis minoribus. *Scheuch. gram.* 193.
*Habitat in* Italia.

amabilis. 10. POA panicula patente, ſpiculis octifloris linearibus. *Fl. zeyl.* 46. *
*Habitat in* India.

Eragroſtis. 11. POA panicula patente, pedicellis flexuoſis, ſpiculis ſerratis decemfloris.
Gramen, paniculis elegantiſſimis, minimum. *Scheuch. gram.* 192.
Gramen Phalaroides, ſparſa brizæ panicula, minus. *Barr. ic. t.* 44. *f.* 2.
*Habitat in* Italia *ſupra muros. D. Bæck.*
*Affinis Brizæ Erogroſti; ſtatura Poæ annuæ. Culmi decumbentes. Folia piloſa.*

capillaris. 12. POA panicula laxa patentiſſima capillari, foliis piloſis, culmo ramoſiſſimo.
Poa culmo ſubcompreſſo, panicula tenuiſſima, ſpiculis trifloris minimis, floſculis baſi pubeſcentibus. *Kalm. it.* 3. *p.* 291.
Poa panicula laxa erecta ſtricta, ſpiculis erectis oblongis. *Gron. virg.* 136.
Gramen paniculatum virginianum, locuſtis minimis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 202. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 33.
*Habitat in* Virginia, Canada. *P. Kalm.*
*Panicula capillacea, ſtrictiſſima, patentiſſima, ramoſiſſima. Spiculæ ex floſculis* 4, 5 *ſ.* 6, *minimæ. Folia ad baſin pilis longis raris. Culmus ramoſus.*

malabarica. 13. POA paniculæ ramis ſimpliciſſimis, floribus ſeſſilibus, ſeminibus diſtantibus, culmo repente.
*Habitat in* Indiæ *arenoſis.*

chinenſis. 14. POA paniculæ ramis ſimpliciſſimis, floribus ſeſſilibus, ſeminibus imbricatis, culmo erecto.

*Ha-*

*Habitat in* India. *Oſbeck.*
*Rami paniculæ ſimpliciſſimi, ut in antecedente, magis conferti, Flores minores; Floſculi* 4, *nec ſeptem.*

15. POA panicula oblonga capillari ſubverticillata, floſculis ſexfloris minutiſſimis. tenella
Gramen paniculatum ex oris malabaricis, panicula delicatiore. *Pluk alm.* 176. *t.* 300. *f.* 2.
Gramen paniculatum, locuſtis tenuiſſimis ſubrotundis. *Burm. zeyl.* 110. *t.* 47. *f.* 3.
Gramen fumi. *Rumph. amb.* 6. *t.* 4. *f.* 3.
Tſiama-pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 75. *t.* 4.
*Habitat in* India.
*Gramen bipedale, Foliis longis. Panicula anguſtata, ramulis confertiſſimis, ſubramoſis ut fere verticillata appareat; Flores tam parvi, ut nudis oculis vix floſculi numerentur ante maturitatem.*

16. POA panicula lanceolata ſubramoſa, floribus alternis ſecundis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 265. * *Roy. lugdb.* 62. *Guett. ſtamp.* 62. rigida.
Gramen exile duriuſculum in muris & aridis proveniens. *Raj. angl.* 3. *p.* 410.
Gramen arvenſe, filicina duriore panicula. *Barr. ic.* 49.
Gramen Loliaceum murorum duriuſculum, ſpica erecta rigida. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 182. *ſ.* 8. *t.* 2. *f.* 9.
Gramen panicula multiplici. *Bauh. pin.* 3. *prodr.* 6.
*Habitat in* Galliæ, Angliæ *ſiccis.* ⊙.

17.* POA panicula ſecunda coarctata, culmo obliquo compreſſo. *Fl. ſvec.* 74, 84. *It. gotl.* 178. *Dalib. pariſ.* 28. compreſſa.
Poa ſpiculis ovatis compreſſis muticis, panicula ſecunda coarctata. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 184.
Gramen murorum, radice repente. *Bauh. pin.* 2. *prodr.* 2.
Gramen paniculatum, radice repente, culmo compreſſo. *Vaill. pariſ.* 91. *t.* 18. *f.* 5.
Gramen paniculatum, radice repente, culmo compreſſo, locuſtis diſtichis pulchellis. *Scheuch. gram.* 198.
*Habitat in* Europæ *&* Americæ *ſeptentrionalis ſiccis, muris, tectis.* ♃.
*Americana floſculis ſæpius ternis, Europæa vero ſenis, habitus tamen idem & ſtructura.*

nemoralis. 18. POA panicula attenuata, ſpiculis ſub-bifloris mucronatis ſcabris, culmo incurvo. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 85.
Gramen ſylvaticum, panicula tenui e raris locuſtis compoſita. *Dill. ſpec.* 57.
Gramen paniculatum anguſtifolium alpinum, locuſtis rarioribus & anguſtioribus non ariſtatis. *Scheuch. gram.* 164. *t.* 2.
Gramen nemoroſum, panicula laxa, radice repente. *Vaill. pariſ.* 90.
Gramen loliaceum alpinum, paniculis ex rarioribus & exiguis locuſtis compoſitum. *Mont. gram* 39.
β. Gramen cirrhoſa & villoſa ſpongia ad ſingula genicula donatum, paniculatum minimum alpinum. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 70. *t.* 59.
*Habitat in* Europa *ad radices montium umbroſas.* ♃

bulboſa. 19. POA panicula ſecunda patentiuſcula, ſpiculis quadrifloris.
Poa culmorum baſi tuberoſa *Guet. ſtamp.* 1. *p.* 168. *Dalib. pariſ.* 29.
α. Gramen xerampelinum, miliacea prætenui ramoſaque ſparſa panicula ſ. Xerampelino congener arvenſe æſtivum, Gramen minutiſſimo ſemine. *Lob. illuſtr.* 14. *Scheuch. gram.* 185.
β. Gramen arvenſe, panicula criſpa. *Bauh. pin.* 3. *Barr. ic.* 703.
Gramen arvenſe anguſtifolium, panicula denſa foliacea: foliolis in panicula anguſtiſſimis. *Scheuch gram* 211.
γ. Gramen vernum, radice aſcalonica. *Vaill. pariſ.* 91. *t.* 17. *f.* 8.
*Habitat in* Gallia, Hiſpania, Oriente, Nycopia *Sveciæ.*
*In α. culmi ſemper inclinati; in γ. Glumæ inæquales: aliæ latæ planæ, aliæ contractæ longiores.*

ciliaris. 20. POA panicula glomerata, glumarum valvulis interioribus piloſo-ciliatis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 392. *
Briza tenuiſſima, paniculis quaſi lanuginoſis, pediculis brevibus & tenuiſſimis. *Brown. jam.* 135.
Gramen pratenſe, panicula & foliis anguſtiſſimis, ſpicis brevibus muticis, locuſtis minimis. *Sloan. jam.* 35. *hiſt.* 1. *p.* 114. *t.* 73. *f.* 1.
*Habitat in* Jamaica.

## BRIZA.

minor. 1. BRIZA ſpiculis triangulis, calyce floſculis (7) longiore. *Hort. cliff.* 23. *Roy. lugdb.* 63. Gra-

Gramen tremulum minus, panicula parva. *Baub. pin.* 2. *prodr.* 4.
*Habitat in* Helvetia, Italia. ⊙.

2. BRIZA ſpiculis ovatis, calyce floſculis (7) æquali. virens.
Gramen paniculatum minus, locuſtis magnis tremulis. *Tournef. inſt.* 523.
*Habitat in* Oriente, Hiſpania. ⊙. *Alſtrômer.*
*Simillima* B. mediæ, *ſed* Folia *duplo-latiora, planiora, decurrentia per ligulam acutam.* Panicula *ſimillima, copioſior, viridis nec purpuraſcens, ramulis magis ramoſis, divaricatiſſimis, nodis calloſis eos baſi deprimentibus.* Flores *paullo minores, dum comprimuntur facile decidui.*

3.* BRIZA ſpiculis ovatis, calyce floſculis (7) breviore. media.
*Hort. cliff.* 23. *Fl. ſvec.* 80, 86. *Roy. lugdb.* 63.
Gramen tremulum majus. *Baub. pin.* 2. *Scheuch. gram.* 204.
*Habitat in* Europæ *pratis ſiccioribus.* ♃.

4. BRIZA ſpiculis cordatis, floſculis ſeptendecim. *Hort.* maxima.
*cliff.* 23. *Hort. upſ.* 20. *Roy. lugdb.* 63.
Gramen tremulum maximum. *Baub. pin.* 2. *Scheuch. gram.* 202.
*Habitat in* Italia, Luſitania.

5.* BRIZA ſpiculis lanceolatis, floſculis viginti. Eragroſtis.
Briza panicula ſpicata, ſpiculis lanceolatis. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 163.
Uniola calycibus diphyllis, ſpiculis ovato-lanceolatis. *Gron. virg.* 136.
Gramen paniculis elegantiſſimis. *Baub. pin.* 2. *Scheuch. gram.* 194. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 204 *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 52.
Gramen Erantheum ſ. Eragroſtis. *Barr. rar. t.* 43.
*Habitat in* Europa *auſtrali ad agrorum verſuras.*

## UNIOLA.

1. UNIOLA paniculata, ſpiculis ovatis. paniculata.
Uniola calycibus polyphyllis. *Gron virg.* 136.
Uniola. *Hort cliff.* 23. *Roy. lugd.* 63.
Gramen myloicophorum oxyphyllon carolinianum. *Pluk. alm.* 173. *t.* 32. *f.* 6. *Cateſb. car.* 1. *p.* 32. *t.* 32.
*Habitat in* Carolina.

bipinnata. 2. UNIOLA panicula ſubſpicata, racemis pinnatis ſubtus imbricatis.

Briza bipinnata. *Syſt. nat.* 10. *p.* 875. *Amœn. acad.* 4. *p.* 450.

*Habitat in* Ægypto. *Haſſelquiſt.*

Gramen *omnium ſpecioſiſſimum.* Culmi *magnitudine Tritici ſimplices.* Racemus *ſimplex, pedalis e Pedunculis alternis, ſimpliciſſimis, æqualibus, utrinque longitudinaliter a baſi ad apicem pinnatis;* Floribus *ſeſſilibus, approximatis, compreſſis, æqualibus, complanatis more Cyperi.* Glumæ *compreſſæ, carinatæ, acutiuſculæ, ovatæ.*

mucronata. 3. UNIOLA ſpica diſticha, ſpiculis ovatis, calycibus ſubariſtatis.

*Habitat in* India. *Burmannus.*

Culmus *pedalis, lævis.* Folia *anguſta, glabra vaginis ſtriatis.* Spica *diſticha ex floribus* 11. *ſ.* 12, *alternis, diſtichis, ſubſeſſilibus, ovatis, glabris, ſeptemfloris.* Calyx *mucronatus fere in ariſtam.*

ſpicata. 4. UNIOLA ſubſpicata, foliis involutis rigidis.

Gramen parvum maritimum ſpicatum, foliis anguſtis rigidis. *Clayt.* 507.

*Habitat in* Americæ *borealis maritimis.*

*Culmus ſpithamæus, Foliis alternis rigidis involuto-mucronatis. Panicula minima, coarctata ut vix ſignum pedicellorum, ſecunda; Calyx & glumæ carinatae floſculis quatuor.*

## DACTYLIS.

cynoſuroides. 1. DACTYLIS ſpicis ſparſis ſecundis ſcabris numeroſis *Læfl. it.* 115. *

Gramen maritimum, ſpica craſſa dactyloide terminali, odore rancido, culmo albo. *Gron. virg.* 135.

Dactylis ſpicis alternis ſecundis inciſis erectis approximatis, calycibus unifloris ſubulatis. *Gron. virg.* 134.

Spartum eſſexienſe, ſpica gemina. *Raj. angl.* 3. *p.* 393.

*Habitat in* Virginia, Canada, *nunc in* Luſitania, Anglia. ♃.

*Culmus bipedalis, arundinaceus. Folia in culmo ſex, lata, culmo longiora, læviſſima, margine ſcabra, incurva. pagina interiora glauciora. Spicæ ſex ſ. plurimæ, ſecundæ, divergentes, paleaceæ; floſculis imbricatis latere poſtico ſcabris. Calycibus unifloris carina*

*rina ſcabris, mucronatis, floſculo longioribus, ſeſſilibus, ſecundis. Piſtillis villoſis longioribus.*

2. DACTYLIS panicula ſecunda glomerata. *Fl. ſvec.* 1. *n.* 87. glomerata.
Cynoſurus panicula ſecunda glomerata. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 85.
Poa floſculis confertis uno verſu diſpoſitis. *Hort. cliff.* 28. *Roy. lugdb.* 62.
Gramen ſpicatum, folio aſpero. *Bauh. pin.* 3. *prodr.* 9. *Scheuch. gram.* 299. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 38.
*Habitat in* Europæ *cultis ruderatis.* ♃.

## CYNOSURUS.

1. CYNOSURUS bracteis pinnatifidis. *Hort. cliff.* 493. *Fl. ſvec.* 81, 88. *Roy. lugdb.* 64. criſtatus.
Gramen pratenſe criſtatum, ſ. ſpica criſtata lævi. *Bauh. pin.* 2. *prodr.* 8. *Scheuch. gram.* 79.
Gramen criſtatum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 468.
*Habitat in* Europæ *pratis.* ♃.

2. CYNOSURUS bracteis pinnato-paleaceis ariſtatis. *Roy. lugdb.* 64. echinatus.
Gramen alopecuroides, ſpica aſpera. *Bauh. pin.* 4. *Scheuch. gram.* 80.
Gramen alopecurum, ſpica aſpera. *Bar. rar. t.* 123.
*Habitat in* Europa *auſtraliori, Oriente.*

3. CYNOSURUS ſpica ſecunda, calycis gluma interiore ſpiculis ſubjecta. *Lœſl. it.* 41. Lima.
*Habitat in* Hiſpania. ⊙.
*Gramen vix ſpithamæum. Foliorum vaginæ tumidiuſculæ, folio ipſo parvo. Spica ſecunda, arcte imbricata, oblonga, ex floribus ſecundis, ſeſſilibus, duplici ſerie, compreſſo-carinatis: calycina valvula exteriore compreſſa, majore; flores ſinguli conſtant floſculis* 5.

4. CYNOSURUS ſpiculis alternis ſecundis ſeſſilibus rigidis obtuſis appreſſis. durus.
Gramen arvenſe, polypodii panicula craſſiore. *Bar. rar.* 1213. *t.* 50.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*
*Spica lanceolata, obtuſa: Spiculis appreſſis, ſecundis, duplici ſerie imbricatis rachi rigida. Generis dubii gramen.*

cæruleus. 5. CYNOSURUS bracteis integris. *Hort. cliff.* 495. *Fl. ſvec.* 82, 89. *Roy. lugdb.* 64.
Gramen glumis variis. *Bauh. pin.* 10. *prodr.* 21. *Scheuch. gram.* 83.
Seſleria. *Scop. carn.* 189.
*Habitat in* Europæ *paſculis uliginoſis.* Halæ *ad Salinas.* ♃.

virgatus. 6. CYNOSURUS panicula ramis ſimplicibus, floribus ſeſſilibus ſubſexfloris: ultimo ſterili; infimis ſubariſtatis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 393. *
Gramen loliaceum panicula e ſpicis ſimplicibus teretibus, ſpicillis minimis compreſſis diſtichis alternis. *Brown. jam.* 137.
Gramen Dactylon panicula longa e ſpicis plurimis gracilioribus mollibus conſtante. *Sloan. jam.* 34. *hiſt.* 1. *p.* 113. *t.* 70. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaica.

ægyptius. 7. CYNOSURUS ſpicis quaternis obtuſis patentibus dimidiatis, calycibus mucronatis, caule repente.
Cynoſurus ſpicis quaternis terminalibus horizontalibus. *Roy. lugdb.* 64.
Gramen iſchæmum malabaricum ſpecioſius, longioribus mucronatis foliis. *Pluk. alm.* 175. *t.* 300. *f.* 8.
Gramen Dactylon ægyptiacum. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 110. *Roy. lugdb.* 109. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 184. *ſ.* 8. *t.* 3. *f.* 7. *Scheuch. gram.* 109.
*Habitat in* Africa, Aſia, America.

indicus. 8. CYNOSURUS ſpicis digitatis linearibus, culmis compreſſis declinatis baſi nodoſis, foliis alternis.
Cynoſurus ſpicis aggregatis terminalibus deorſum ariſtatis. *Roy. lugdb.* 65.
Gramen Dactyloides ſpicis deorſum ariſtatis. *Burm. zeyl.* 106. *t.* 47. *f.* 1.
Gramen vaccinum femina. *Rumph. amb.* 6. *p.* 10. *t.* 4. *f.* 2.
Kavara-pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 131. *t.* 69.
*Habitat in* Indiis. ⊙.
*A caſu ſeminum remanent Spicæ pectinatæ glumis calycinis, quarum laterales patent carina ſcabra.*

coracanus. 9. CYNOSURUS ſpicis digitatis incurvatis, culmo erecto compreſſo, foliis ſuboppoſitis.

Gra-

Gramen Dactylon ægyptiacum. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 110.
Gramen Dactylon americanum minus. *Scheuch. gram.* 107.
Gramen Dactylon orientale majus frumentaceum, ſemine napi. *Pluk. alm.* p. 174. t. 91. f. 2. *Raj. ſuppl.* 606.
Panicum gramineum s. Naatsjoni. *Rumph. amb.* 5. p. 203. t. 76 f 2.
Noem & Sabil. *Veſl. ægypt.* 52. t. 53.
Tſitti-Pullu. *Rheed. mal.* 12. p. 149. t. 78.
*Habitat in* India. ☉.
Culmi *quadripedales, erecti, compreſſi, foliorum petiolis obtecti* Folia *longiora, bifaria, margine & pagina ſuperiore, imprimis verſus fauces, pilis raris longis villoſa;* Vaginis *oppoſitis, compreſſis, amplexicaulibus.* Spicæ *cruciatæ* 4. ſ. 6, *terminales, raro unica inferiore, lineares, ſtrictæ, erectiuſculæ, digiti longitudine, bifariam ſubtus floribus imbricatæ, ſupra nudæ pedunculo carinato.* Matureſcentes *ſpicæ latiores evadunt, ſæpe pedunculo plano membranaceo ſ. explanato incurvantur.*) Semina *ſubgloboſa, magna, quadruplici ſerie tumentia, nuda.*

10. CYNOSURUS paniculæ ſpiculis ſterilibus pendulis ternatis, floribus ariſtatis. aureus.
Gramen barcinonenſe, panicula denſa aurea. *Tournef. inſt.* 523. *Shaw. afric.* 232. f. 232.
Gramen panicula pendula aurea. *Bauh. pin.* 3. *theatr.* 33. *Scheuch. gram.* 149.
Gramen ſciurum ſ. alopecurum minus, heteromalla panicula. *Barr. rar.* 1180. t. 4.
*Habitat in* Europa *auſtrali, inter ſaxa & rupes, & in* Oriente. ☉.
Spiculæ *ternatæ, ſteriles; Calyce bivalvi, lineari, acuminato, involvente Glumas plurimas, ſolitarias, alternas, ovatas, obtuſas, concavas, absque valvula minore, ſtaminibus aut piſtillis; nequeunt commode dici flores, ſed potius pro involucris haberi; Flores bini ad baſin ſpicularum, Calyce lineari, longitudine floſculorum, bifloro; Floſculo inferiori ſeſſili: Gluma exteriore ovata, infra apicem ariſta longa recta; interiore anguſtiſſima.* Floſculus alter, *pedunculo longitudine floſculi prioris, minor, ſimillimus; tertii floſculi ſolum rudimentum apparet.*

FE-

## FESTUCA.

* *Panicula ſecunda.*

ovina. 1. FESTUCA panicula ſecunda coarctata ariſtata, culmo tetragono nudiuſculo, foliis ſetaceis. *Fl. ſvec.* 95, 91.

Poa foliis ſetaceis compreſſis: caulino latiore, panicula contracta ſecunda, corollis acuminato-ariſtatis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 184.

Poa foliis ſetaceis, panicula ramoſa, floribus petiolatis antrorſum ſpectantibus, glumis ſubulatis. *Roy. lugdb.* 62.

Poa ſpiculis ovato-anguſtis ariſtato-acuminatis. *Fl. lapp.* 55.

Gramen, foliis, junceis brevibus, majus, radice nigra. *Bauh. pin.* 5. *prodr.* 34 *Scheuch. gram.* 279.

Gramen criſtatum, paniculis nigricantibus. *Læſ. pruſſ.* 110. *t.* 24.

Gramen capillatum, locuſtis pennatis non ariſtatis. *Vaill. pariſ.* 92.

*Habitat in* Europæ *collibus apricis aridis vulgatiſſimum.* ♃.

*vivipara.* β. Feſtuca ſpiculis viviparis. *Fl. ſvec.* 1. *n.* 94.

Gramen paniculatum ſparteum alpinum, panicula anguſto-ſpadiceo viridi, proliferum. *Scheuch. gram.* 213. *t.* 1. *Raj. angl.* 3. *t.* 22. *f.* 1.

*Habitat in* Alpibus Lapponiæ, Helvetiæ, Scotiæ. ♃.

reptatrix. 2. FESTUCA paniculæ ramis ſimplicibus, ſpiculis ſubſeſſilibus.

*Habitat in* Arabia, Palæſtina. ♃.

Radix *craſſitie pennæ anſerinæ, longiſſime reptans ſub terra, veſtita latis foliorum rudimentis.* Culmus *plus quam ſesqui-pedalis.* Folia *involuto-filiformia.* Panicula *oblonga ramis alternis, ſecundis, ſimpliciſſimis, quibus inſident* Spiculæ *ſeſſiles, alternæ, plurimæ, lanceolatæ, ſexfloræ, acuminatæ, muticæ.*

duriuſcula. 3. FESTUCA panicula ſecunda oblonga, ſpiculis ſexfloris oblongis lævibus, foliis ſetaceis.

Feſtuca panicula nutante inferne ramoſa, ſpicis adſcendentibus hiſpidis, foliis ſetaceis. *Roy. lugdb.* 68.

Gramen pratenſe, panicula duriore laxa unam partem ſpectante. *Raj. hiſt.* 1286. *angl.* 3. *p.* 413. *t.* 19. *f.* 1. *Scheuch. gram.* 285.

Gra-

Gramen tenue duriuſculum & pene junceum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 463.
*Habitat in* Europæ *pratis ſiccis.*

4. FESTUCA panicula ſpiciformi pubeſcente, foliis filiformibus. dumetorum.
*Habitat in* Hiſpania. ♃.
Culmi *pedales ſ. ſeſquipedales, filiformes, teretes geniculis duobus tumidis.* Folia *Radicalia pedalia, teretia, vix ancipitia; Caulina breviora, canaliculata.* Panicula *parva, quaſi ſpicata* Spiculæ 10 *ſ.* 12, *oblongæ, pubeſcentes, caneſcentes: inferiores geminæ, pedicellatæ; ſuperiores ſeſſiles, ſolitariæ.* Glumæ *terminatæ ariſta minuta. Figura Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 2. *f. ult. hanc refert. Bulbi ſæpe prognaſcuntur intra vaginas culmi. Affinis valde F. duriuſculæ.*

5. FESTUCA panicula ſecunda ſcabra, ſpiculis ſexfloris ariſtatis: floſculo ultimo mutico, culmo ſemitereti. *Fl. ſvec.* 93, 92. * rubra.
Gramen alpinum pratenſe, panicula duriore laxa ſpadicea: locuſtis majoribus. *Scheuch. gram.* 287.
*Habitat in* Europæ *ſterilibus ſiccis.*
*Magnitudine, colore maturitatis rubro, culmo tereti, ſed altero latere planiuſculo, diſtingvitur a F. ovina.*

6. FESTUCA panicula flexuoſa, ſpiculis ſecundis inclinatis ſubmuticis, foliis ſetaceis. *Roy. lugdb.* 68. amethyſtina.
Gramen montanum, foliis capillaribus longioribus, panicula heteromalla ſpadicea & velut amethyſtina. *Scheuch. gram.* 276.
*Habitat in* Italia, Gallia, Anglia.

7. FESTUCA panicula erecta ramoſa, ſpiculis ſeſſilibus carinatis muticis. fuſca.
*Habitat in* Palæſtina.
Culmus *altus, ramoſus.* Folia *e vaginis latiuſculis, anguſta, longitudinaliter involuta, longa, ſubulata.* Panicula *erecta, ramoſa & ſubdiviſa.* Spiculæ *erectæ, policares, longæ, carinatæ, muticæ, obſcuræ: floſculis.* 16 *ſ.* 24.

8.* FESTUCA panicula ſpicata nutante, calycibus minutiſſimis muticis, floribus ſcabris longius ariſtatis. *Roy. lugdb.* 68. myuros.

Gra-

Gramen feſtuceum myurum, minori ſpica heteromalla. *Barr. ic. t.* 99. *f.* 1. *Scheuch. gram.* 19~~4~~.
Gramen murorum, ſpica longiſſima. *Raj. ang.* 3. *p.* 415. *hiſt.* 286. *Moriſ. hiſt.* 3 *p.* 215. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 43.
*Habitat in* Anglia, Italia, Barbaria, ~~Gallia~~.

maritima. 9. FESTUCA ſpica lineari ſecunda recta, floribus adpreſſis ſubariſtatis. *Læfl. it.* 44.
Gramen exile duriuſculum maritimum. *Scheuch. gram.* 272.
*Habitat in* Hiſpania ⊙.
Gr. *vix ſpatamæum.* Flores *omnino ſpicati, ſecundi, ariſtis capillaribus:* ſpiculæ *ſexfloræ.* Folia *ſubulata: vaginis ſtriatis.*

bromoides. 10. FESTUCA panicula ſecunda, ſpiculis erectis lævibus, calycis altera valvula integra, altera ariſtata.
Feſtuca ſpicis erectis ad unum latus, palea altera calycina minima, altera acuminata. *Roy. lugdb.* 68.
Gramen paniculatum bromoides minus, paniculis ariſtatis unam partem ſpectantibus *Raj. angl.* 3. *p.* 415. *hiſt.* 1287. *Pluk. alm.* 174. *t.* 33. *f.* 10. *Scheuch. gram.* 297.
*Habitat in* Anglia, Gallia.
*Differt a F. myuro panicula ſubſpicata, glumis non ciliatis.*

calycina. 11. FESTUCA panicula coarctata, ſpiculis linearibus, calyce floſculis longiore, foliis, baſi barbatis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 400. *
Feſtuca panicula contracta, ſpiculis linearibus muticis longitudine calycis. *Læf. it* 116. *
*Habitat in* Hiſpania. ⊙.
Folia *Radicalia in cæſpitem collecta.* Culmi *filiformes, anguſti, digitales.* Panicula *attenuata, contracta.* Calyx *ſpiculæ longitudine.*

* *Panicula æquali.*

decumbens. 12. FESTUCA panicula erecta, ſpiculis ſubovatis muticis, calyce floſculis majore, culmo decumbente. *Fl. Sv.* 92, 93. *It. ſcan.* 226.
Gramen montanum avenaceum, locuſtis muticis tumentibus, piloſum. *Scheuch. gram.* 70.
Gramen triticeum paluſtre humilius, ſpica mutica breviore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 177. *ſ.* 8. *t.* 1. *f.* 6.

Gra-

Gramen avenaceum parvum procumbens, paniculis non ariſtatis. *Raj. angl.* 3. *p.* 408. *hiſt.* 1288. *Pluk. alm.* 174. *t.* 34. *f.* 1. *Mont. prodr.* 53. *t.* 2. *f.* 1.
*Habitat in* Europæ *paſcuis ſterilibus.*

13. FESTUCA panicula ſecunda erecta, ſpiculis ſubariſtatis exterioribus teretibus. *Fl. ſuec.* 91, 94. elatior.
Feſtuca panicula ſpicata, ſpiculis uno verſu inclinatis ſubmuticis. *Roy. lugdb.* 68.
Gramen loliaceum, ſpica diviſa, pratenſe majus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 184. *ſ.* 8. *t.* 2. *f.* 15.
Gramen ſpartum, ſpica brizæ paniculata & corniculata. *Barr. rar.* 1154. *t.* 25.
Gramen paniculatum elatius, ſpicis longis muticis ſquamoſis. *Vaill. pariſ.* 92.
Gramen arundinaceum, ſpica multiplici, Calamagroſtis 1. *Baub. pin* 6. *ex Vaillant.*
β. Gramen pratenſe majus, locuſtis tumidis. *Buxb. cent.* 5. *p.* 41. *t.* 16.
Gramen arundinaceum aquaticum, panicula avenacea. *Raj. angl.* 3. *p.* 411.
*Habitat in* Europæ *pratis fertiliſſimis.* ♃

14. FESTUCA panicula ramoſa erecta, ſpiculis ſubſeſſilibus teretibus muticis. *Fl. ſuec.* 90, 95. fluitans.
Poa ſpiculis oblongis erectis. *Hort. cliff.* 28. *Roy. lugdb.* 62.
Gramen aquaticum fluitans, multiplici ſpica. *Baub. pin.* 2. *theatr.* 41. *Scheuch. gram.* 199.
Gramen loliaceum fluitans, ſpica longiſſima diviſa. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 183. *ſ.* 8. *t.* 3. *f.* 16.
*Habitat in* Europæ *foſſis & paludibus.*

15. FESTUCA panicula ſpicata lobata, ſpiculis ovatis latis ſexfloris hirſutis. *Læfl.* criſtata.
*Habitat in* Luſitaniæ *collibus ſterilibus.*
*Culmi e radice plurimi, vix digiti longitudine. Panicula ſubſpicata, fere ovata, diverſa ab Aira criſtata floſculis pluribus iisque hirſutis, culmo breviore, facie autem ei accedit.*

16. FESTUCA panicula patente, ſpiculis quadrifloris ſubariſtatis, culmo aſſurgente tecto foliis breviſſimis patentibus. ſerotina.
Gramen Loliaceum ſerotinum, panicula diſpanſa. *Segu. ver.* 3. *p.* 146. *t.* 3. *f.* 2.

*Ha-*

*Habitat* Veronæ. *Seguier.*
*Culmi decumbentes articulis numeroſiſſimis. Folia plana. Floſculi remoti ariſta breviſſima.*

## BROMUS.

ſecalinus. 1.* BROMUS panicula patente, ſpiculis ovatis, ariſtis rectis. *Fl. ſvec.* 84, 96.
Feſtuca culmo paniculato, ſpicis compreſſo-ovatis. *Fl. lapp.* 28. *Roy. lugdb.* 67.
Feſtuca graminea, glumis hirſutis. *Bauh. pin.* 9. *theatr.* 143. *Scheuch gram.* 250.
Gramen avenaceum ſegetale majus, gluma turgidiore. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 17.
β. Bromus *hordeaceus* panicula erecta coarctata. *Fl. ſvec.* 1. *n.* 87. *Sp. pl.* 1. *p.* 77.
*Habitat in* Europæ *agris ſecalinis arenoſis.* ☉.

mollis. 2. BROMUS panicula erectiuſcula, ſpicis ovatis ariſtis rectis, foliis molliſſime villoſis.
Gramen avenaceum locuſtis villoſis anguſtis candicantibus & ariſtatis. *T. Scheuch. gram* 254.
Gramen avenaceum pratenſe, panicula ſquamata & villoſa. *Moriſ. hiſt* 3. *p.* 213. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 18.
Feſtuca avenacea hirſuta, paniculis minus ſparſis. *Raj. hiſt.* 1289.
*Habitat in* Europæ *auſtralioris ſiccis.* ♂.
*Similis* B. ſecalino, *ſed albido-pubeſcens. Genicula craſſiora, cylindrica, ſubtus inprimis valde hirſuta. Folia utrinque molliſſima vaginis ſtriatis.* Panicula *brevius pedicellata.*

ſquarroſus. 3.* BROMUS panicula nutante, ſpicis ovatis: ariſtis divaricatis.
Feſtuca graminea, glumis vacuis. *Scheuch. gram.* 251. *t.* 5. *f.* 11.
Gramen avenaceum, locuſtis amplioribus candicantibus glabris ariſtatis. *Tournef. inſt.* 525.
Gramen phalaroides aceroſum, nutante ſpica. *Bar. ic.* 24. *f.* 1.
β. Gramen feſtuceum majus, locuſtis craſſis lanuginoſis. *Buxb. cent.* 5. *p.* 19. *t.* 38. *f.* 1.
*Habitat in* Gallia, Helvetia, Sibiria.
*Panicula nutans. Spicæ glabræ, ovatæ: pedicellis propriis filiformibus, verſus apices incraſſatis. Ariſtæ divaricatæ.*

4. BROMUS panicula nutante criſpa, foliis utrinque nudis: vaginis piloſis, glumis villoſis. purgans.
Gramen bromoides catharticum. *Few. peruv.* 705. *t.* 1?
*Habitat in* Canada. *Kalm* ♃.
*Culmus ſesquipedalis, firmus. Folia latitudine arundinis, carinata, viridia, ſupra fere nuda, ſubtus omnino glabra. Vaginæ foliorum retrorſum piloſæ. Panicula criſpa, flexuoſa, nutans. Spiculæ floſculis* 8 *ad* 14, *oblongæ. Glumæ pilis breviſſimis undique extus villoſæ. Ariſta ſub apice glumæ exterioris. Differt noſtra a Fevillæi radicibus fibroſis, nec ſquamoſis; ſpiculis anguſtioribus.*

5. BROMUS panicula nutante, foliis utrinque vaginisque ſubpiloſis, glumis ciliatis. ciliatus.
*Habitat in* Canada; *ex ſemine D. Kalm.* ♃.
*Culmi tenues. Folia utrinque & vaginæ vix manifeſte pubeſcentes. Panicula valde nutans, non criſpis pedunculis. Spiculæ oblongæ, compreſſæ, petalorum marginibus (non dorſo) valde piloſis, qua nota facile diſtingvitur. Floſculi* 8, *ſub apice ariſtati; Calyces nudi. Glumæ corollae lanceolatae.*

6. BROMUS panicula patula, ſpiculis oblongis diſtichis, glumis ſubulato-ariſtatis. ſterilis.
Feſtuca avenacea ſterilis elatior. *Baub. pin.* 9. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 212. *ſ.* 8 *t.* 7. *f.* 11.
Gramen avenaceum, panicula ſparſa, locuſtis majoribus & ariſtatis. *T. Scheuch. gram.* 258.
*Habitat in* Europæ *auſtralioris agris, ſylvis.*

7. BROMUS panicula nutante, ſpiculis ovato-oblongis. *Fl. ſuec.* 85, 97. * arvenſis.
Bromus culmo paniculato, ſpicis compreſſis. *F. lapp.* 27. *Hort. cliff.* 25.
Feſtuca graminea, juba effuſa. *Baub. pin.* 9. *prodr.* 19. *Scheuch. gram.* 262.
Feſtuca avenacea ſterilis elatior circa Upſaliam. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 87. *f.* 7. *opt.*
Feſtuca graminea nemoralis latifolia mollis. *Baub. pin.* 9. ?
Gramen avenaceum dumetorum panicula ſparſa. *Raj. angl.* 3. *p.* 415. *Vaill. pariſ.* 93.
Gramen avenaceum dumetorum paniculatum majus hirſutum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 213.

Ægilops major, caule & foliis arundinaceis, locuſtis glabrioribus & anguſtioribus e fuſco xerampelinis. *Dill. app.* 60.
*Habitat in* Europa *ad verſuras agrorum.* ☉.

tectorum. 8.*BROMUS panicula nutante, ſpiculis linearibus. *Fl. ſvec.* 86, 98. *
Gramen murorum, ſpicis pendulis anguſtioribus. *Tourneſ. pariſ.* 91.
Feſtuca avenacea ſterilis, ſpicis erectis. *Raj. angl.* 3. *p.* 413. *Pluk. alm.* 174. *t.* 299. *f.* 2.
Feſtuca avenacea ſterilis, pedicellis brevioribus & ſpicis erectis *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 212. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 13.
*Habitat in* Europæ *collibus ſiccis & tectis terreſtribus.* ♂.

matritenſis. 9. BROMUS panicula patulo-erecta, ſpiculis linearibus: intermediis geminis, pedicellis incraſſatis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 265. *
Bromus ſterilis, erecta panicula, major. *Barr. ic.* 76. *f.* 1.
Gramen Bromoides pumilum, locuſtis erectis majoribus ariſtatis. *Scheuch. gram.* 260.
*Habitat in* Hiſpania, Anglia.

rubens. 10. BROMUS panicula faſciculata, ſpiculis ſubſeſſilibus villoſis, ariſtis erectis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 265. *
Gramen panicula molli rubente. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 464?
*Habitat in* Hiſpania.

ſcoparius. 11. BROMUS panicula faſciculata, ſpiculis ſubſeſſilibus glabris, ariſtis patulis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 266. *
*Habitat in* Hiſpania.

giganteus. 12.*BROMUS panicula nutante, ſpiculis quadrifloris: ariſtis brevioribus. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 99. *it. ſcan.* 394.
Gramen ſylvaticum glabrum, panicula recurva. *Vaill. pariſ.* 93. *t.* 18. *f.* 3.
β. Bromus paniculæ ramis conjugato-binatis. *Fl. ſvec.* 1. *n.* 88.
Feſtuca foliis digiti latitudine longiſſimis, panicula laxa. *Roy. lugdb.* 69.
Gramen bromoides aquaticum latifolium, panicula ſparſa tenuiſſima ariſtata. *Scheuch. gram.* 264.
*Habitat in* Europæ *ſylvis ſiccis.* ♃.

racemoſus. 13 BROMUS racemo ſimpliciſſimo, pedunculis unifloris, floribus ſubſexfloris lævibus ariſtatis.

flo-

Feſtuca avenacea ſpicis ſtrigoſioribus e glumis glabris compactis *Raj. angl. 3. p.* 414.
*Habitat in* Anglia.
*Panicula conſtat racemo ſimplici: pedunculis alternis, ſæpius ſolitariis, unifloris. Flores ovati, acuminati; Folia ſubtus villoſa.*

14. BROMUS ſpiculis alternis ſubſeſſilibus teretibus, culmo indiviſo. *Fl. ſvec.* 89, 100. *it. gotl.* 180. pinnatus
Feſtuca culmo alternatim ſpicato, ſpicis teretibus. *Fl. lapp.* 29. *Roy. lugdb.* 67.
Gramen, ſpica brizæ, majus. *Baub. pin.* 9. *prodr.* 19. *theatr.* 133.
Gramen loliaceum corniculatum. *Scheuch. gram.* 35.
β. Gramen lol. cornic. ſpicis teretibus anguſtis & glabris. *Scheuch. gram.* 36.
*Habitat in* Europæ *ſylvis montoſis aſperis.* ♃.
*Spicularum latus planum culmo obvertitur; ariſtæ ſunt terminales.*

15. BROMUS ſpiculis diſtiche imbricatis ſeſſilibus depreſſis. *Amœn. acad.* 2. *p.* 339. * criſtatus.
Feſtuca culmo ſpicato, ſpiculis multifloris. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 115. *t.* 23.
Gramen triticeum, ſpica latiore compacta, criſtatum. *Buxb. cent.* 1. *p.* 32. *t.* 50. *f.* 3.
*Habitat in* Sibiria, Tataria. ♃.

16. BROMUS panicula patente, floribus ſubtrifloris. triflorus.
Gramen Bromoides panicula ſparſa, locuſtis minoribus ariſtatis. *Scheuch. gram.* 511.
*Habitat in* Germaniæ, Daniæ *nemoribus. Forſkåhl.*

17. BROMUS ſpicis duabus erectis alternis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 304. 450. * diſtachyos.
Gramen ſpica brizæ minus. *Baub. pin.* 9. *prodr.* 10. *Pluk. alm.* 173. *t.* 33. *f.* 1.
*Habitat in* Europa auſtrali, Oriente. ⊙.
*Culmus ramoſus geniculis tumidis pubeſcentibus.*

## STIPA.

1. STIPA ariſtis lanatis.
Feſtuca ariſtis paniculæ circiter longitudine plumoſis. *Roy. lugdb.* 68. pennata.

Gramen ſpicatum, ariſtis pennatis. *Tournef. inſt.* 518. *Scheuch. gram.* 153.
Gramen ſparteum pennatum. *Bauh. pin.* 5. *theatr.* 70.
Spartum auſtriacum. *Cluſ. hiſt* 2. *p.* 221.
*Habitat in* Auſtria, Gallia, Svecia. ♃.

capillata. 2. STIPA ariſtis nudis incurvatis, calycibus ſemine longioribus.
Feſtuca longiſſimis ariſtis. *Bauh. pin.* 10. *theatr.* 153.
Gramen avenaceum montanum, ſpica ſimplici, ariſtis recurvis. *Raj. Vaill. pariſ.* 85.
*Habitat in* Germania, Gallia.
*Simillima* Stipæ junceæ, *ſed Folia non teretia ſulco longitudinali, ſed rigidiora, breviora, minus ſcabra, latere ſuperiore magis explanata & ſubpubeſcentia.* Calyx *non albidus, ſed ſpadiceus.* Ariſtæ *breviores & adultiores varie curvatæ.*

juncea. 3. STIPA ariſtis nudis rectis, calycibus ſemine longioribus.
Feſtuca ariſtis circiter longitudine paniculæ nudis. *Roy. lugd.* 68.
Feſtuca junceo folio. *Bauh. pin.* 9. *Theatr.* 145. *Scheuch. gram.* 151.
*Habitat in* Helvetia, Gallia. ♂.

tenaciſſima. 4. STIPA ariſtis baſi piloſis, panicula ſpicata, foliis filiformibus. *Amœn. acad.* 4. *p.* 266. *Lœfl. it.* 118. *
Gramen Sparteum panicula comoſa. *Bauh. pin.* 5.
Spartum herba plinii. *Cluſ. hiſt* 2. *p.* 220.
*Habitat in* Hiſpaniæ *collibus arenoſis.* ♃.

avenacea. 5. STIPA ariſtis nudis, calycibus ſemen æquantibus.
Andropogon folio ſuperiore ſpathaceo, pedunculis lateralibus oppoſitis unifloris, ariſtis flexuoſis. *Gron. virg.* 133.
*Habitat in* Virginia.
Culmi *tenues.* Folium *ſummum ventricoſum longitudine paniculae.* Panicula *pedunculis conjugatis, unifloris.* Calycis *gluma uniflora, pallida, bivalvis, aequalis.* *Corollae ariſta terminalis, contorta, baſi articulata, nuda, longitudine pedunculorum. Gramen hoc Avena ſativa minus eſt.*

membranacea. 6. STIPA pedicellis dilatatis membranaceis.
*Habitat in* Hiſpania. *Lœfling.*

Gra-

Gramen *vix pedale, facie Avenæ.* Panicula *ſimplex, vix ſubdiviſa, laxa, debilis.* Pedicelli *membranacei, ancipites, obtuſiuſculi.* Calycis *ariſta longitudine ariſtæ corollinæ.*

7. STIPA ariſtis nudis, bracteis baſi barbatis, floſculis ſeſſili-faſciculatis. arguens.

Gramen arguens. *Rumph. amb.* 6. *p.* 15. *t.* 6. *f.* 1.
*Habitat in* India.
Flores *in faſciculos congeſti ut glumæ vix a bracteis diſtinguantur.* Bracteæ *longiores, baſi extus valde piloſæ.* Semina *baſi hirſuta ariſtis terminalibus nudis, nigris, contortis.*

## AVENA.

1. AVENA paniculata, calycibus unifloris, ſeminibus hirſutis, ariſtis calyce triplo longioribus. ſibirica.

Feſtuca glumis villoſis, ariſtis calyce triplo longioribus. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 113. *t.* 22.
*Habitat in* Sibiria.

2. AVENA paniculata, calycibus bifloris, floſculo hermaphrodito mutico, maſculo ariſtato. *Fl. ſvec.* 98, 102. elatior.

Avena calycibus bifloris, panicula laxe ſpicata: pedunculis prioribus faſciculatis. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 182.
Gramen avenaceum, panicula aceroſa, ſemine papoſo. *Dill. app.* 48.
Gramen avenaceum elatius, juba longa ſplendente. *Raj. meth.* 179. *angl.* 3. *p.* 406. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 214. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 37. *Scheuch. gram.* 239. *Hall. helv.* 225. *Vaill. pariſ.* 89.
β. Avena panicula nutante, calycibus bifloris: altero floſculo ariſtato. *Roy. lugb.* 66.
Gramen nodoſum, avenacea panicula, radice tuberibus prædita. *Bauh. pin.* 2. *prodr.* 3. *theatr.* 18. *Scheuch. gram.* 237.
*Habitat in* Europæ *maritimis & apricis.* ♃.
Floſculi *Maſculi ariſta major, verſus baſin inſerta; Hermaphroditi breviſſima & fere terminalis.*

3. AVENA panicula attenuata, calycibus bifloris, ſeminibus villoſis, ariſtis calyce duplo longioribus. penſylvanica.

*Habitat in* Penſylvania. *Kalm.*

læflingiana. 4. AVENA panicula contracta, floſculis binis apice biariſtatis, dorſo ariſta reflexa. *Læfl.*

*Habitat in* Hiſpania.

*Gramen vix digiti longitudine*; Culmi *plures ex radice.* Folia *planiuſcula: ſummum ventricoſum latius.* Panicula *coarctata, craſſa.* Calyx *floſculis longior.* Ariſtæ *terminales, ſetaceae, longitudine corollarum: dorſalis duplo longior, torta.*

ſativa. 5. AVENA paniculata calycibus diſpermis, ſeminibus lævibus. *Hort. cliff.* 25. *Hort. upſ.* 20. *Mat. med.* 38. *Roy. lugdb.* 65.

Avena nigra. *Bauh. pin.* 23.

β. Avena alba. *Bauh. pin.* 23.

*Habitat in inſula* Ivan Fernandez *verſus Chilli. Anſon.* ☉.

nuda. 6. AVENA paniculata, calycibus trifloris, receptaculo calycem excedente, petalis dorſo ariſtatis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 401.

Avena nuda. *Bauh. pin.* 23. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 389. *Raj. angl.* 3. *p.* 389.

*Habitat* - - - - - ☉.

*Affinis admodum* A. ſativæ, *ſed ſemina decorticata decidunt.*

fatua. 7. AVENA paniculata, calycibus trifloris, floſculis omnibus baſi pilloſis ariſtis totis lævibus. *Fl. ſvec.* 97, 101.

Avena ſeminibus hirſutis. *Fl. lapp.* 30. *Roy. lugdb.* 65.

Feſtuca utriculis lanugine flaveſcentibus. *Bauh. pin.* 10.

Gramen avenaceum, locuſtis lanugine flaveſcentibus. *Scheuch. gram.* 239.

*Habitat in* Europæ *agris inter ſegetes.* ☉.

ſterilis. 8. AVENA paniculata, calycibus quinquefloris: exterioribus floſculis ariſtisque baſi piloſis, interioribus muticis.

*Habitat in* Hiſpania. ☉. Alſtrömer.

*Simillimus* A. fatuæ, *ut forte ſola varietas, ſed triplo omnibus partibus major & cultura conſtans.*

flaveſcens. 9. AVENA panicula laxa, calycibus trifloris brevibus, floſculis omnibus ariſtatis. *Roy. lugdb.* 66. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 103.

Gramen avenaceum pratenſe elatius, panicula flaveſcen-

ſcente, locuſtis parvis. *Raj. angl.* 3. *p.* 407. *hiſt.* 1284. *Scheuch. gram.* 223.

Gramen avenaceum, ſpica ſparſa flaveſcente, locuſtis parvis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 215. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 42.

*Habitat in* Germania, Anglia, Gallia.

10. AVENA ſpicata, floſculis ſubquaternis calyce longioribus. fragilis.

Gramen loliaceum lanuginoſum, ſpica fragili articulata, glumis piloſis ariſtatum. *Scheuch. gram.* 32.

Gramen loliaceum ſpurium hirſutum, ariſtis geniculatis. *Barr. ic.* 905. *f.* 1, 2, 3.

*Habitat in* Luſitania, Hiſpania. *Lœfl.*

11. AVENA ſpicata calycibus quinquefloris. pratenſis.

Avena panicula ſpicata, ſpiculis cylindricis culmo appreſſis. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 182.

Avena ſpicis erectis, calyce ſpiculis breviore. *Fl. lapp.* 31. *Fl. ſvec.* 96, 104.

Avena calycibus triſloris, panicula nutante, foliis planis. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 129.

Gramen avenaceum montanum, ſpica ſimplici, ariſtis recurvis. *Raj. angl.* 3. *p.* 252. *t.* 21. *f.* 1. *Scheuch. gram.* 226.

β. Gramen avenaceum glabrum ſ. potius hirſutum, panicula purpuro-argentea ſplendente. *Raj. angl.* 3. *p.* 406. *t.* 21. *f.* 2.

Feſtuca dumetorum. *Bauh. pin.* 20. *prodr.* 19. ex *Vaill. pariſ.* 89.

*Habitat in* Europæ *paſcuis ſiccis apricis.*

[Manuscript note:] Avena pubescens sub-spicata: calycibus sub-trifloris basi pilosis: foliis planis pubescentibus. app. 1667. in Galliae pascuis.

[Manuscript note:] Avena bromoides sub-spicata: spiculis binatis: altera pedunculata: aristis divaricatis: calycibus octofloris. app. 1668. in Helvetia.

12. AVENA ſpicata, calycibus ſpiculis ſexfloris longioribus: petalo exteriore apice ariſtato furcatoque. ſpicata.

*Habitat in* Penſylvania.

*Gramen anguſtum*; Folia *linearia*; Spica *compoſita ex ſpiculis* 3. *ſ.* 4, *remotis*, *erectis*: Spiculæ *ſubpedunculatae*: *ſingulis* Calyx *diphyllus*, *ſubulatus*, *aequalis*, *ſpicula longior*; Floſculi 6, *ſeſſiles*, *erecti*: Petalo exteriore *apice bifido in apices duos ſetaceos*, *e quorum diviſura* ariſta *articulata*, *longitudine ſpiculae*. Facies *Feſtucae decumbentis*.

## LAGURUS.

1. LAGURUS ſpica ovata ariſtata. *Hort. cliff.* 25. ovatus.

Gramen alopecuroides, ſpica rotundiore. *Bauh. pin.* 4. *theatr.* 56.

Gramen ſpicatum tomentoſum longiſſimis ariſtis donatum. *T. Scheuch. gram.* 58

*Habitat in* Italia, Gallia, Sicilia, Luſitania. ☉.

cylindricus. 2. LAGURUS ſpica cylindrica mutica.

Gramen alopecuros, ſpica longa tomentoſa candicante. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 474.

Gramen tomentoſum alopecuros. *Dalech. hiſt.* 430.

Gramen tomentoſum ſpicatum. *Bauh. pin.* 4.

Gramen tomentoſum creticum ſpicatum, ſpica purpurea. *Scheuch. gram.* 57.

*Habitat* Monſpelii, Creta, Smyrnæ. *D. Gerardus.*

## ARUNDO.

Bambos. 1. ARUNDO calycibus multifloris, ſpicis ternis ſeſſilibus.

Arundo arbor. *Bauh. pin.* 18. *Hort. cliff.* 25. *Fl. zeyl.* 47. *Roy. lugdb.* 67.

Tabaxir & Mombu arbor. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 222.

Ily. *Rheed. mal.* 1. *p.* 25. *t.* 16.

*Habitat in* India *utraque.* ♄.

*Paniculæ Scapus rectus, rigidus, gerens ad alternos dentes ſæpius Flores tres, alternatim ſ. diſtiche poſitos, ſeſſiles, rigidulos, lineares, longos.*

Donax. 2. ARUNDO calycibus trifloris, panicula diffuſa. *Roy. lugdb.* 66.

Arundo ſativa. *Virid. cliff.* 7. *Hort. cliff.* 26.

Arundo ſativa, quæ Donax dioſcordis. *Bauh. pin.* 17. *theatr.* 271. *Scheuch. gram.* 159.

β. Arundo indica laconica verſicolor. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 219 *ſ.* 8 *t.* 8. *f.* 9. *Hort. cliff.* 26.

*Habitat in* Hiſpania, Galloprovincia.

phragmitis. 3. ARUNDO calycibus quinquefloris, panicula laxa. *Roy. lugdb.* 66. *Gron. virg.* 137.

Arundo panicula laxa, floſculis quinis. *Fl. ſvec.* 99, 105.

Arundo panicula laxa, calycibus ſubbifloris. *Sauv. monſp.* 38.

Arundo vulgaris ſ. phragmites dioſcoridis. *Bauh. pin.* 17 *Scheuch. gram.* 161.

*Habitat in* Europæ *lacubus, fluviis.* ♃.

epigejos. 4. ARUNDO calycibus unifloris, panicula erecta, foliis ſubtus glabris.

A-

Arundo panicula coarctata erecta integra, foliis inferne glabris. *Fl. ſvec.* 101. 106.
Gramen arundinaceum paniculatum montanum, panicula ſpadiceo-viridi, ſemine papposo. *Scheuch. gram.* 124.
*Habitat in* Europæ *collibus aridis.* ♃.

5. ARUNDO calycibus unifloris, culmo ramoſo. *Fl. lapp.* 42. *Fl. ſvec.* 100, 107. *Roy. lugdb.* 66. Calamogroſtis.
Gramen arundinaceum, panicula molli ſpadicea, majus. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 94. *Scheuch. gram.* 122. *t.* 5.
*Habitat in* Europæ *paludibus graminoſis.* ♃.

6. ARUNDO calycibus unifloris, foliis involutis mucronato-pungentibus. arenaria.
Arundo foliorum lateribus convolutis acumine pungente. *Fl. lapp.* 43. *Fl. ſvec.* 102, 108. *It. ſcan.* 336.
Gramen ſparteum ſpicatum, foliis mucronatis longioribus. *Bauh. pin.* 5.
Gramen ſpicatum ſecalinum maritimum maximum, ſpica longiore. *T. Scheuch. gram.* 138.
*Habitat in* Europa & America *ad maris littora arenoſa.* ♃.

## ARISTIDA.

1. ARISTIDA panicula ramoſa, ſpicis ſparſis. adſcenſionis.
Gramen avenaceum, panicula minus ſparſa, cujus ſingula grana tres ariſtas longiſſimas habent. *Sloan. jam.* 35. *hiſt.* 1. *p.* 16. *t.* 2. *f.* 56.
Gramen avenaceum maderaſpatanum, panicula ſparſa ariſtis longioribus ornata. *Pluk. alm.* 174. *t.* 191. *f.* 3?
*Habitat in* Inſula Adſcenſionis, *una ex quatuor iſtius pauperrimæ Floræ plantis, quarum* 1 *Sherardia fruticoſa,* 2 *Euphorbia origanoides,* 3 *Portulaca. Osbeck.* ♃.
Habitus *Feſtucæ ovinæ, ſed paulo major.* Radix *cæſpitem conſtituens.* Culmi *inferne ramoſi.* Folia *e baſi latiore ſenſim anguſtata, plano-canaliculata, ſubulata.* Panicula *oblonga, diſtincta glumis corollæ univalvibus, filiformibus, longitudinaliter convolutis, triplici ariſta terminatis.*

americana. 2. ARISTIDA paniculæ ramis ſimpliciſſimis, ſpicis alternis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 393. *
*Habitat in* Jamaica.

## LOLIUM.

perenne. 1. LOLIUM ſpica mutica: ſpiculis compreſſis multifloris.
Lolium ſpicis muticis. *Hort. cliff.* 24. *Fl. ſvec.* 104, 110. *Roy. lugdb.* 69.
Lolium ſpicis compreſſis, radice perenni. *Fl. lapp.* 32.
Gramen loliaceum, anguſtiore folio & ſpica. *Bauh. pin.* 9: *theatr.* 127. *Scheuch. gram.* 25.
*Habitat in* Europa *ad agrorum verſuras ſolo fertili.* ♃.

tenue. 2. LOLIUM ſpica mutica tereti ſpiculis trifloris.
Gramen Loliaceum, foliis & ſpicis tenuiſſimis. *Vaill. pariſ.* 81.
Graminis loliacei anguſtiore folio & ſpica varietas. *Bauh. pin.* 9. ſpica tereti anguſtiſſima. *Scheuch. gram.* 28.
*Habitat in* Gallia.
*Hoc faciunt plures tantum varietatem prioris; diverſiſſimum a Tritico tenello eſt.*

temulentum. 3. LOLIUM ſpica ariſtata: ſpiculis compreſſis ariſtatis.
Lolium ſpicis ariſtatis, radice annua. *Hort. cliff.* 23. *Fl. ſvec.* 103, 109. *Roy. lugdb.* 69.
Gramen loliaceum, ſpica longiore, ſ. Lolium dioſcoridis. *Bauh. pin.* 9. *theatr.* 121. *Scheuch. gram.* 31.
*Habitat in* Europæ *agris inter Hordeum, Linum.* ☉.

## ELYMUS.

arenarius. 1. ELYMUS ſpica erecta arcta, calycibus tomentoſis floſculo longioribus.
Elymus foliis mucronato-pungentibus. *It. ſcan.* 336.
Secale ſpiculis geminatis. *Fl. ſvec.* 106, 111.
Triticum foliis acuminatis pungentibus. *Roy. lugdb.* 71.
Gramen caninum maritimum, ſpica triticea, noſtras. *Raj. hiſt.* 1256. *Scheuch. gram.* 6.
*Habitat ad* Europæ *litora marina in arena mobili.* ♃.
Spica *erecta, longa, tomentoſa.* Spiculæ 2, *rectæ, biſloræ, muticæ, calyce breviores.* Folia *arundinacea, glauca ſ. albida, involuto-mucronata.*

philadelphicus. 2. ELYMUS ſpica pendula patula, ſpiculis ſexfloris: inferioribus ternatis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 266. *

*Ha-*

*Habitat in* Penſylvania. ♃.
*Simillimus E. ſibirico & canadenſi.*

3. ELYMUS ſpica pendula arcta, ſpiculis binatis calyce longioribus. *Hort. upſ.* 22. * *Amœn. acad.* 3. *p.* 20. ſibiricus.
Triticum radice perenni, ſpiculis binis longiſſime ariſtatis. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 123. *t.* 28.
*Habitat in* Sibiria. ♃.

4. ELYMUS ſpica nutante patula, ſpiculis inferioribus ternatis, ſuperioribus binatis. *Amœn. acad.* 3 *p.* 20. canadenſis.
Gramen ſecalinum majus altiſſimum virginianum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p* 180. *ſ.* 8. *t.* 10. *f.* 2. *Raj. ſuppl.* 599.
*Habitat in* Canada *Kalm.* ♃.
*Convenit in plurimis cum* E. Sibirico, *a quo tamen differt* 1. *Spiculis villoſis, nec nudis.* 2. involucris *in ariſtam exeuntibus longioribus ipſa ſpicula, demtis ariſtis, at in Sibirica involucrum minus ſubulatum, ſed fere lanceolatum in ariſtam deſinens, quae longe brevior ſua ſpicula.* 3. Spicae *inferne ternae, quum Sibirica ſemper duas obtineat.* 4. Spiculae, *dum florent, dehiſcunt a ſcapo patulo, in Sibirica vero ſpiculae aproximatæ ſunt ſcapo. Ad ſinguli floſculi baſin, a latere interiore ſpicularum, eſt punctum ſ. macula ruſo-fuſca. Folia hujus rore cæruleſcente, præſertim ſubtus obducta, quod non in praecedente.* Ariſtæ *corollinæ cum matureſcit fructus patenti reflexae ſunt, contra ac in Sibirica.*

5. ELYMUS ſpica erecta, ſpiculis binatis involucro longioribus. *Hort. upſ.* 22. virginicus.
Hordeum floſculis omnibus hermaphroditis, involucris floſculos craſſitie & longitudine ſuperantibus. *Gron. virg.* 13.
*Habitat in* Virginia. ♃.

6. ELYMUS ſpiculis biſloris, involucris ſetaceis patentisſimis. caput meduſæ.
Elymus involucris reflexo-patentibus. *Amœn. acad.* 3. *p.* 21.
Avena luſitanica ſpicata, caput meduſæ referens. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 210. *Raj. ſuppl.* 611.
Gramen hordaceum, ſpica ariſtis longiſſimis circumvallata. *Scheuch. gram.* 20. ?

*Ha-*

*Habitat in* Luſitaniæ, Hiſpaniæ *maritimis.*

Culmus *anguſtus, pedalis.* Spica *oblonga.* Involucra *partialia tetraphylla, patentiſſima ſ. reflexa, ſetacea, longitudine floſculorum cum eorum, ariſtis.* Spiculæ *geminæ, biflora: floſculo utroque ariſtato, ſed interiore omnibus partibus minore.*

Hyſtrix. 7. ELYMUS ſpica erecta, ſpiculis involucro deſtitutis.

Gramen avenaceum locuſtis ariſtatis, paniculis echinum referentibus. *Gron.*

*Habitat* - - - -

Spica *compoſita ex ſpiculis duabus ad ſingulum dentem racheos.* Spiculæ *quadriflora ariſtis longis.* Involucra *nulla, ſed horum loco calli duo.*

caninus. 8. ELYMUS ſpica nutante arcta, ſpiculis rectis involucro deſtitutis: infimis geminis. *Fl. ſvec.* 2. *p.* 112.

Triticum calycibus ſubulatis quadrifloris ariſtatis. *Sp. pl.* 1. *p.* 86.

Gramen caninum non repens elatius, ſpica ariſtata. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 177. *ſ.* 8. *t.* 1. *f.* 2. *Buxb. cent.* 4. *p.* 29. *t.* 50.

Gramen Loliaceum, fibroſa radice, ariſtis donatum. *Vail. pariſ.* 82.

*Habitat in* Europa. ♃.

## SECALE.

cereale. 1. SECALE glumarum ciliis ſcabris. *Hort. upſ.* 22.

*hybernum.* Secale hybernum vel majus. *Bauh. pin.* 22. *theatr.* 425.

*vernum.* β. Secale vernum ſ. minus. *Bauh. pin.* 23.

*Habitat* - - - - ☉.

villoſum. 2. SECALE glumarum ciliis villoſis, ſquamis calycinis cuneiformibus.

Gramen ſpicatum ſecalinum, glumis villoſis in ariſtas longiſſimas deſinentibus. *Tournef. inſt.* 518.

Gramen ſecalinum maximum. *Park. theatr.* 1144.

β. Gramen creticum ſpicatum ſecalinum, glumis ciliaribus. *Tournef. cor.* 39. *Buxb. cent.* 5. *p.* 21. *t.* 41.

*Habitat in* Europa *auſtrali, & in oriente.*

orientale. 3. SECALE glumis hirſutis, ſquamis calycinis ſubulatis.

Gramen orientale ſecalinum, ſpica brevi & lata. *Tournef. cor.* 39.

*Habitat ad* Archipelagum.

4. SE-

4. SECALE glumis extrorſum ciliatis. *creticum.*
Gramen creticum ſpicatum ſecalinum altiſſimum, tuberoſa radice. *Tournef. cor.* 39. *Scheuch. gram.* 22.
*Habitat in* Creta.

## HORDEUM.

1. HORDEUM floſculis omnibus hermaphroditis ariſtatis; ordinibus duobus erectioribus. *vulgare.*
Hordeum floſculis omnibus hermaphroditis, ſeminibus corticatis. *Hort. upſ.* 22. *Mat. med.* 35.
Hordeum floſculis omnibus hermaphroditis. *Hort. cliff.* 24. *Roy. lugdb.* 69.
Hordeum polyſtichon vernum. *Bauh. pin.* 22. *theatr.* 439. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 3.
β. Hordeum floſculis omnibus hermaphroditis, ſeminibus decorticatis. *Hort. upſ.* 23. *cœleſte.*
*Habitat* - - - - ⊙.

2. HORDEUM floſculis omnibus hermaphroditis ariſtatis, ſeminibus ſexfariam æqualiter poſitis. *Hort. upſ.* 23. *hexaſtichon.*
*Habitat* - - - - ⊙.

3. HORDEUM floſculis lateralibus maſculis muticis, ſeminibus angularibus imbricatis. *Hort. upſ.* 23. *diſtichon.*
Hordeum diſtichon. *Bauh. pin.* 22. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 1.
β. Hordeum floſculis lateralibus maſculis muticis, ſeminibus angularibus imbricatis decorticatis. *nudum.*
*Habitat* - - - - ⊙.

4. HORDEUM floſculis lateralibus maſculis muticis, ſeminibus angularibus patentibus corticatis. *Hort. upſ.* 23. *n.* 5. *zeocriton.*
Zeocriton ſ. Oryza germanica. *Bauh. pin.* 22. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 2.
*Habitat* - - - - ⊙.

5. HORDEUM floſculis omnibus fertilibus ternis ariſtatis, involucris ſetaceis baſi ciliatis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 304. * *bulboſum.*
Gramen ſecalinum bulboſa radice. *Barr. ic.* 112. *f.* 2. *Scheuch. gram.* 19.
Gramen bulboſum ex alepo. *Bauh. pin.* 2. *prodr.* 4. *theatr.* 21.

Gra-

Gramen ſecalinum chalepenſe, radice tuberoſa. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 179. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 7.
*Habitat in* Italia, Oriente. ♃.

murinum. 6. HORDEUM floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, involucris intermediis ciliatis. *Hort. cliff.* 24. *Fl. ſvec.* 107, 113. *Roy. lugdb.* 69.
Gramen hordeaceum minus & vulgare. *Bauh. pin* 9. *theatr.* 134. *Scheuch. gram.* 14.
β. Gramen ſpicatum ſecalinum minus. *Scheuch. gram.* 17. *Vaill. pariſ.* 83. *t.* 17. *f* 6.
*Habitat in* Europæ *locis ruderatis.* ☉.

nodoſum. 7. HORDEUM floſculis lateralibus maſculis muticis, involucellis ſetaceis lævibus.
Gramen myoſuroides nodoſum. *Raj. angl.* 3. *p.* 397. *t.* 20. *f.* 2.
*Habitat in* Italia, Anglia.
*Simile* H. murino, *ſed anguſtius, altius. Floſculi laterales carent & ariſtis involucella minime ariſtata.*

jubatum. 8. HORDEUM ariſtis involucriſque ſetaceis longiſſimis.
*Habitat in* Canada. *Kalm.*
*Habitus* Hordei murini, *ſed involucra & ariſtæ ſetaceæ quadruplo longiores, quam tota ſpica, unde ſingularis facies graminis.*

## TRITICUM.

æſtivum. 1. TRITICUM calycibus quadrifloris ventricoſis glabris imbricatis ariſtatis. *Hort. upſ.* 21.
Triticum radice annua, ſpica glabra ariſtata. *Hort. cliff.* 24. *Roy. lugdb.* 170
Triticum æſtivum. *Bauh. pin.* 21.
*Habitat apud* Baſchiros *in campis. Heintzelman.* ☉.

hybernum. 2. TRITICUM calycibus quadrifloris ventricoſis lævibus imbricatis ſubmuticis. *Hort. upſ.* 21. *Mat. med.* 36.
Triticum radice annua, ſpica mutica. *Hort. cliff.* 24. *Roy. lugdb.* 70.
Triticum hybernum, ariſtis carens. *Bauh. pin.* 21.
*Habitat.* - - - - ♂.

turgidum. 3. TRITICUM calycibus quadrifloris ventricoſis villoſis imbricatis ſubariſtatis. *Hort. upſ.* 21.

Tri-

Triticum radice annua, glumis villoſis *Hort. cliff.* 24. *Roy. lugdb.* 70.
Triticum ſpica villoſa quadrata breviore & turgidiore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 176. *ſ.* 8. *t.* 1. *f.* 14.
*Habitat* - - - - ♂.

4. TRITICUM calycibus bifloris nudis, floſculis longiſſime ariſtatis, racheos dentibus barbatis. polonicum.
Triticum polonicum. *Pluk. phyt.* 231. *f.* 6
Triticum majus, longiore grano, glumis foliaceis, polonicum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 175. *ſ.* 8. *t.* 1. *f.* 8.
*Habitat* - - - -
*Simile præcedentibus, ſed ſpica major, cinerea; Glumæ duplo longiores, biſloræ tantum, ariſta utriusque floſculi longiſſima.*

5. TRITICUM calycibus truncatis quadrifloris, floſculis ariſtatis hermaphroditis: intermedio neutro. *Hort. upſ.* 21. Spelta.
Hordeum floſculis lateralibus maſculis muticis involucro deſtitutis. *Sauv. monſ.* 39.
Zea dicoccos vel Spelta major. *Bauh. pin.* 22. *theatr.* 412. *t.* 414. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 1.
*Habitat* - - - - ♂.

6. TRITICUM calycibus trifloris: floſculo altero ariſtato; intermedio neutro. monococcum.
Triticum involucris unifloris, floribus ariſtatis, ſpica diſticha. *Sauv. monſ.* 39. †.
Hordeum diſtichum ſpica nitida ſ. Briza nuncupatum. *Tournef. inſt.* 513.
Zea Briza dicta ſ. monococcos germanica. *Bauh. pin.* 21. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 2.
Briza monococcos dodonæi. *Lob. ic.* 31.
*Habitat.* - - - - ⊙.

7. TRITICUM calycibus ſubquadrifloris: floſculis muticis acutis, foliis ſetaceis. tenellum.
Gramen loliaceum minus, ſpica ſimplici. *Bauh. pin.* 9. *prodr.* 11.
Gramen loliaceum, foliis & ſpicis tenuiſſimis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 182. *ſ.* 8. *t.* 2. *f.* 3.
*Habitat* Monſpelii? Sauvages. ⊙.
*Culmus ſpithamæus, tener, filiformis. Folia ſetacea, involuta. Spica floribus* 4 *ſ.* 7, *alternis.*

8. TRI-

junceum. 8. TRITICUM calycibus truncatis quinquefloris, foliis involutis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 266. *
Gramen tritici ſpica mutici ſimili. *Bauh. pin.* 9. *prodr.* 18. *t.* 17. *theatr.* 132. *Scheuch. gram.* 7. *Vaill. pariſ.* 81.
*Habitat in* Europa *auſtrali*, Oriente. ♃.

repens. 9. TRITICUM calycibus ſubulatis quadrifloris acuminatis.
Triticum radice repente, foliis viridibus. *Fl. lapp.* 33. *Fl. ſvec.* 105, 114. *Hort. cliff.* 24. *Mat. med.* 37. *Roy. lugdb.* 70.
Gramen caninum arvenſe ſ. Gramen dioſcoridis. *Bauh. pin.* 1. *Scheuch. gram.* 5.
*Habitat in* Europæ *cultis.* ♃.

maritimum. 10. TRITICUM calycibus multifloris, floſculis mucronatis, ſpica ramoſa.
Poa panicula ramoſa, floribus alternis ſeſſilibus. *Roy. lugdb.* 274.
Gramen Loliaceum, panicula ramoſa, maritimum. *Bauh. theatr.* 130. *Scheuch. gram.* 274.
Gramen maritimum, panicula loliacea. *Bauh. pin.* 8. *prodr.* 19. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 2. *f.* 6.
*Habitat in* Galliæ & Angliæ *maritimis.*
Culmus *ſpithamæus, ſubramoſus.* Folia *longitudine culmi vaginis purpuraſcentibus.* Spica *ramoſa, fere paniculata ramis angulatis.* Spiculæ 8. *ſ.* 10-*floræ, alternæ, compreſſæ, baſi craſſiuſculæ, ſeſſiles, vel etjam ſolitariæ in ramificationibus.*

## TRIGYNIA.

### ERIOCAULON.

triangulare 1. ERIOCAULON culmo triangulari, foliis enſiformibus, capitulo ovato.
Plantaginella aurea alopecuroides braſiliana, foliis gramineis. *Breyn. cent. t.* 50. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 259. *ſ.* 8. *t.* 16. *f.* 17.
*Habitat in* Braſilia.
*Floſculos non potui perſpicere in Herb. Piſonis apud. Burmannum.*

2. ERIOCAULON culmo quinquangulari, foliis enſiformibus, calyce univerſali pentaphyllo. *Fl. zeyl.* 48. * quinquangulare.
Scabioſa graminea nudicaulis, capitulis argenteis ſ. Statice minima maderaſpatana. *Pluk. alm.* 366. *t.* 221. *f.* 7.
*Habitat in* India. ♃.

3. ERIOCAULON culmo ſexangulari, foliis enſiformibus. *Fl. zeyl.* 49. ſexangulare.
Gramen junceum indiæ orientalis minus, capitulo rotundo ex paleaceis ſpiculis in cacumine caulis glomerato. *Pluk. mant.* 48.
*Habitat in* India. ♃.

4. ERIOCAULON culmo ſexangulari, foliis ſetaceis. *Fl. zeyl.* 50. ſetaceum.
Randalia malabarica, capillaceo folio. *Petiv topic.* 344.
Tſieru-kotſijelleti pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 129. *t.* 63.
*Habitat in* India.

5. ERIOCAULON culmo decangulari, foliis enſiformibus. decangulare
Eriocaulon noveboracenſe, capitulo albo globoſo ſ. Globularia americana ſtatices haud abſimilis, cauliculis lana atro-nitente refertis. *Pluk. amalth. t.* 409. *f.* 5.
Randalia americana procerior. *Pet. gaz. t.* 6. *f.* 2.
Globulariæ affinis aquatica, caule tenui aphyllo gramineo, capitulis albicantibus parvis globoſis, foliis paucis humi ſtratis gramineis. *Gron. virg.* 13.
*Habitat in* Americæ *ſeptentrionalis paludibus.*

## MONTIA.

1. MONTIA. *Fl. lapp.* 51. *Fl. ſvec.* 108, 115. *Roy. lugdb.* 199. fontana.
Montia aquatica minor. *Mich. gen.* 18. *t.* 13. *f.* 2.
Cameraria arvenſis minor. *Dill. giſſ.* 46.
Alſineformis paludoſa tricarpos. *Pluk. alm.* 20. *t.* 7. *f.* 5.
Alſinoides annua verna. *Vaill. pariſ. t.* 3. *f.* 4.
Alſine paluſtris, portulacæ aquaticæ ſimilis. *Raj. hiſt.* 1035. *Pet. herb. t.* 10. *f.* 12.
Portulaca arvenſis. *Baub pin.* 288.
*Habitat in* Europa *ad ſcaturigines.* ☉.

## PROSERPINACA.

1. PROSERPINACA. *Act. upſ.* 1741. *p.* 81. paluſtris.

Trixis. *Mitch. E. N. C.* 1748. *n.* 23.
*Habitat in* Virginiæ *paludibus.*
Radix *repens.* Caules *pedales*, *teretiuſculi. Folia alterna*, *lanceolata*, *ſerrata*, *in petiolos deſinentia: demerſa ſ. ima in lacinias lineares pinnatifida.* Flores *axillares*, *ſolitarii.* Fructus *figura Polygoni.*

## TRIPLARIS.

americana. 1. TRIPLARIS. *Lœfl. it.* 256
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.
Folia *ſpithamæa*, *ovata*, *integra*, *acuminata*, *petiolata.* Spicæ *piloſæ*, *bracteis ovatis*, *acuminatis*, *parvis*, *piloſis.*

## HOLOSTEUM.

cordatum. 1. HOLOSTEUM foliis ſubcordatis. *Amœn. ac.* 3. *p.* 21.
Alſine foliis ſubcordatis, ſtipulis utrinque quaternis. *Hort. upſ.* 24.
Holoſteum foliis orbiculatis oppoſitis, racemis laxis terminalibus remotis. *Brown. jam.* 139.
Alſine americana, nummulariæ folio. *Herm. parad.* 11. *t.* 11. *Sloan. jam.* 87. *hiſt.* 1. *p.* 203.
*Habitat in* Jamaica, Surinama.

ſucculentum. 2. HOLOSTEUM foliis ellipticis carnoſis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 21.
Alſine foliis ellipticis ſucculentis. *Cold. noveb.* 9.
*Habitat in* Noveboraco.

hirſutum. 3. HOLOSTEUM foliis orbiculatis hirſutis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 21.
Alſine foliis orbiculatis hirſutis, floribus ſeſſilibus. *Roy. miſſ.*
*Habitat in* Malabaria.

umbellatum 4. HOLOSTEUM floribus umbellatis. *Lœfl. it.* 120. *
Spergula foliis oppoſitis, pedunculis umbellatis. *Guett. ſtamp.* 298. *Dalib. pariſ.* 134.
Holoſteum cariophyllæum arvenſe. *Tabern. ic.* 233.
Lychnis graminea hirſuta umbellifera. *Moriſ. hiſt* 2. *p.* 546. *ſ.* 5. *t.* 22. *f.* 46.
Caryophyllus arvenſis umbellatus, folio glabro. *Bauh. pin.* 210.
Caryophyllus arvenſis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 361.
*Habitat in* Europæ *auſtralis arvis.* ⊙.

PO-

## POLYCARPON.

1. POLYCARPON. tetraphyllum.
Mollugo *tetraphylla* foliis quaternis obovatis, paniculis dichotomis. *Hort. cliff.* 28. *Sp. pl.* 1 *p.* 89.
Anthyllis marina alſinefolia. *Bauh. pin.* 282.
Anthyllis alſinefolia polygonoides major. *Barr. rar.* 103. *t.* 534.
*Habitat in* Italiæ, G. Narbonenſis *vineis.* ☉.

## MOLLUGO.

1. MOLLUGO foliis oppoſitis lanceolatis, ramis alternis, pedunculis lateralibus confertis unifloris. *Fl. zeyl.* 52. * oppoſitifolia
*Habitat in* Zeylona.

2. MOLLUGO foliis ſubquaternis lanceolatis, racemis paniculatis. ſtricta.
*Habitat in* Aſia.
Radix *fibroſa.* Caules 3. *ſ.* 4, *ſtricti, læves.* Folia *verticillata, ſæpe quaterna, ſtricta, acuminata, lævia.* Panicula *rarior e racemis terminalibus & lateralibus.*

3. MOLLUGO foliis quinis obovatis æqualibus, floribus paniculatis. *Fl. zeyl.* 51. pentaphylla
Alſine ramoſa procumbens quadrifolia, ad radicem polyphylla. *Burm. zeyl.* 13. *t.* 8. *f.* 12.
*Habitat in* Zeylona.

4. MOLLUGO foliis quinis obovatis, ramis alternis, pedunculis unifloris. Spergula.
*Habitat in* India.
Caulis *debilis, filiformis, articulatus. Ramis alternis.* Folia *quina, obovata, inæqualia, obtuſa.* Pedunculi 4. *ſ.* 5, *ad ſingula genicula, foliis longiores, uniflori.*

5. MOLLUGO foliis verticillatis cuneiformibus acutis, caule ſubdiviſo decumbente, pedunculis unifloris. *Hort. upſ.* 24. verticillata.
Mollugo foliis ſæpius ſeptenis lanceolatis. *Gron. virg.* 14.
Alſine Spergula mariana, latiori folio, floribus ad nodos pediculis curtis circa caulem inſidentibus, calycibus eleganter punctatis. *Pluk. mant.* 9. *t.* 332. *f.* 5.
Alſine procumbens, gallii facie. *Ehret. pict. t.* 6. *f.* 3.
*Habitat in* Virginia. ☉.

## MINUARTIA.

dichotoma. 1. MINUARTIA floribus confertis dichotomis.
Minuartia foliis ſetaceis, caule ſimplici erecto, floribus ſeſſilibus confertim dichotomis. *Lœfl. it.* 121. * *t.* 1. *f.* 5.
*Habitat in* Hiſpania. ☉.
Plantula *rigida, dura, tenax, ſæpius ſimplex.* Folia *oppoſita, ſetacea.* Flores *cymoſi in capitulum quadratum, arcte dichotomum, faſtigiatum, caule ſæpius majus, ſeſſiles.* Bracteæ *ſetaceæ, flore longiores, apice recto.* Semina *quinque ad octo, ſubrotunda, reniformia.* Color *plantæ ſubfuſcus. Lœfl.*

campeſtris. 2. MINUARTIA floribus terminalibus alternis bractea longioribus. *Lœfl. it* 122. *
*Habitat in* Hiſpaniæ *collibus planis.* ☉.

montana. 3. MINUARTIA floribus lateralibus alternis bractea brevioribus. *Lœfl. it.* 122. *t.* 1. *f.* 4. *
*Habitat in* Hiſpaniæ *collibus altis.* ☉.

## QUERIA.

hiſpanica. 1. QUERIA floribus confertis.
Queria hiſpanica, bracteis patulis hamatis. *Lœfl. it.* 48.
*Habitat in* Hiſpania. ☉.
Antecedente *minor, fragilior.* Capitulum *florum obſoletius tetragonum, facillime a caule diſcedens.* Bracteæ *ſetaceæ, erectæ, apice extrorſum hamatæ, veſtibus adhærentes.* Semen 1, *compreſſum, ſubrotundum.* Color *plantæ albidus.* Habitus *antecedentis & ſtructura floris eadem; at* Semina *ſolitaria & plura conſtituunt genera diverſiſſima.*

canadenſis. 2. QUERIA floribus ſolitariis, caule dichotomo.
Mollugo foliis oppoſitis, ſtipulis quaternis, caule dichotomo. *Gron. virg.* 14?
*Habitat in* Canada, Virginia. ♃.
Radix *fibroſa.* Caulis *ſtrictus, dichotomus, ſpithamæus, teres, filiformis, erectus. Herba lini cathartici.* Folia *oppoſita, lanceolato-ovata, integerrima, adſperſa utrinque punctis fuſcis.* Stipulæ *geminæ utrinque, acutæ, membranaceæ.* Flores *ſolitarii, ſubpedunculati, parvi, virides, ex ſingula dichotomia.* Calyx *quinquepartitus: foliolis obtuſiuſculis, ſubfornicatis.* Petala *nulla.* Stamina 3, *Antheris flavis.* Germen *ſubrotun-*

*tundum.* Styli *tres.* Spontanea *planta altior caule capillari*; culta *craſſior & foliis minime punctatis.*

## LECHEA.

1. LECHEA foliis lineari-lanceolatis, floribus paniculatis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 10. *t.* 1. *f.* 4. * minor.
Capraria foliis integerrimis *Gron. virg* 75.
Scoparia foliis tenuiſſimis in plurimos & tenuiſſimos ramulos diviſa & ſubdiviſa. *Raj. ſuppl.* 132.
*Habitat in* Canadæ *ſylvis glareoſis.* ♃.

2. LECHEA foliis ovato-lanceolatis, floribus lateralibus vagis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 11. * *f.* 4. * major.
*Habitat in* Canadæ *aridis.*

*Claſſis IV.*

# TETRANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### LEUCADENDRON.

racemoſum. 1. LEUCADENDRON foliis ſetaceis, floſculis disjunctis racemoſis.
Protea foliis ſetaceis, floribus racemoſis. *Hort. cliff.* 496.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

proteoides. 2. LEUCADENDRON foliis ſubulatis, ramis determinatis, floribus terminalibus.
Protea foliis linearibus ſimpliciſſimis, ramis determinatis, floribus terminalibus. *Roy. lugdb.* 186.
*Habitat ad* Caput b. ſpei. ♄.
*Folia conferta. Rami ad determinata ſpatia conferti, ceterum nulli. Calyces ſubrotundi, pubeſcentes.*

cancellatum 3. LEUCADENDRON foliis ſubulatis, ramis ſparſis, floribus lateralibus.
Lepidocarpodendron foliis anguſtiſſimis gramineis, fructu cancellato, ſemine coronato. *Boerh. lugd.* 2. *p.* 193. *t.* 193.
*Habitat ad* Caput b. ſpei, *in Ericetis montis Tigridis* ♄.

Lepidocarpodendron. 4. LEUCADENDRON foliis lanceolatis, floribus oblongis, calycum ſquamis ſummis hirſutis.
Protea foliis lanceolatis integerrimis glabris, calycinis ſuperne villoſis. *Roy. lugab.* 186.
Lepidocarpodendron foliis anguſtis longioribus ſalignis, calycis ſquamis elegantiſſime ex flavo fuſco albo nigro variegatis, florum plumis atropurpureis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 188. *t.* 188.
β. Protea foliis lanceolatis integerrimis glabris, calycem ſuccingentibus hirſutis. *Roy. prodr.* 188.
Lepidocarpodendron folio ſaligno viridi: nervo & margine flavo, cono longo ſuperiore parte maxime clauſo. *Boerh. lugab.* 2. *p.* 189. *t.* 189.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.

5. LEU-

5. LEUCADENDRON foliis lanceolatis, floribus oblongis, calycum ſquamis glabris. repens.

Protea caule multifloro, calycibus oblongis, foliis lanceolatis integerrimis. *Roy. lugdb.* 185.

Lepidocarpodendron foliis anguſtis brevioribus ſalignis, calycis ſquamis elegantiſſime ex roſeo aureo albo atrorubro variegatis, florum plumis albis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 187.

β. Leucadendron foliis longiſſimis obtuſe trigonis, longitudine florem ſuperantibus. *Wach. ultraj.* 204.

Protea caule unifloro, calyce oblongo, foliis linearibus longiſſimis. *Roy. lugdb.* 185.

Lepidocarpodendron foliis longisſimis anguſtisſimis, fructum elegantisſime ex rubro flavo & albo variegatum ſuccingentibus, radice repente. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 190. *t.* 190.

*Habitat ad* Caput b. ſpei, *in ſabuletis.* ♄.

6. LEUCADENDRON foliis lanceolatis, floribus ſubrotundis, caule ſuffruticoſo unifloro. acaulon.

Leucadendron acaulon. *Wach. ultraj.* 204.

Protea caule unifloro, foliis lanceolatis. *Roy. lugdb.* 186.

Lepidocarpodendron acaulon, foliis paucis latis, nervo & marginibus rubris ornatis, fructu parvo. *Boerh. lugd.* 2. *p.* 191. *t.* 191.

*Habitat ad* Caput b. ſpei, *ad radices montium.* ♄.

Caulis *brevis.* Folia *lineari-lanceolata, alterna ſ. ſparſa.* Calyx *patens: Limbo folioſo, obtuſo, concavo, flore longiore colorato.*

7. LEUCADENDRON foliis lanceolatis, floribus ſubrotundis, caule fruticoſo ramoſo. Scolymocephalum.

Lepidocarpodendron acaulon, ramis numeroſis e terra excreſcens, calyce floris immaturo extus ex rubro & flavo variegato, intus flavo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 192. *t.* 192.

*Habitat ad* Caput b. ſpei, *in ericetis mont. Tigridis.* ♄.

8. LEUCADENDRON foliis integris, floribus depreſſis, corollarum limbis cylindricis. Cinaroides.

Leucadendron foliis ſubrotundis patentiſſimis petiolatis, foliolis calycinis carinatis. *Wach. ultraj.* 204.

Lepidocarpodendron folio ſubrotundo rigido, in pedunculo longo craſſo, flore maximo purpureo. *Bœrh. lugdb.* 2. *p.* 184. *t.* 184.

Cinaroides frutex, folio ſubrotundo rigido, e monte tabulari. *Petiv. muſ.* 374.

*β.* Protea foliis lanceolatis integerrimis, flore patente glabro, ſtylis longiſſimis. *Roy. lugdb.* 186.

*Habitat ad* Caput. b. ſpei *in humidis mont. Tabularis.* ♄.
*Variat foliis cordatis, ovatis, lanceolatis.*

hirtum. 9. LEUCADENDRON foliis lanceolatis apice calloſis, caule hirſuto, floribus ſparſis axillaribus. *Amœn. acad. 6. afr.* 3. *

Lepidocarpodendrum foliis ſericeis brevibus confertisſimis, cono gracili longo. *Bœrh. lugdb. 2. p.* 194 *t.* 194.

*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.

cucullatum. 10. LEUCADENDRON foliis calloſo-tricuſpidatis involventibus flores laterales.

Leucadendron foliis cuneiformibus apice tridentato-calloſis, ſummis ultra florem protenſis. *Wach. ultraj.* 203.

Protea foliis lanceolatis obtuſis flores involventibus: apice tridentato-calloſis. *Roy. lugdb.* 184.

Hypophyllocarpodendron foliis inferioribus apice trifido rubro; ſuperioribus penitus rubris glabris. *Bœrh. lugdb.* 2. *p.* 206. *t.* 206.

*Habitat ad* Cap. b. ſpei *locis uliginoſis.* ♄.

Hypophyllocarpodendr. 11. LEUCADENDRON foliis calloſo-tricuſpidatis ſublanceolatis, calycibus turbinatis nudis.

Leucadendros africana ſ. Scolymocephalus folio anguſtiori: apicibus tridentatis. *Pluk. alm.* 212.

Protea foliis lanceolato-linearibus apice tridentato-calloſis, capitulis aphyllis. *Roy. lugdb.* 184.

Protea foliis lanceolato-linearibus: apice tridentato-calloſis *Hort. cliff.* 29.

Conocarpodendron folio rigidio anguſto: apice tridentato rubro, flore aurantio. *Bœrh. lugdb.* 2. *p.* 198. *t.* 198.

*Habitat ad* Cap b ſpei *in campis ſabuloſis.* ♄.

Conocarpodendrum. 12. LEUCADENDRON foliis calloſo-quinquedentatis.

Leucadendron foliis obverſe ovatis oblongis: margine calloſo-fimbriatis: ad apicem crenatis. *Wach. ultraj* 203.

Leucadendron africana arbor argentea, ſummo folio crenato. *Pluk. alm.* 212. *t.* 200. *f.* 2.

Protea foliis oblongo-ovatis apice quinquedendato-calloſis. *Roy. lugdb.* 184.

Co-

Conocarpodendron folio craſſo nervo lanuginoſo ſupra crenato ibique limbo rubro, flore aureo, cono facile deciduo. *Bœrh. lugdb.* 2. *p.* 196. *t.* 196.
Scolymocephalus africanus latifolius lanuginoſus, foliis in ſummitate crenatis. *Herm. afr.* 20. *Raj. dendr.* 9.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

13. LEUCADENDRON foliis ſetaceis ſemitrifidis. cyanoides.
Protea foliis linearibus ramoſis. *Roy. lugdb.* 186.
Cyanus æthiopicus, rigidis capillaceis tenuiſſimis foliis trifidis. *Pluk. mant.* 61. *t.* 345. *f.* 6.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.

14. LEUCADENDRON foliis ſetaceis multifidis, capitulis glomeratis. glomeratum.
Serraria foliis tenuiſſime diviſis, capitulis tomentoſis. *Burm. afric.* 265. *t.* 99. *f.* 2.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.
*Simile L. Serrariæ, ſed flores non ſolitarii, at glomerati & demum ſpicati.*

15. LEUCADENDRON foliis ſetaceis multifidis, capitulis ſolitariis. Serraria.
Abrotanoides arboreum monomatapenſe, floribus in ramulorum cymis. *Pluk. mant.* 1. *t.* 329. *f.* 1.
Serraria foliis tenuiſſime diviſis, floribus rubris apetalis. *Burm. afr.* 264. *t.* 99. *f.* 1.
β. Anethifolius frutex africanus, flore ſericeo. *Seb. theſ.* 2. *t.* 63. *f.* 6.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

## PROTEA.

1. PROTEA foliis lanceolatis obliquis acutis ſparſis villoſo-ſericeis planis: floralibus verticillatis. argentea.
Protea foliis lanceolatis integerrimis hirſutis nitidis. *Hort. cliff.* 29.
Leucadendros africana arbor tota argentea ſericea, foliis integris. *Pluk. alm.* 212. *t.* 200. *f.* 1.
Argyrodendros africana, foliis ſericeis & argenteis. *Comm. hort.* 2. *p.* 51. *t.* 26. *Raj. dendr.* 9.
Conocarpodendron foliis argenteis ſericeis latiſſimis. *Bœrh. lugdb.* 2. *p.* 195. *t.* 195.
Globularia africana fruteſcens thymeleæ folio lanuginoſo. *Tournef. inſt.* 467.

Frutex æthiopicus conifer, foliis cneori lanuginoſis ſalici æmulis. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 49.
Arbor ferens folia argentea. *Zanon. hiſt.* 24.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.
*Frutex ſylvas argenteas conſtituens, nitidiſſimus omnium, foliis floralibus verticillatis.*

conifera. 2. PROTEA foliis lineari-lanceolatis integerrimis acutis glabris obliquatis. *Hort. cliff.* 29.
Frutex æthiopicus conifer, foliis cneori ſalici æmulis. *Breyn. cent.* 21. *t.* 9.
β. Protea foliis lineari-lanceolatis glabris, capitulis ſquamoſis, corona foliacea ſuccinctis. *Roy. lugdb.* 185.
Conocarpodendron folio rigido craſſo anguſto, cono laricis parvo. *Bœrh. lugdb.* 2. *p.* 197. *t.* 197.
γ. Protea foliis lineari-lanceolatis glabris, capitulis ad baſin ſquamoſis. *Roy. lugdb.* 185.
Conocarpodendron folio anguſto rigido brevi, cono parvo aureo: corona foliacea ſuccincto. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 200.
δ. Protea foliis lineari-lanceolatis glabris, caule inferne radicato. *Roy. lugdb.* 185.
Conocarpodendron folio tenuiſſimo anguſtiſſimo ſaligno, cono calyculato. *Bœrh. lugdb.* 2. *p.* 203. *t.* 203.
ε. Protea foliis lanceolatis acuminatis flexuoſis, capitulis corona foliacea ſuccinctis. *Roy. lugdb.* 185.
Conacarpodendron folio tenui anguſto ſaligno, cono calyculato corona foliacea ſuccincto. *Bœrh. lugdb.* 2. *p.* 204. *t.* 204.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.
*Planta naturalis, in patria, an ipſa? argentea; at culta & captiva extra patriam exuit decus; variat dein etjam domi mille modis vere Protea.*

## CEPHALANTHUS.

occidentalis 1. CEPHALANTHUS foliis oppoſitis ternisque. *Gron. virg.* 15.
Cephalanthus foliis ternis. *Hort. cliff.* 73. *Roy. lugdb.* 187.
Scabioſa dendroides americana, ternis foliis caulem ambientibus, floribus ochroleucis. *Pluk. alm.* 336. *t.* 77. *f.* 4.

*Ha-*

*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ♄.
*Capſulæ nullæ. Semina ſolitaria, longa pyramidata: baſi attenuata, angulata, lanuginoſa unilocularia. Receptaculum commune globoſum, villoſum.*

## GLOBULARIA.

1. GLOBULARIA caule fruticoſo, foliis lanceolatis tridentatis integriſque. *Roy. lugdb.* 190. **Alypum.**
Globularia fruticoſa, myrti folio tridentato. T. *Garid. aix.* 210.
Alypum monſpelienſium, ſ. Frutex terribilis. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 598. *Niſſ act.* 1712. *p.* 336. *t.* 18.
Thymelæa foliis acutis, capitulo ſuccisæ. *Bauh. pin.* 463.
*Habitat* Monſpelii *inque Regni* Valentini & Italiæ *ſylvis ad rupes & ſaxoſa.* ♄.

2. GLOBULARIA caule fruticoſo, foliis radicalibus cuneiformibus retuſis; caulinis lanceolatis. **biſnagarica.**
Scabioſa biſnagarica ſ. Globularia fruteſcens, rigidis foliis ad radicem rotundioribus cordatis. *Pluk. alm.* 336. *t.* 58. *f.* 5. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 51.
*Habitat in* Biſnagariæ *ſylvis.* ♃.

3.* GLOBULARIA caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis; caulinis lanceolatis. *Fl. ſvec.* 109, 116. *it. œl.* 65. * *Dalib pariſ.* 43. **vulgaris.**
Globularia caule folioſo, foliis ovatis integerrimis. *Hort. cliff* 490. *Roy. lugdb.* 190 *Hall. helv.* 667.
Aphyllanthes anguillare. *Cam. hort.* 18. *t.* 7.
Bellis cærulea, caule folioſo. *Bauh. pin.* 262.
β. Bellis cærulea apula. *Tabern. hiſt.* 2. *p.* 709.
γ. Bellis cærulea monſpeliaca. *Tabern. hiſt.* 2. *p.* 709.
*Habitat in* Europæ *apricis duris.* ♃.

4. GLOBULARIA foliis radicalibus crenato-aculeatis, caulinis integerrimis mucronatis. **ſpinoſa.**
Globularia ſpinoſa. *Tournef. inſt.* 476.
Bellis cærulea ſpinoſa. *Bauh. pin.* 262.
Bellis ſpinoſa, flore globoſo. *Bauh. prodr.* 121.
*Habitat in* Granadæ *montibus.* ♃.

5.* GLOBULARIA caule ſubnudo, foliis cuneiformibus tricuſpidatis: intermedio minimo. **cordifolia.**
Globularia foliis radicalibus cuneiformibus retuſis dentatis: denticulo intermedio minimo. *Hort. cliff.* 491. *Roy. lugdb.* 190.

Sca-

Scabioſa bellidis folio, humilis, caule nudo, radice repente, folio cordato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 50. *ſ.* 6. *t.* 15. *f. ult.*

Bellis cærulea montana fruteſcens. *Bauh. pin.* 262.

β. Globularia alpina minima, origani folio. *Tournef. inſt.* 467.

Scabioſa, bellidis folio, pyrenaica minima. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 51.

*Habitat in* Pannonia, Auſtria, Helvetia, Pyrenæis. ♃

nudicaulis. 6. GLOBULARIA caule nudo, foliis integerrimis lanceolatis.

Globularia pyrenaica, folio oblongo, caule nudo. *Tournef. inſt.* 467.

Scabioſa, bellidis folio, humilis, caule nudo, radice non repente. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 50. *ſ.* 6. *t.* 15. *f.* 4.

Bellis caerulea, caule nudo. *Bauh. pin.* 262. *Raj. hiſt.* 381.

*Habitat in* Pyrenæis & Auſtriæ *montibus.* ♃.

*Interdum unicum foliolum in ſcapo.*

orientalis. 7. GLOBULARIA caule ſubnudo, capitulis alternis ſeſſilibus, foliis lanceolato-ovatis integris.

Globularia orientalis, floribus per caulem ſparſis. *Tournef. cor.* 35.

*Habitat in* Natolia. *Biörling.* ♃.

Radix *perennis.* Folia *obverſe ovata, in petiolos deſinentia, acuta, integra, nuda, plurima.* Caulis *pedalis, herbaceus, ſimpliciſſimus: Foliis minimis, lanceolatis, alternis, remotis.* Capitula *in ſummitate caulis,* 7 *ad* 10, *alterna, ſeſſilia.*

## DIPSACUS.

fullonum. 1. DIPSACUS foliis ſeſſilibus ſerratis.

Dipſacus foliis connato-perfoliatis. *Hort. upſ.* 25. ariſtis fructus rectis. *Sauv. monſp.* 156.

Dipſacus capitulis florum conicis. *Hort. cliff.* 29. *Gron. virg.* 15. *Roy. lugdb.* 188. *Dalib. pariſ.* 44.

Dipſacus ſylveſtris aut Virga Paſtoris major. *Bauh. pin.* 385.

Dipſacus ſylveſtris. *Dod. pempt.* 735.

β. Dipſacus ſativus. *Bauh. pin.* 385. ariſtis fructus hamatis. *Sauv. monſp.* 156.

*Habitat in* Gallia, Anglia, Italia. ♂.

2. DI-

2. DIPSACUS foliis connatis ſinuatis. laciniatus.
Dipſacus folio laciniato. *Bauh. pin.* 385. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 158. *ſ.* 7, *t.* 36. *f.* 4.
*Habitat in* Alſatia, Azow, Carniola. ♂.

3. DIPSACUS foliis petiolatis appendiculatis. *Hort. upſ.* 25. *Roy. lugdb.* 188. *Dalib. pariſ.* 44. pilofus.
Dipſacus capitulis florum ſubgloboſis. *Hort. cliff.* 30. *Roy. lugdb.* 188.
Dipſacus ſylveſtris, capitulo minore f. Virga Paſtoris minor. *Bauh. pin.* 385.
Dipſacus tertius. *Dod. pempt.* 735.
*Habitat in* Anglia, Gallia. ♂.

## SCABIOSA.

### * *Corollulis quadrifidis.*

1. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, floribus cernuis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis ſerratis. *Hort. cliff.* 30. *Hort. upſ.* 26. *Roy. lugdb.* 188. alpina.
Scabioſa alpina, foliis centaurii majoris. *Bauh. pin.* 270.
Scabioſa alpina centauroides. *Beſl. eyſt. æſt.* 122.
*Habitat in* alpibus Helveticis, Italicis. ♃.
*Calyx imbricatus, flore brevior. Fructus ſemiovatus. Receptaculum globoſum: paleis lanceolatis, canaliculatis, perſiſtentibus. Semina quadrangularia, coronata dentibus* 4 *majoribus &* 4 *minoribus alternis. Pappus radiis* 20, *patulis.*

2. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus calycibus ariſtatis, foliis radicalibus lyratis, caulinis pinnatifidis. *Roy. lugdb.* 189. *Hort upſ.* 26. * tranſſylvanica.
Scabioſa altiſſima annua, foliis agrimoniæ nonnihil ſimilibus. *Herm. lugdb.* 539. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 46. *ſ.* 6. *t.* 13. *f.* 13.
*Habitat in* Tranſylvania. ⊙.
*Calyx & Paleæ mucronato-ariſtatæ, ut in S. ſyriaca.*

3. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, calycibus ariſtatis, caule dichotomo, foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 30. *Roy. lugdb.* 188. ſyriaca.
Scabioſa fruticans latifolia alba. *Bauh. pin.* 269. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 46 *ſ.* 6. *t.* 14. *f.* 14.
β. Scabioſa perſicæ folio, flore amethyſtino. *Vaill. act.* 1722. *p.* 238.
*Habitat in* Syria. ⊙.

4. SCA-

leucantha. 4. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, ſquamis calycinis ovatis obtuſis, foliis pinnatifidis. *Hort. cliff.* 30. *Roy lugdb.* 188. *Sauv. meth.* 241.
Scabioſa flore globoſo niveo. *Baub. pin.* 207.
Scabioſa fruticans anguſtifolia alba. *Baub. pin.* 270.
*Habitat in collibus* Narbonæ. ♃.

rigida. 5. SCABIOSA corollulis quadrifidis ſubradiantibus: ſquamis calycinis obtuſis, foliis lanceolatis ſerratis. *Amœn. acad.* 6 *afr.* 4. *
Scabioſa africana fruteſcens, foliis rigidis ſplendentibus & ſerratis, flore albicante. *Comm. hort.* 1. *p.* 185. *t.* 93. *Raj. ſuppl.* 237.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

Succiſa. 6. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, caule ſimplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis integerrimis. *Hort. cliff.* 30. *Fl. ſvec.* 112, 119. *Mat. med.* 41. *Roy. lugdb.* 188. *Dalib. pariſ.* 45.
Succiſa glabra. *Baub. pin.* 269.
Succiſa ſ. Morſus diaboli. *Cam. epit.* 397.
β. Succiſa hirſuta. *Baub. pin.* 269.
*Habitat in* Europæ *paſcuis humidiuſculis.* ♃.

integrifolia. 7. SCABIOSA corollulis quadrifidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis ſerratis; rameis lanceolatis, caule herbaceo.
Scabioſa corollis quadrifidis, foliis omnibus lanceolatis ſerratis. *Sauv. monſp.* 156.
Scabioſa annua integrifolia ſ. foliis bellidis. *Magn. monſp.* 231. *
Scabioſa montana latifolia non laciniata rubra. *Baub. pin.* 270.
Scabioſa latifolia, purpuraſcente flore. *Cluſ. hiſt.* 2 *p.* 2. *f.* 3.
*Habitat* Monſpelii *&* in Helvetia. ⊙.
*Caulis non hiſpidus; Rami patuli.* Calycis *ſquamæ lanceolatæ corollis breviores;* Corollæ *rubræ. Sauv.*
Folia *Radicalia Bellidis, ovata, obtuſiuſcula, ſcabra, acutius ſerrata; caulina pauca; Ramea lanceolata, amplexicaulia, baſi ciliata, raro dentata ſ. pinnatifida, longiſſima.* Calyx 10-*phyllus, flore brevior.* Corolla *radians, purpuraſcens.* Corollulæ *bilabiatæ: Labio interiore indiviſo; exteriore tripartito, lineari.* Pappus *corona denticulata.*

ſylvatica. 8. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, foliis omni-

omnibus indiviſis ovatis acuminatis ſubſerratis, caule hiſpido.
Scabioſa corollis quadrifidis, receptaculis piloſis, foliis ovato-lanceolatis ſerratis hiſpidis. *Scop. carn.* 351.
Scabioſa foliis ovato-lanceolatis ſerratis ſubhirſutis, caule hiſpido. *Hall. helv.* 671.
Scabioſa latifolia rubra non laciniata. *Bauh. pin.* 270.
Scabioſa latifolia, rubro flore II. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 1
β. Scabioſa montana non laciniata rubra I. *Bauh. pin.* 270.
*Habitat in* Auſtriæ, Helvetiæ, Monſpelii *ſylvaticis.*

9. SCABIOSA corollulis quadrifidis radiantibus, caule hiſpido, foliis lanceolatis pinnatifidis: lobis imbricatis. tatarica.
Scabioſa floſculis quadrifidis, foliis pinnatifidis: laciniis lateralibus erectiuſculis. *act. upſ.* 1744. *p.* 11. *t.* 1. *
Scabioſa altiſſima ſegetum. Triumf. *Raj. ſuppl.* 236?
*Habitat in* Tataria ♂.
*Paleæ lineares, ſeminibus longiores, deciduæ. Planta 12-pedalis.*

10. SCABIOSA corollulis quadrifidis radiantibus, caule hiſpido, foliis pinnatifidis: lobis diſtantibus. *Hort. cliff.* 31. *Fl. ſvec.* 110, 117. *Mat. med.* 40. *Roy. lugdb.* 188. *Dalib. pariſ.* 44. arvenſis.
Scabioſa pratenſis hirſuta. *Bauh. pin.* 269.
Scabioſa arvenſis. *Tabern. hiſt.* 442.
Scabioſa major communior hirſuta, folio non laciniato. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 2.
*Habitat in* Europa, *ſolo glareoſo, juxta ſegetes inque pratis.* ♃.
*Fructus ſimillimus S. tataricæ, ſed abſque paleis.*

11. SCABIOSA corollulis quadrifidis, foliis caulinis tripinnatis filiformibus. *Sauv. monſp.* 268. † gramontia.
Scabioſa capitulo globoſo, foliis in tenuiſſimas lacinias diviſis. *Bauh. pin.* 271. *Magn. monſp.* 231.
*Habitat* Monſpelii, *ſecus vias autumno florens.*

* * *Corollulis quinquefidis.*

12. SCABIOSA corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis ſetaceis. *Hort. cliff.* 31. *Fl. ſvec.* 111, 118. *It. gotl.* 216. columbaria.

216. 228. * *Roy. lugdb.* 139. *Dalib. pariſ.* 45. *Sauv. monſp.* 242.

Scabioſa, capitulo globoſo, major. *Baub. pin.* 270.

Scabioſa minor. *Cam. epit.* 711

β. Scabioſa, capitulo globoſo, minor *Baub. pin.* 270.

*Habitat in* Europæ *montoſis, ſiccioribus.*

*Flores pallidi diſco convexo. Pappus ſetis 5 longitudine corollularum.*

maritima. 13. SCABIOSA corollulis quinquefidis radiantibus calyce brevioribus, foliis pinnatis: ſummis linearibus integerrimis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 304. *

Scabioſa maritima parva. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 7.

Scabioſa maritima, rutæ caninæ folio. *Bocc. ſic.*

*Habitat in* Sicilia, Monſpelii. ⊙.

ucranica. 14. SCABIOSA corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus pinnatifidis; caulinis linearibus baſi ciliatis.

Scabioſa foliis planis carnoſis: inferioribus pinnatis: rames integerrimis linearibus. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 213. *t.* 87.

*Habitat in* Ucrania *P. Forſkåhl.*

ſtellata. 15. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis diſſectis, receptaculis florum ſubrotundis. *Hort. cliff* 31. * *Hort. upſ.* 26. *Roy. lugdb.* 189.

Scabioſa ſtellata, folio laciniato, major. *Baub. pin.* 271.

Scabioſa major hiſpanica. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 1.

β Scabioſa ſtellata, folio laciniato minor. *Baub. pin.* 271.

γ. Scabioſa ſtellata minima. *Baub. pin.* 271 *prodr.* 126.

*Habitat in* Hiſpania, *præſertim in agro* Granatenſi *ad verſuras.* ⊙.

*Varietas γ vix palmaris foliis omnibus pinnatis, quum in α inferiora lanceolata ſerrata ſ. inciſa.*

Semina *baſi lanata, Pappo rotato ampliſſimo.*

prolifera. 16. SCABIOSA corollulis quinquefidis radiantibus, floribus ſeſſilibus, caule prolifero, foliis indiviſis ſubſerratis. †

Scabioſa ſtellata humilis integrifolia prolifera. *Herm. parad.* 125. *t.* 125. *Raj. ſuppl.* 236.

*Habitat in* India.

atropurpurea. 17. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis diſſectis, re-

receptaculis florum ſubulatis. *Hort. cliff.* 31. *Hort. upſ.* 26.
Scabioſa peregrina rubra, capite oblongo. *Bauh. pin.* 270.
Scabioſa VI. Indica. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 3.
*Habitat in* India? ⊙.
Flos *atropurpureus Antheris albis.* Fructus *ovatus. Receptaculum ſubulatum, paleis ſetaceis.* Semina *tetragona, terminata præputio involuto plicato; Pappo radiis 5 ſetaceis.*

18. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis pinnatis: laciniis lanceolatis, pedunculis nudis lævibus longiſſimis. *Roy. lugdb.* 190 argentea.
Scabioſa orientalis argentea, foliis inferioribus inciſis. *Tournef. cor.* 34.
Aſterocephalus perennis argenteus laciniatus, caule tenui eburneo. *Vaill. act.* 1722. *p.* 181.
*Habitat in* Oriente. ♃.

19. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis inciſis, caule fruticoſo. *Hort. cliff.* 31. *Roy. lugdb.* 189. africana.
Scabioſa africana fruteſcens. *Herm. parad.* 219 *t.* 219.
β. Scabioſa africana fruteſcens maxima, foliis rugoſis & crenatis, minor. *Herm. parad.* 220.
γ. Scabioſa africana fruteſcens maxima, foliis tenuiſſime inciſis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 128.
δ. Scabioſa minor æthiopica fruteſcens, foliis lanuginoſis. *Breyn. ic.* 33. *t.* 26.
*Habitat in* Africa, Oriente. ♃.

20. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis lanceolatis confertiſſimis integerrimis, caule fruticoſo. *Hort. cliff.* 31. *Roy. lugdb.* 169. cretica.
Scabioſa ſtellata, folio non diſſecto. *Bauh. pin.* 271. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 6. *t.* 15. *f.* 31.
β. Scabioſa cretica fruteſcens, auriculæ urſi folio. *Tournef. cor.* 34.
Aſterocephalus fruteſcens, leucoji folio longiore anguſto. *Vaill. act.* 1722. *p.* 247.
*Habitat in* Creta & *adjacentibus.* ♄.
*Folia in caule confertiſſima, ut fere imbricata. Calyces obtuſi.*

21. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis lineari-lanceolatis integerrimis, caule herbaceo. *Amœn. acad.* 4. *p.* 267. graminifolia.

Scabioſa argentea anguſtifolia. *Bauh. pin.* 270. *prodr.* 127. *t.* 127.

Scabioſa graminea argentea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 12.

Aſterocephalus argenteus graminifolius, flore cæruleo. *Vaill. pariſ.* 248.

*Habitat in alpibus* Helvetiæ, Baldi, Tridentini. ♃.

Pterocephala. 22. SCABIOSA corollulis quinquefidis, caule procumbente fruticoſo, foliis laciniatis hirſutis, pappo plumoſo.

Pterocephalus perennis humilis laciniatus & incanus. *Vaill. act.* 1722. *p.* 184.

*Habitat in* Græcia? ♄.

*Caulis vix e terra prominens Scapis breviſſimis, uniflorís.*

ochroleuca. 23. SCABIOSA corollulis quinquefidis radiantibus, foliis linearibus pinnatis; radicalibus bipinnatis, petiolis perfoliatis.

Scabioſa corollulis quadrifidis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis ſuperne inciſis. *Sauv. monſp.* 241.

Scabioſa multifido folio, flore flaveſcente *Bauh. pin.* 270. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 48. *ſ.* 9. *t.* 13. *f.* 23.

Scabioſa VII. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 3.

*Habitat in* Germaniæ *pratis ſiccis.* ♂.

Folia *radicalia pinnata, pinnis pinnatifidis; Caulina pinnata pinnis linearibus.* Petiolorum *baſes utrinque ad caulis latera margine lato exſtante unitæ & perfoliatæ.* Flores *flaveſcente-albidi: in diſco tubuloſi & quinquefidi, ſed quaſi truncati.* Pedunculi *longi.* Fructus *ovatus. Caulis genicula purpuraſcentia.*

pappoſa. 24. SCABIOSA corollulis quinquefidis, caule herbaceo, calycibus folioſis florem ſuperantibus, pappo plumoſo. *Roy. lugd.* 189.

Scabioſa cretica, capitulo pappos mentiente. *Tournef. cor.* 34. *Bœrh. lugdb.* 1. *p.* 130.

*Habitat in* Creta.

## KNAUTIA.

orientalis. 1. KNAUTIA. *Hort. cliff.* 32. *Hort. upſ.* 27. *Roy. lugdb.* 190.

Lychni-Scabioſa, flore rubro, annua. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 131.

*Ha-*

Scabioſa orientalis, caryophylli flore. *Vaill. act.* 1722. *p.* 241.
Scabioſa orientalis, foliis ſuperioribus integris, flore parvo purpureo, calyce longo gracili. *Till. piſ.* 153. *t.* 48. *mala.*
*Habitat in* Oriente. ☉.
*Conferatur* Scabioſa cærulea virginiana, floſculis tetrapetalis caryophyllorum more patulis & laciniatis. *Pluk. alm.* 335.

## ALLIONIA.

1. ALLIONIA foliis cordatis, calycibus quinquefidis trifloris. violacea.
Allionia. *Læfl. it.* 181. *
*Habitat in* Cumana *Americes.*

2. ALLIONIA foliis oblique cordatis, calycibus triphyllis trifloris. incarnata.
Wedelia. *Læfl. it.* 180. *
*Habitat in* Cumanæ *arenoſis.*

## HEDYOTIS.

1. HEDYOTIS foliis lanceolatis petiolatis, corymbis terminalibus involucratis. *Fl. zeyl.* 63. * *Amœn. acad.* 1. *p.* 392. fruticoſa.
Valerianella foliis nervoſis acutis, floſculis in caulium ſummo quaſi involucratis. *Burm. zeyl.* 227. *t.* 107.
*Habitat in* Zeylona. ♄.

2. HEDYOTIS foliis lanceolato-ovatis, floribus verticillaris. *Fl. zeyl.* 64. * *Mat. med.* 47. *Amœn. acad.* 1. *p.* 391. Auricularia.
Valerianella paluſtris, foliis nervoſis oblongis, floſculis ad caulium nodos inter foliorum ſinus collectis. *Burm. zeyl.* 227. *t.* 108. *f.* 1.
Muriguti. *Rheed. mal.* 10. *p.* 63. *t.* 32.
*Habitat in* Zeylona. ♃.

3. HEDYOTIS foliis lineari-lanceolatis, caule herbaceo dichotomo, pedunculis geminis. *Fl. zeyl.* 65. * herbacea.
*Habitat in* Zeylona.

## SPERMACOCE.

1. SPERMACOCE glabra, foliis lineatis, ſtaminibus incluſis. tenuior.

Spermacoce verticillis tenuioribus. *Dill. elth* 370. *t.* 277. *f.* 359.

Spermacoce annuum, foliis lanceolatis glabris, floribus verticillatis. *Lœfl. it.* 202.

Spermacoce. *Roy. lugdb.* 258.

Anonymos americana, foliis parietariæ ſcabris, floribus albis ad foliorum ortum vix conſpicuis. *Pluk. alm.* 33. *t.* 136. *f.* 4.

*Habitat in* Carolina. ☉.

verticillata. 2 SPERMOCOCE glabra, foliis lanceolatis, verticillis globoſis.

Spermococe glabra, ſtaminibus exſtantibus. *Sp. pl.* 1. *p.* 102.

Spermacoce verticillis globoſis. *Dill. elth.* 369. *t.* 277. *f.* 358. *Hort. cliff.* 33.

Scabioſa jamaicenſis hyſſopifolia. *Pluk. alm.* 336. *t.* 58. *f.* 6?

Pulegium fruticoſum erectum, verticillis denſiſſimis. *Sloan. jam.* 64. *hiſt.* 1. *p.* 170?

*Habitat in* Jamaica. Africa.

*Variat verticillis globoſis amplexicaulibus & pedunculatis.*

hirta. 3. SPERMACOCE pubeſcens; foliis oblongis: ſummis quaternis, floribus verticillatis.

Spermacoce erecta ſubhirſuta, foliis oblongis: ſuperioribus approximatis. *Brown. jam.* 141.

*Habitat in* Jamaica.

Caules *herbacei, pubeſcentes, præſertim ad verticillos oppoſite ramoſi.* Folia *elliptica, lineata, ſubtus pubeſcentia, ſeſſilia; ſumma quaterna.* Verticilli *multiflori.*

ſpinoſa. 4. SPERMACOCE ſuffruticoſa, foliis linearibus ſpinulis ciliatis.

Spermacoce ſuffruticoſum. *Lœfl. it.* 201.

Spermacoce ſpinoſa. *Jacq. amer.* 12.

*Habitat in* America.

Caules *diffuſi, duri, ad baſin ramoſi.* Folia *linearia roſmarini, articulis longiora, ciliata ſpinulis minutiſſimis.* Verticilli *pauciflori.*

hiſpida. 5. SPERMACOCE hiſpida, foliis obovatis. *Fl. zeyl.* 62. *

Ga-

Galeopſis zeylanica, folio oblongo, flore albo. *Burm. zeyl.* 163. *t.* 20. *f.* 3.
*Habitat in* Zeylona. ♃.
*Conf.* Tardavel. *Rheed. mal.* 9. *p.* 149. *t.* 76.

6. SPERMACOCE procumbens, foliis linearibus, corymbis lateralibus pedunculatis. corymboſa.
*Habitat in* India.
Caules *herbacei*, *angulati*, *debiles*, *diffuſi*. Folia *linearia*, *reflexa*. Pedunculi *laterales*, *oppoſiti*, *aphylli*. Flores *faſciculati*, *ſ umbella ſimplici*, *involucro polyphyllo umbella longiore*. Stamina *exſtantia*, *corolla longiora*.

## SHERARDIA.

1. SHERARDIA foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. arvenſis.
Sherardia. *Dill. gen.* 96. *Hort. cliff.* 33. *Fl. ſvec.* 113, 120. *Roy. lugdb.* 257. *Hall. helv.* 456. *Dalib. pariſ.* 46.
Rubeola arvenſis repens caerulea. *Bauh. pin.* 334. *prodr.* 145.
Rubia parva, flore caeruleo ſe ſpargens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 719.
*Habitat in arvis* Scaniæ, Germaniæ, Angliæ. ⊙.

2. SHERARDIA foliis floralibus binis oppoſitis binis floribus. muralis.
Aſperula verticillata luteola. *Bauh. pin.* 334.
Aſpera verticillata muralis minima. *Columm. ecphr.* 302. *t.* 300.
Aparina minima. *Allion. nicæenſ.* 4.
Gallium minimum, feminibus oblongis. *Buxb. cent.* 2. *p.* 31. *t.* 30. *f.* 2.
*Habitat in* Italia, & Conſtantinopoli *in vetuſtis muris*. ⊙.
Caules *decumbentes*. Folia *ovato-lanceolata*, *inferiora ſena*, *media quaterna*, *ſumma bina*. Flores *bini propriis pedunculis*, *pallidi*, *plani*. Fructus *oblongi*, *hiſpidi*. Semina *ſubarcuata*, *vix ac ne vix coronata*.

3 SHERARDIA foliis quaternis æqualibus, caule fruticoſo. fruticoſa.
*Habitat in inſula* Adſcenſionis. *Osbeck.*. ♄.
Frutex *teroſus*, *inæqualis*, *ſcaber*, *Ramis obtuſe tetragonis*. Folia *quaterna*, *anguſto-lanceolata*, *integer-*

*gerrima, glabra, marginibus revoluta, articulis ramorum paulo longiora, interſtincta* Stipulis *breviſſimis, ſubulatis.* Flores *oppoſiti, ſeſſiles, axillares.* Calyx *tetraphyllus, germini innatus, perſiſtens foliolis lanceolatis.* Corolla *infundibuliformis, quadrifida, alba, longitudine germinis.* Antheræ *quatuor, oblongæ.* Pericarpium *dicoccum.*

## ASPERULA.

odorata. 1. ASPERULA foliis octonis lanceolatis, florum faſciculis pedunculatis. *Fl. ſvec.* 114, 121. *Mat. med.* 45. *Dalib. pariſ.* 46.
Aſperula foliis pluribus, floribus pedunculo elevatis. *Hort. cliff.* 33. *Roy. lugdb.* 255.
Aſperula ſ. Rubeola montana odorata. *Baub. pin.* 334.
*Habitat in* Sveciæ, Germaniæ *umbroſis.* ♃.

arvenſis. 2. ASPERULA foliis ſenis, floribus ſeſſilibus aggregatis terminalibus. *Hort. upſ.* 27.
Aſperula foliis pluribus, floribus ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 33 *Roy. lugdb.* 255. *Dalib. pariſ.* 47.
Aſperula cærulea arvenſis. *Baub. pin.* 334.
Aſperula cærulea. *Dod. pempt.* 355.
*Habitat in* Gallia, Flandria, Germania, Anglia, ☉.
Folia *floralia ciliata, ſupra hiſpida.* Capitula *terminalia ſeſſilia.* Fructus *glabri.*

taurina. 3. ASPERULA foliis quaternis ovato-lanceolatis, floribus faſciculatis terminalibus
Aſperula foliis quaternis ovato-lanceolatis, ramis alternis. *Hort. cliff.* 33 *Virid. cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 255. *Hall. helv.* 457. *Sauv. monſ.* 164.
Rubia quadrifolia & latifolia lævis. *Baub. pin.* 334. *Moriſ. biſt.* 3. *ſ.* 9. *t.* 21. *f.* 1.
*Habitat in alpibus* Helvetiæ, Italiæ. ♃.
*Flores, in faſciculum congeſtos, maſculos eſſe, unico tantum femineo, ex plantis in ſolo natali inquirendum?*

tinctoria. 4. ASPERULA foliis linearibus: inferioribus ſenis; intermediis quaternis, caule flaccido, floribus pleriſque trifidis.
Aſperula foliis quaternis linearibus, floribus ſæpius trifidis. *Fl. ſvec.* 115, 122. *Sauv. monſp.* 163.
Rubeola quadrifolia, caule ramoſo flaccido, floribus trifidis. *Hall. rupp.* 8.

Gal-

Gallium album tripetalum. *Moriſ. prælud.* 267. *Dalib. pariſ.* 49.
Gallium album 3. *Tabern. hiſt.* 433. *t.* 733. *f.* 1. *bona.*
*Habitat in* Sveciæ, Thuringiæ, Galliæ, Sibiriæ *collibus aridis ſaxoſis.* ♃.
*Planta, niſi ſuſtentetur, procumbens.*

5. ASPERULA foliis quaternis lanceolato-linearibus, caule erecto, floribus ſæpius trifidis. pyrenaica.
Rubia cynanchica ſaxatilis. *Bauh. pin.* 333. *prodr.* 146. *Burſ. XIX.* 9.
*Habitat in* Pyrenæis *verſus* Hiſpaniam & *prope* Valentiam *Gallorum.* ♃.
Caules *erecti, ſpithamæi, quadrangulares. Folia omnia in caule quaterna, linearia, carinata, acuta, lævia; inferiora etjam quaterna, ſed breviora, lanceolata, obtuſiora; folia ſumma & floralia oppoſita, latiora, acuta, lanceolata.* Flores *tubuloſi, rubri, ſæpius trifidi. Statura Sherardiæ arvenſis.*

6.* ASPERULA foliis quaternis linearibus: ſuperioribus oppoſitis ſtipulatis, caule erecto, floribus quadrifidis. cynanchica.
Aſperula foliis ternis ſubulatis triquetris, floribus quadrifidis. *Sp. pl.* 1. *p.* 104.
Aſperula foliis linearibus quaternis, ſummis oppoſitis. *Roy. lugdb.* 255. *Sauv. monſp.* 163.
Rubeola foliis quaternis, ſeminibus glabris, floribus umbellatis. *Hall. helv.* 458.
Rubia cynanchica. *Bauh. pin.* 333. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 723.
Gallium montanum latifolium cruciatum. *Col. ecphr.* 1. *p.* 296. *t.* 297. *f.* 1.
Gallium album minus. *Tabern. hiſt.* 433. *t.* 433. *f.* 2.
*Habitat in* Germaniæ, Angliæ, Galliæ, Helvetiæ, Italiæ, Orientis *pratis aridis ſaxoſis cretaceis.* ♃.
*Caulis palmaris, ſcaber. Germina rubra. Flores extus ſubrugoſo-ſcabri.*

## DIODIA.

1. DIODIA. *Hort. cliff.* 493. * *Gron. virg.* 71. virginiana.
*Habitat in* Virginiæ *aquoſis.*

## KNOXIA.

1. KNOXIA. *Fl. zeyl.* 400. zeylanica.

Denteliaria zeylanica, flore minimo, antirrhini folio. *R . ſuppl* 746.

*Habitat in* Zeylona *ſupra truncos arborum putridarum.*

## HOUSTONIA.

cœrulea. 1. HOUSTONIA foliis radicalibus ovatis, caule compoſito, pedunculis primis bifloris. *Gron. virg.* 15.

Houſtonia. *Hort. cliff.* 35.

Rubia parva virginiana, foliis ad genicula binis, flore cæruleo fiſtuloſo. *Pluk. alm.* 324 *mant.* 164.

Paronychiæ facie planta tetrapetaloides virginiana, flore cæruleo. *Moriſ. hiſt.* 3 *p.* 614. *ſ.* 15. *t.* 4. *f.* 1.

β. Chamejaſme inodora, alſines facie, diſpermos tetrapetaloides, quadrato caule, virginiana. *Pluk. alm.* 97. *mant.* 45 *t.* 97. *f.* 9. *Raj. ſuppl.* 502.

*Habitat in* Virginia.

purpurea. 2. HOUSTONIA foliis ovato-lanceolatis, corymbis terminalibus, floribus ſuperis. *Gron. virg.* 15. †.

Rubia mariana, alſines majoris folio ad caulem binato, flore purpuro-rubente. *Pluk. mant.* 164. *Raj. ſuppl.* 262.

*Habitat in* Virginia.

## GALIUM.

* *Fructu glabro.*

ariſtatum. 1. GALIUM foliis quaternis lanceolatis æqualibus margine ſcabris, caule diffuſo, petalis caudatis, ſeminibus glabris.

Rubia lævis linifolia montis virginis. *Bocc. muſ.* 75. *Barr. ic.* 356. 582.

*Habitat in monte* Ventoſo & *m.* Virginis *Neapolitano. C. G. Minuart.* ♃.

Caules *diffuſi, ramoſi, læves.* Folia *quaterna, lanceolata, enervia, utrinque glabra, margine ſcabra, mucronata.* Flores *paniculati, albi, pedunculis trifloris.* Corollæ *quadrifidæ, rarius trifidæ, apice ariſtatæ ſ. mucronatæ.* Antheræ *flavæ*; Fructus *glabri. Sub autumno novi rami foliis* 4, 5, 6. *variant.*

rubioides. 2. GALIUM foliis quaternis lanceolato-ovatis æqualibus ſubtus ſcabris, caule erecto, fructibus glabris.

*Habitat in* Europa *auſtrali. D. Bæck.*

*Fa-*

*Facies Galii borealis, ſed folia duplo latiora, nervis ſubtus ſcabra, Caulis firmus, erectus. Panicula brevis, conglomerata. Semina lævia.*

3. GALIUM foliis quaternis obovatis inæqualibus, caulibus diffuſis. *Fl ſvec.* 119, 126. paluſtre.

Galium caulibus diffuſis, foliis quaternis verticillatis. *Fl lapp.* 52.

Gallium paluſtre album. *Bauh. pin.* 335.

*Habitat in* Europæ *rivulis limoſis.* ♃.

4. GALIUM foliis quaternis linearibus obtuſis, ramis ramoſiſſimis. bermudenſe.

Aparine foliis quaternis obtuſis lævibus. *Gron. virg.* 16.

Rubia tetraphylla glabra, latiore folio, bermudenſis, ſeminibus binis atropurpureis. *Pluk. alm.* 324. *t.* 248. *Raj. ſuppl.* 261.

*Habitat in* Virginia.

5. GALIUM foliis quaternis linearibus, caule procumbente ſcabro, corollis trifidis. trifidum.

*Habitat in* Canada. *Kalm.*

Caulis *procumbens, ramoſiſſimus, Ramis ternis quaternisve, divaricatis.* Folia *linearia, obtuſa, latiuſcula, glabra, ſubtus parum ſcabra.* Pedunculi *ſæpius terni, tenuiſſimi, foliorum longitudine, uniflori;* Flores *minimi, albi, tripartiti.* Stamina *tria;* Fructus *didymus, globoſus, lævis.*

6. GALIUM foliis linearibus: caulinis ſenis; ramorum quaternis, caule flaccido, pedunculis ſubbifloris, fructibus glabris. tinctorium.

*Habitat in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

7. *GALIUM foliis ſenis lanceolatis retrorſum ſerrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu majoribus. uliginoſum.

Aparine foliis lineari-lanceolatis acuminatis rigidis, corollis fructu majoribus. *Roy. lugdb.* 255. *Fl. ſvec.* 121, 127.

Aparine minor paluſtris pariſienſis, flore albo. *Fl. lapp.* 58.

Mollugo montana minor gallio albo ſimilis. *Raj. hiſt.* 482. *angl.* 3. *p.* 224.

Gallium album minus. *Pet. herb.* 30. *f.* 6. *Vaill. pariſ.* 78.

Rubia quædam minor. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 716.
*Habitat in* Europæ *paſcuis aquoſis ſterilibus.* ♃.

ſpurium. 8.* GALIUM foliis ſenis lanceolatis carinatis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis ſimplicibus, fructibus glabris. *Hort. upſ.* 28 *
Aparine ſemine læviore. *Raj. hiſt.* 484.
Aparine foliis crebrioribus & ſemine læviore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 332.
*Habitat in* Europæ *cultis.* ☉.
*Affine G. Aparines, ſed minus.*

ſaxatile. 9. GALIUM foliis ſenis obovatis obtuſis, caule ramoſiſſimo procumbente.
Galium caule ramoſiſſimo, foliis quinis obverſe ovatis. *Hort cliff.* 34. *Roy. lugdb.* 257.
Gallium ſaxatile ſupinum, molliore folio. *Juſſ. act.* 1714. *p.* 492. *t.* 15.
*Habitat in* Hiſpaniæ *maritimis lapidoſis, inque* Saxonia.

minutum. 10. GALIUM foliis octonis lanceolatis mucronatis ſerrato-aculeatis glabris incurvis, fructibus reflexis.
Galium foliis ſenis cuneiformi-lanceolatis mucronatis glabris. *Hort. upſ* 28. *
Gallium ſaxatile minimum ſupinum & pumilum, flore luteo. *Tournef. inſt.* 1152.
*Habitat in imperio* Ruthenico. ♃.
*Simillimum G. vero, ſed palmo brevius, decumbens. Caulis lævis, nec margine ſcaber.* Folia *utrinque parum convexa, nec margine reflexa.* Fructus *carnoſi, magni, reflexis pedunculis, unde conglomerati.*

puſillum. 11. GALIUM foliis octonis hiſpidis linearibus acuminatis ſubimbricatis, pedunculis dichotomis.
Rubeola ſaxatilis. *Bauh. pin.* 334. *prodr.* 145. *Burſ. XIX:* 17.
Aparine minima ſ. Rubia ſaxatilis minima. *Magn. monſ.* 291. *ex Gerardo.*
*Habitat in montibus* Galloprovinciæ. ♃.
Caules *numeroſi, digitales, angulati;* Folia *verticillata foliolis* 8 *ſ.* 6, *lanceolato-linearibus vel linearibus, acutis, uti caulis undique pilis patentibus hiſpida. Rami rariores, alterni; Foliorum verticilli ſæpe ita conferti, ut folia imbricatim digeſta conſpician-*

*ciantur.* Panicula *rarior*, *fere terminalis ex pedunculis bis dichotomis.*

12.* GALIUM foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis brevibus. *Hort. cliff.* 34. *Fl. ſvec.* 116, 123. *Mat. med.* 46. *Roy. lugdb.* 256. verum.

Galium caule erecto, foliis plurimis verticillatis linearibus. *Fl. lapp.* 61.

Gallium luteum. *Baub. pin.* 335.

Gallium. *Dod. pempt.* 335.

*Habitat in* Europa *frequens.* ♃.

13.* GALIUM foliis octonis lævibus ſubtus ſcabris; floralibus binis, pedunculis capillaribus, caule lævi. ſylvaticum.

Galium caule tereti fulcrato, foliis octonis glaucis & obtuſis. *Hall. helv.* 460.

Mollugo montana latifolia ramoſa. *Baub. pin.* 334.

*Habitat in* Germaniæ *&* Europæ *auſtralis montibus ſylvoſis.*

Caules *alti*, *debiles*, *obſoletiſſime angulati ſ. teretiuſculi*, *læves.* Folia *verticillata*, *lato-lanceolata*, *margine & carina ſcabra*, *glauceſcentia.* Pedunculi *capillares*, *elongati*, *ſæpe ultimi biflori & verſus hos foliola duo.* Flores *minutiſſimi.*

14. GALIUM foliis octonis ovato-linearibus ſubſerratis patentiſſimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. Mollugo.

Galium foliis pluribus acutis, caule flaccido, ramis patentiſſimis. *Hort. cliff.* 34. *Roy. lugdb.* 257 *Fl. ſvec.* 117, 125.

Mollugo montana anguſtifolia ramoſa, ſ. Gallium album latifolium. *Baub. pin.* 334.

Rubia ſylveſtris lævis. *Baub. pin.* 333.

Mollugo belgarum. *Lob. ic.* 802.

*Habitat in* Europa *mediterranea.* ♃.

15. GALIUM foliis ſubquaternis linearibus lævibus, caule debili ſcabro, ſeminibus glabris. montanum.

Galium caule recto, foliis ſenis inferne canaliculatis. *Hall. gœtt.* 189. *Zinn gœtt.* 231.

Gallium montanum altiſſimum, foliis anguſtis albicantibus. *Rupp. jen.* 5.

*Habitat in* Germania. ♃.

*Statura inter G. Mollnginem & glaucum media.* Caulis *debilis*, *ſcaber.* Folia *Caulina quina*, *reflexa*, *ſub-*

*ſublinearia; Ramea quaterna.* Flores *corymbis triſidis, albi, ante explicationem extus purpuraſcentes.* Antheræ *fuſcæ.*

glaucum. 16. GALIUM foliis verticillatis linearibus, pedunculis dichotomis ſummo caule floriferis, caule lævi. *Roy. lugdb.* 256. *Hort. upſ.* 27. *Sauv. monſp.* 161.

Gallium ſaxatile, glauco folio. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 172. *t.* 116.

Rubia montana anguſtifolia. *Bauh. pin.* 333. *prodr.* 145.

*Habitat in* Tataria, Helvetia, Auſtria, Monſpelii. ♃.

purpureum. 17. GALIUM foliis verticillatis lineari-ſetaceis, pedunculis capillaribus folio longioribus. *Hort. cliff.* 34. *Roy. lugdb.* 256.

Gallium nigropurpureum montanum tenuifolium. *Col. ecphr.* 1. *p.* 298. *Bauh. pin.* 335.

*Habitat in* Italia.

Hieroſolymitanum. 18. GALIUM foliis denis lanceolato-linearibus, umbellis faſtigiatis, fructibus glabris. *Amœn. acad.* 5. *p.* 451.

*Habitat in* Palæſtina.

*Statura proxime accedit ad G. rubrum.*

rubrum. 19. GALIUM foliis verticillatis linearibus patulis, pedunculis breviſſimis. *Hort. cliff.* 34. *Roy. lugdb.* 256. *Scop. garn.* 341.

Galium rubrum. *Bauh. pin.* 335. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 332.

Galium rubro flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 175.

*Habitat in* Italia.

* *Fructu hiſpido.*

boreale. 20. GALIUM foliis quaternis lanceolatis trinerviis glabris, caule erecto, ſeminibus hiſpidis. *Fl. lapp.* 60. *Fl. ſvec.* 118, 124. *Hort. cliff.* 64. *Roy. lugdb.* 257. *Hall. helv.* 450.

Rubia pratenſis lævis, acuto folio. *Bauh. pin.* 333. *prodr.* 145. *Burſ. XIX.* 15.

*Habitat in* Europæ *borealis pratis.* ♃.

rotundifolium. 21. GALIUM foliis quaternis ovatis aculeato-ciliatis, ſeminibus hiſpidis.

Rubia ſemine duplici hiſpido, latis & hirſutis foliis. *Bocconi. Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 329. *ſ.* 9. *t.* 21. *f.* 5.

β. Ga-

β. Galium foliis quaternis ovatis lævibus obtuſis, panicula dichotoma, ſeminibus hiſpidis. *Sp. pl.* 1. *p.* 108.
Rubia quadrifolia ſ. rotundifolia lævis. *Baub. pin.* 334. *prodr.* 145.
Rubia quadrifolia, ſemine duplici hiſpido. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 718. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 9. *t.* 21. *f.* 4.
Aparine Cruciata. *Hall. opuſc.* 275.
*Habitat in alpibus* Helvetiæ, Styriæ. ♃.

22. GALIUM foliis octonis lanceolatis carinatis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis villoſis, fructu hiſpido. Aparine.
Aparine foliis lanceolatis acuminatis ſcaberrimis, corollis fructu minoribus. *Roy. lugdb.* 455. *Fl. ſuec.* 120, 128.
Aparine foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 34.
Aparine vulgaris. *Baub. pin.* 334.
Aparine. *Dod. pempt.* 353.
*Habitat in* Europæ *cultis & ruderatis.* ☉.
Caulis 4 *queter angulis retrorſum aculeatis, baſi articulorum villoſus.* Folia 8. *ſ.* 10:*na, lanceolato-linearia, ſupra ſcabra, ſubtus glabra margine & carina retrorſum aculeatis.* Rami *oppoſiti.*

23. GALIUM foliis verticillatis linearibus, pedunculis bifidis, fructibus hiſpidis. pariſienſe.
Aparine foliis lineari-lanceolatis acuminatis flaccidis, corollis fructu minoribus. *Roy. lugdb.* 255.
Aparine minima. *Raj. angl.* 3. *p.* 225. *t.* 9. *f.* 1.
Gallium pariſienſe tenuifolium, flore atropurpureo. *Tournef. inſt.* 664.
*Habitat in* Anglia, Gallia. ☉.
Caules *pedales, debiles, tetragoni, retrorſum ſcabri.* Folia *ſeptena, lanceolata, mucronata, ſcabra præſertim margine.* Rami *floriferi oppoſiti, breviores.* Pedunculi *nudi, biflori ſ. triflori.* Corollæ *flavæ, parvæ.* Semina *hiſpida.*

## CRUCIANELLA.

1. CRUCIANELLA erecta, foliis ſenis linearibus, floribus ſpicatis. *Hort. upſ.* 27. † *Sauv. monſp.* 164. anguſtifolia.
Crucianella foliis linearibus. *Hort. cliff.* 32.
Rubia anguſtifolia ſpicata. *Baub. pin.* 334. *prodr.* 145.
*Habitat* Monſpelii. ☉.

2. CRU-

latifolia. 2. CRUCIANELLA procumbens, foliis quaternis lanceolatis, floribus ſpicatis. *Hort. upſ.* 27. * *Sauv. monſp.* 164.
Crucianella foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 33.
Rubia latifolia ſpicata. *Baub. pin.* 334.
*Habitat in* Creta & Monſpelii. ⊙.

patula. 3. CRUCIANELLA diffuſa, foliis ſenis, floribus ſparſis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 401. * *Lœfl. it.* 68.
*Habitat in* Hiſpania. ⊙.

maritima. 4. CRUCIANELLA procumbens ſuffruticoſa, foliis quaternis, floribus oppoſitis quinquefidis.
Crucianella erecta, foliis quaternis, corolla ad ſolem connivente. *Sauv. monſp.* 164.
Rubia maritima. *Baub. pin.* 334. *Dod. pempt.* 357. *Cluſ. hiſt.* 2 *p.* 176.
*Habitat in* Creta & Monſpelii. *D. Sauvages.* ♄.
Caules *provoluti*, *perennes*, *lignoſi.* Folia *quaterna*, *lanceolata*, *rigida*, *acuta.* Bracteæ *ovatæ* Corollæ *quinquefidæ*, *ariſtatæ*; *antheræ*; *nigræ.* Flores *triſtes*, *luteſcentes*, *die clauſi*, *noctu patentes ambroſiaci.*

monſpeliaca 5. CRUCIANELLA procumbens, foliis acutis: caulinis quaternis ovatis; rameis ſubquinatis linearibus, floribus ſpicatis.
Crucianella repens, foliis ſenis, ſpicis longis. *Sauv. monſp.* 225.
Rubia ſpicata repens. *Magn. monſp.* 225.
*Habitat* Monſpelii, *inque* Palæſtina.
Caules *craſſiuſculi*, *diffuſi.* Rami *alterni*, *recti*, *ſimpliciores.* Folia *inferiora quaterna*, *ovata*, *rigida*, *acuta*; *ſuperna quina ſ. ſena*, *linearia*, *acuta.* Pedunculi *nudi.* Spicæ *terminales*, *ſimiles C. anguſtifoliæ.*

## RUBIA.

tinctorum. 1. RUBIA foliis ſubſenis. *Hort. cliff.* 35. *Hort. upſ.* 28. *Mat. med.* 44. *Roy. lugdb.* 254.
Rubia perennis, foliis ſæpius quinis. *Sauv. monſp.* 161.
Rubia ſylveſtris aſpera. *Baub pin.* 33.
β. Rubia tinctorum ſativa. *Baub. pin.* 33.
*Habitat* Monſpelii & *in* Italia. ♃.

peregrina. 2. RUBIA foliis quaternis. *Roy. lugdb.* 254.

Ru-

Rubia quadrifolia aſperrima lucida peregrina. *Herm. lugdb.* 523.
*Habitat* - - - ♃.
*Foliorum ſuperior pagina enervis, lævis, lucida.*

## FUCHSIA.

1. FUCHSIA. *Mill. dict.* 4. triphylla.
Fuchſia triphylla, flore coccineo. *Plum. gen.* 14. *t.* 133. *f.* 1.
*Habitat in* America *meridionali.*
Caulis *herbaceus, ſimpliciſſimus.* Folia *terna, lanceolata, ſeſſilia.* Racemus *terminalis, erectus.*

## SIPHONANTHUS.

1. SIPHONANTHUS ſalicis folio, flore flaveſcente. indica.
*Amm. ruth.* 1736. *p.* 214. *t.* 15.
*Habitat in* India. ♄.
Folia *alterna, lanceolata;* Pedunculi *ſæpe e regione oppoſiti folii, umbellati.*

## CATESBÆA.

1. CATESBÆA.
Frutex ſpinoſus, buxi foliis plurimis ſimul naſcentibus, flore tetrapetaloide pendulo ſordide flavo tubo longiſſimo, fructu ovali croceo ſemina parva continente. *Cateſb. carol.* 2. *p.* 100. *t.* 100. ſpinoſa.
*Habitat in* Providentia. ♄.

## IXORA.

1. IXORA foliis ovalibus ſemiamplexicaulibus, floribus faſciculatis *Fl. zeyl.* 22. *Ofb. it.* 220. coccinea.
Jaſminum flore tetrapetalo, Ixora linnæi, Schetti horti malab. *Burm. zeyl.* 125. *t.* 57.
Jaſminum indicum, lauri folio, inodorum umbellatum, floribus coccineis. *Pluk. alm.* 196. *t.* 59. *f.* 2.
Flamma ſylvarum. *Rumph. amb.* 4. *p.* 105. *t.* 46.
Arbor indica, lauri amplioribus foliis obtuſis. *Pluk. mant.* 20. *t.* 364. *f.* 1.
Schetti. *Rheed. mal.* 2. *p.* 17. *t.* 13.
*Habitat in* India. ♄.

2. IXO-

alba. 2. IXORA foliis ovato-lanceolatis, floribus faſciculatis
Jaſminum indicum, lauri folio, inodorum umbellatum, floribus albicantibus & Schetti album. *Pluk. alm.* 196. *t.* 109. *f.* 2.
Bem ſchetti. *Rheed. mal.* 2. *p.* 19. *t.* 14.
*Habitat in* India. ♄.

americana. 3. IXORA foliis ternis lanceolato-ovatis, floribus thyrſoideis. *Amœn acad.* 5. *p.* 393.
Pavetta foliis oblongo ovatis oppoſitis, ſtipulis ſetaceis. *Brown. jam.* 142. *t.* 6. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

## PAVETTA.

indica. 1. PAVETTA. *Fl. zeyl.* 56. * *Amœn. acad.* 1. *p.* 388.
Arbor malabarienſium, fructu lentiſci. *Bauh. pin.* 399.
Pavate. *Raj. hiſt.* 1581.
Pavetta ſ. Malleomothe. *Rheed. mal* 5. *p.* 19. *t.* 10.
*Habitat in* India. ♄.
Corymbi *trichotomi*, *faſtigiati*, *pedunculo filiformi longo inſidentes. Stigma oblongum*, *bifidum.*

## PETESIA.

ſtipularis. 1. PETESIA foliis lanceolato-ovatis ſubtus tomentoſis, thyrſis lateralibus.
Peteſia fruticoſa, foliis ovatis oppoſitis, ſtipulis rigidis interpoſitis, racemis minoribus alaribus, calyce quinquefido. *Brown. jam.* 143 *t.* 2. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaica ♄.
*Frutex.* Folia *oppoſita lanceolato-ovata*, *integerrima.* Racemi *axillares*, *brachiati*, *laterales*, *folio breviores.*

Lygiſtum. 2. PETESIA foliis ovatis nudis lineatis, caule flexuoſo.
Lygiſtum flexile fruticoſum, foliis ovatis oppoſitis, petiolis pedatis, racemis alaribus. *Brown jam.* 142. *t.* 3. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaica ♄.
Frutex *caule flexuoſo*, *lævi.* Folia *ovata venoſa acuta*, *petiolata.* Pedunculi *axillares*, *ſæpius gemini*, *uniflori.*

3. PETESIA foliis oblongis utrinque tomentoſis. *Jacq. amer.* 12. †. tomentoſa
*Habitat in* America. ♄.

## MITCHELLA.

1. MITCHELLA. *Amœn. acad.* 3. *p.* 16. repens.
Chamædaphne. *Mitch. gen.* 27.
Lonicera foliis ſubovatis, germine bifloro, corollis interne hirſutis, ſtylo bifido. *Gron. virg.* 22.
Syringa baccifera, myrti ſubrotundis foliis, floribus albis gemellis. *Pluk. amalth.* 198. *t.* 444. *f.* 2. *Catesb. carol.* 1. *p.* 20. *t.* 20.
Baccifera mariana, clematis daphnoides minori folio. *Pet. gaz.* 1. *t.* 1. *f.* 13.
*Habitat in* Carolina, Terra Mariana, Virginia. ♄.

## CALLICARPA.

1. CALLICARPA. *Act. upſ.* 1741. *p.* 80. americana.
Sphondylococcos. *Mitch. E. N. C.* 8. *p.* 218.
Burchardia. *DuHam. arb.* 1. *p.* 111. *t.* 44.
Johnſonia. *Mill. dict.*
Anonymos baccifera verticillata, folio molli & incano, ex america. *Pluk. alm.* 33. *t.* 136. *f.* 3.
Frutex baccifer verticillatus, foliis ſcabris latis dentatis & conjugatis. *Catesb. carol.* 2. *p.* 47. *t.* 47.
Frutex foliis amplis ſubrotundis acuminatis ex adverſo binis, viminibus lentis infirmis quaſi leni canitie tectis. *Gron. virg.* 138.
*Habitat in* Virginia, Carolina, Miſiſippi. ♄.

## AQVARTIA.

1. AQVARTIA. *Jacq. amer.* 12. aculeata.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.
Planta *aculeata*, *ſuperne inermis.* Folia *alterna*, *ovata*, *obtuſa*, *petiolata.* Corolla *rotata laciniis linearibus.* Antheræ *erectæ*, *maximæ.* Stylus *deflexus.* *Jacq.* *Statura Solani.*

## POLYPREMUM.

1. POLYPREMUM. *Act. upſ.* 1741. *p.* 78. procumbens
Linum carolinianum. *Pet. gaz.* 9. *t.* 5. *f.* 6.
*Habitat in* Carolina, Virginia. ☉.

## PENÆA.

Sarcocolla. 1. PENÆA foliis ovatis planis.
Tithymali myrſinitis ſpecie arbuſcula æthiopica, ſubrotundis foliis, ſtœchadis arabicæ ſquamato capitulo duro lacrymam fundens. *Pluk. mant.* 183. *t.* 44.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
Folia *obtuſiuſcula.* Corollæ *obtuſæ.* Calyx *intermedio flori nullus*; Stylus *magis ſubulatus quam in reliquis.*

mucronata. 2. PENÆA foliis cordatis acuminatis. *Mat. med.* 48.
Penæa foliis ovatis acuminatis. *Roy. lugdb.* 399.
Penæa. *Hort. cliff.* 37.
Erica africana, unedonis flore amplo, foliis cordiformibus in acumen deſinentibus. *Raj. dendr.* 97.
Tithymali myrſinitis ſpecie arbuſcula æthiopica, flore parvo e lata baſi in acutiſſimum mucronem ſubito deſinente, capitulis origani. *Pluk. mant.* 183.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

ſquamoſa. 3. PENÆA foliis rhombæo-cuneiformibus carnoſis.
*Habitat in* Æthiopia.
*Hæc reliquis minor. Corolla (ut in præcedente) acuta. Folia parte dimidia ſuperiore patula.*

## BLÆRIA.

ericoides. 1. BLÆRIA. *Hort. cliff.* 49.
Erica carnea, promontorii bonæ ſpei, foliis & floribus villoſis. *Pet. gaz. t.* 2. *f.* 10.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.

## BUDDLEJA.

americana. 1. BUDDLEJA foliis ovatis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 394. *
Buddleja. *Amm. herb.* 577. *Hort. cliff.* 35.
Buddleja aſſurgens incana, foliis majoribus, ſpicis aſſurgentibus. *Brown. jam.* 144.
Verbaſci folio minore arbor, floribus ſpicatis luteis, ſeminibus ſingulis oblongis in ſingulis vaſculis ſiccis. *Sloan. jam.* 139. *hiſt.* 2. *p.* 29. *t.* 173. *f.* 1. *Raj. dendr.* 97.
*Habitat in* Caribæis *ad ripas & torrentes.* ♄.

occidentalis 2. BUDDLEIA foliis lanceolatis.
Buddleja foliis lanceolatis acuminatis integerrimis oppoſitis, ſpicis interruptis. *Mill. dict.*

Ophi-

Ophioxylon americanum, foliis oblongis mucronatis leviter ſerratis bardanæ inſtar ſubtus lanuginoſis. *Pluk. alm.* 270. *t.* 210. *f.* 1.
*Habitat in* America. ♄.

## EXACUM.

1. EXACUM floribus ſeſſilibus. *Fl. zeyl.* 61. * ſeſſile.
Exacum. *Amœn. acad.* 1. *p.* 391. *
Centaurium minus aureum, floſculis numeroſis, æthiopicum. *Pluk. alm.* 57. *t.* 275. *f.* 3?
*Habitat in* Aſia & Africa.

2. EXACUM floribus pedunculatis. pedunculatum.
Centaurium minus hypericoides, flore luteo, lini capitulis. *Pluk. mant.* 43. *t.* 343. *f.* 3.
*Habitat in* India. ⊙.

## PLANTAGO.

* *Scapo nudo.*

1. PLANTAGO foliis ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. major.
Plantago foliis ovatis glabris. *Hort. cliff.* 43. *Fl. ſvec.* 122, 129. *Mat. med.* 49. *Roy. lugdb.* 401. *Hall. helv.* 470. *Dalib. pariſ.* 50.
Plantago ſcapo ſpicato, foliis ovatis. *Fl. lapp.* 62.
Plantago latifolia ſinuata. *Bauh. pin.* 189.
Plantago major. *Cam. epit.* 261.
β. Plantago latifolia glabra minor. *Bauh. pin.* 189.
γ. Plantago latifolia roſea, floribus quaſi in ſpica diſpoſitis. *Bauh. pin.* 189. *Hort. upſ.* 29.
δ. Plantago latifolia, ſpica multiplici ſparſa. *Bauh. pin.* 189.
ε. Plantago latifolia roſea, flore expanſo. *Bauh. pin.* 189.
*Habitat in* Europa *&* Japonia *ad vias.* ♃.

2. PLANTAGO foliis ovatis glabris, ſcapo angulato, ſpica floſculis diſtinctis. aſiatica.
*Habitat in* China, Sibiria.
*Planta ita refert* P. majorem, *ut quivis facile eandem diceret. At differt* Spica *longiore, floribus remotis & diſtantibus*, Foliis *ſæpius baſi ſubdentatis*, Scapo *angulato.*

3. PLANTAGO foliis ovato-lanceolatis pubeſcentibus, ſpica cylindrica, ſcapo tereti. *Hort. cliff.* 35. media.

*Fl. ſvec.* 123, 130. *Roy. lugdb.* 401. *Hall. helv.* 472. *Dalib. pariſ.* 50.
Plantago latifolia incana. *Bauh. pin.* 189.
Plantago major incana. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 109.
β. Plantago latifolia hirſuta minor. *Bauh. pin.* 189.
Plantago latifolia incana, ſpicis variis. *Bauh. pin.* 189. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 15. *f.* 7.
*Habitat in* Europæ *paſcuis ſterilibus apricis argilloſis.* ♃.
*Folia non dentata, Calyces glabri, Filamenta purpuraſcentia.*

virginica. 4. PLANTAGO foliis lanceolato-ovatis pubeſcentibus ſubdenticulatis, ſpicis cylindricis pubeſcentibus, ſcapo angulato. *Gron. virg.* 16.
Plantago media incana virginiana, ſerratis foliis, annua. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 259. *ſ.* 8. *t.* 15. *f.* 8.
Plantago virginiana, piloſellæ foliis anguſtis, radice turbinata. *Pluk. alm.* 298.
Plantago mariana, ſpica prætenui. *Pet. gaz.* 1. *t.* 1. *f.* 10.
Plantago myoſotis ſ. trinervia hirſuta carolina. *Raj. hiſt.* 2. *p.* 188.
*Habitat in* Virginia. ☉.

altiſſima. 5. PLANTAGO foliis lanceolatis quinquenerviis dentatis glabris, ſcapo ſubangulato, ſpica oblongo-cylindrica.
Plantago montana, craſſo glabro canaliculato tenuioreque folio, profundiſſime radicata. *Till. piſ.* 146.
*Habitat in* Italia. ♃.
Scapus *ſcaber, tripedalis.* Folia *ſeſquipedalia, obtuſe dentata, craſſa, glabra; dentibus remotis, obtuſis.* Spica *cylindrica, longa.*

lanceolata. 6. PLANTAGO foliis lanceolatis, ſpica ſubovata nuda, ſcapo angulato. *Vir. cliff.* 9. *Hort. cliff.* 36. *Fl. ſvec.* 124, 131. *Roy. lugdb.* 401. *Hall. helv.* 471. *Dalib. pariſ.* 50.
Plantago anguſtifolia major. *Bauh. pin.* 189.
Plantago minor. *Dod. pempt.* 102.
β. Plantago trinervia, folio anguſtiſſimo. *Bauh. pin.* 189. *prodr.* 98.
γ. Plantago anguſtifolia major, caulium ſummitate folioſa. *Bauh. pin.* 189.

ε. Plan-

ε. Plantago argentea anguſtifolia e rupe victoriæ. *Tournef. inſt.* 127.
*Habitat in* Europæ *campis ſterilibus.* ♃.

7. PLANTAGO foliis lanceolatis obſolete denticulatis, ſpica ſubrotunda hirſuta, ſcapo tereti. lagopus.
Plantago anguſtifolia, paniculis lagopi. *Baub. pin.* 189. *prodr.* 98. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 16. *f.* 13.
Plantago Catanance. *Rauw. itin.* 4. *t.* 6
*Habitat in* G. Narbonenſi, Hiſpania, Luſitania. ♃.
Folia *enervia, ſubtus pubeſcentia, apice denticulisque obſoletis fuſca.* Scapus *teres.* Spica *ſubgloboſa Calycibus hirſutis,* Corollis *limbo lævibus.*

8. PLANTAGO foliis lanceolatis obliquis villoſis, ſpica cylindrica erecta, ſcapo tereti foliis longiore. albicans.
Plantago foliis lanceolato-linearibus, ſcapo longitudine foliorum, ſpica oblonga. *Hort. cliff.* 37. *Roy. lugdb.* 401.
Plantago foliis lanceolato-linearibus, ſcapo foliis duplo longiore, ſpica oblonga. *Sauv. monſp.* 26.
Holoſteum hirſutum albicans majus, *Baub. pin.* 190.
Holoſteum ſalmanticenſe majus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 110.
β. Holoſteum hirſutum albicans minus. *Baub. pin.* 190.
*Habitat in* Hiſpaniæ & Narbonæ *aridis.* ♃.

9. PLANTAGO foliis linearibus planis hirſutis, ſpica oblonga erecta. alpina.
Plantago foliis linearibus, ſpica oblonga. *Hall. helv.* 471. *Scop. carn.* 281.
Holoſteum hirſutum nigricans. *Baub. pin.* 190.
*Habitat in* Helvetiæ, Auſtriæ *Alpibus.* ♃.
*Scapus hirſutus. Spica ante floreſcentiam cernua. Folia ſubtus convexa.*

10. PLANTAGO foliis linearibus, ſcapo tereti breviſſimo lanato, ſpica ſubrotunda nutante. *Hort. cliff.* 36. *Roy. lugdb.* 401. cretica.
Plantago cretica minima tomentoſa, caule adunco. *Tournef. cor.* 5.
Holoſteum ſ. Leontopodium creticum. *Baub. pin.* 190.
Leontopodium creticum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 11.
*Habitat in* Creta.

11. PLANTAGO foliis ſemicylindraceis integerrimis: baſi lanatis, ſcapo tereti. *Fl. ſuec.* 127, 133. maritima.

Plantago ſcapo ſpicato, foliis linearibus ſubtus convexis. *Fl. lapp.* 63. *Lob. obſ.* 163.

Coronopus maritimus major. *Bauh. pin.* 190.

*Habitat in littoribus maritimis* Europæ, Americæ *borealis* ♃.

*Baſis foliorum piloſa eſt, unde affinitas ſumma ſpecierum* 7. 8. 9. 11. 12. *ſed quæ vis naturæ efficeret tam varias? an locus; an copula?*

ſubulata, 12. PLANTAGO foliis ſubulatis triquetris ſtriatis ſcabris, ſcapo tereti. *Roy. lugdb.* 402.

Plantago foliis triangulari-priſmaticis. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 428.

Holoſteum, ſtrictiſſimo folio, minus. *Bauh. pin.* 191.

Serpentina omnium minima. *Lob. ic.* 439.

β. Holoſteum maſſilienſe *Bauh. pin.* 190.

*Habitat in maritimis* Mediterranei *arenoſis.* ♃.

Folia *conferta, filiformia, acuta, ſupra plana, margine ſcabra aculeis vix conſpicuis, ad radicem lana.* Scapus *teres, foliis longior, minime glaber.* Spica *ovato-oblonga, non villoſa.*

ſerraria, 13. PLANTAGO foliis lanceolatis quinquenerviis dentato-ſerratis, ſcapo tereti.

Plantago apula laciniata bulboſa. *Col. ecphr.* 1. *p.* 258. *t.* 259. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 260. *ſ.* 8. *t.* 16. *f.* 19.

*Habitat in* Apulia, Mauritania. *Brander.* ♃.

Folia *lanceolata, quinquenervia, ſtriata, ſubpubeſcentia, ſubpetiolata, dentibus argutis ſerrata.* Scapus *teres, pubeſcens.*

Coronopus, 14. PLANTAGO foliis linearibus dentatis, ſcapo tereti.

Plantago foliis linearibus pinnato-dentatis. *Hort. cliff.* 37. *Fl. ſuec.* 126, 134. *Roy. lugdb.* 401. *Dalib. pariſ.* 50.

Coronopus ſylveſtris hirſutior. *Bauh. pin.* 190.

Herba ſtella. ſ. Cornu Cervinum. *Dod. pempt.* 109.

β. Coronopus hortenſis. *Bauh. pin.* 190.

*Habitat in* Europæ *glareoſis.*

löflingii, 15. PLANTAGO foliis linearibus ſubdentatis, ſcapo tereti, ſpica ovata: bracteis carinatis membranaceis. *Læf. it.* 124. *

Plantago marina. *Pet. herb.* 3. *f.* 9. *Raj. angl.* 3. *p.* 315.

*Habitat in* Hiſpaniæ *collibus agrorumque marginibus.* ☉.

*Dif-*

*Differt a* P. Coronopo *quod ſit minor & praecocior: Spica ovata; ejus vero longa.* Floribus *rarius imbricatis: bracteis glabris navicularibus; ejus vero ſubulatis anguſtiſſimis pubeſcentibus. Staminibus brevioribus. Calycis foliolis acutioribus. Colore corollæ magis fuſco. Foliis linearibus, nec lanceolatis, parce dentatis. Scapus piloſus eſt. Lœfl.*

16. PLANTAGO ſcapo unifloro. *Fl. lapp.* 64. *Fl. ſvec.* 128, 135. *Dalib. pariſ.* 50. uniflora.

Plantago floribus femineis ſesſilibus ad exortum ſcapi uniflori maris. *Juſſ. act.* 1742. *p.* 131. *t.* 7. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 26.

Gramen junceum, capitulis quatuor longiſſimis filamentis donatis. *Pluk. alm.* 180. *t.* 35. *f.* 2. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 30.

*Habitat ad* Europæ *littora lacuum.*

* * *Caule ramoſo.*

17. PLANTAGO caule ramoſo herbaceo, foliis ſubdentatis recurvatis, capitulis aphyllis. *Hort. upſ.* 28. *Mat. med.* 50. Pſyllium.

Plantago caule ramoſo. *Virid. cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 401.

Pſyllium majus erectum. *Bauh. pin.* 191.

Pſyllium. *Dod. pemt.* 115.

*Habitat in* Europa *auſtrali, inter ſegetes.* ☉.

Caules *diffuſi, villoſi.* Folia *inferiora oppoſita; ſuperiora terna ſ. quaterna; linearia, recurva, dentata, villoſo-viſcida.* Pedunculi *folio longiores.* Capitula *aphylla* Bracteis & *calycinis foliolis linearibus.*

18. PLANTAGO caule ramoſo herbaceo, foliis integerrimis reflexis, capitulis folioſis. *Hort. upſ.* 29. indica.

Kali 111. *Alp. ægypt.* 128?

*Habitat in* Ægypto. ☉.

Caulis *altus, villoſus, diffuſus.* Folia *linearia, integerrima, deflexa, longiſſima, nuda, baſi multum villoſa, oppoſita; ſuperiora ſæpe terna.* Pedunculi *longi.* Capituli *ſquamæ quatuor infimæ enatæ in foliola lanceolata, capitulo ſæpe longiora.* Bracteæ *inter floſculos cuneiformes, retuſæ, concavæ, lateribus dilatatæ.*

19. PLANTAGO caule ramoſo fruticoſo, foliis filiformibus integerrimis ſtrictis, capitulis ſubfoliatis. Cynops

 Plan-

Plantago perennis, foliis integerrimis, caule ramoſo diffuſo. *Hort. cliff.* 47.
Pſyllium ſempervirens. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 262. *ſ.* 8. *t.* 17. *f.* 1.
Pſyllium majus ſupinum. *Baub. pin.* 191. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 513.
*Habitat in* Gallo-provincia, Italia. ♄.
Caulis *palmaris, durus, lignoſus, fruticoſus, purpuraſcens, nudus.* Folia *oppoſita, ſubulata ſ. filiformia, canaliculato-trigona, erecta, integerrima, ſubvilloſa.* Pedunculi *axillares, longitudine foliorum.* Capituli *ſquamæ infimæ mucronatæ, patulæ, mediocres.* Bracteæ, *inter floſculos, ovatæ, concavæ.*

afra. 20. PLANTAGO caule ramoſo fruticoſo, foliis lanceolatis dentatis, capitulis aphyllis.
Pſyllium, foliis crenatis, indicum. *Baub. pin.* 191. *prodr.* 99. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 262. *ſ.* 8. *t.* 19. *f.* 4. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 513.
Pſyllium foliis laciniatis. *Bocc. ſic.*
*Habitat in* Sicilia, Barbaria. ♄.
Caulis *pedalis, fruteſcens, erectus, pubeſcens.* Folia *lanceolata, dentata, ſubvilloſa, ſtriata.* Spicæ *aphyllæ, plures ad apices ramorum.*

## SCOPARIA.

dulcis. 1. SCOPARIA foliis ternis, floribus pedunculatis.
Capraria foliis ternis, corollis quadripartitis. *Hort. cliff.* 320. *Roy. lugdb.* 301.
Samoloides. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 265. *
Veronica americana erecta fruteſcens & ramoſa. *Herm. parad.* 241. *t.* 241.
Veronica fruticoſa erecta dulcis, hexangulari caule. *Sloan. jam.* 81. *hiſt.* 1. *p.* 195. *t.* 108. *f.* 2.
Phytenoides americanum, flore albo tetrapetalo. *Pluk. alm.* 296. *t.* 215. *f.* 1.
β. Tupeicava. *Piſ. braſ.* 246.
*Habitat in* Jamaica, Curaſſao. ☉.
*Planta Piſonis in herbario ſubvilloſa erat.*

procumbens 2. SCOPARIA foliis quaternis, floribus ſeſſilibus. *Jacqu. amer.* 12.
*Habitat in* America *calidiore.* ☉.

RHA-

## RHACOMA.

1. RHACOMA. *Amœn. acad.* 5. *p.* 393. * Croſſopetalum.
Croſſopetalum fruticoſum tenue, foliis ovatis tenuiſſime denticulatis. *Brown. jam.* 145. *t.* 17. *f.* 1.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

## CENTUNCULUS.

1. CENTUNCULUS. *Dill. giſſ.* 161. *gen.* 111. *E. N. C.* 5. *app.* 92. *t.* 10. *f.* 31. minimus.
Centunculus foliis alternis ovatis. *Fl. ſvec.* 129, 136. *Dalib. pariſ.* 52.
Anagallidiaſtrum exiguum, foliis lanceolatis alternis. *Mich. gen.* 14. *t.* 18.
Anagallis paludoſa minima. *Vaill. pariſ.* 12. *t.* 4. *f.* 2.
Alſine paluſtris minima, floſculis albis. *Mentz. pug. t.* 4. *f.* 5.
*Habitat in* Italiæ, Galliæ, Germaniæ, Scaniæ *arenoſis ſubudis.* ☉.

## SANGUISORBA.

1. SANGUISORBA ſpicis ovatis. *Hort. cliff.* 39. *Fl. ſvec.* 130, 137. *Mat. med.* 51. *Roy. lugdb.* 240. *Dalib. pariſ.* 51. officinalis.
Pimpinella ſangviſorba major. *Bauh. pin.* 160.
Pimpinella ſylveſtris ſ. ſangviſorba major. *Dod. pempt.* 105.
β. Pimpinella major rigida prælta auriculata ſubnuda. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 19. *t.* 7.
*Habitat in* Europæ *pratis ſiccioribus.* ♃.

2. SANGUISORBA ſpicis cylindricis. †. media.
Sanguiſorba tetraſtemon, ſtaminibus tubo longioribus, ſpicis cylindricis. *Zinn. gœt.* 239.
Pimpinella minor de canada. *Zanon. hiſt. t.* 138.
Pimpinella canadenſis major, ſpica breviore rubra, foliis lævibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 264. *ſ.* 8. *t.* 18. *f.* 2.
*Habitat in* Canada. ♃.
*Spicæ cylindricæ longiores, & ſtamina longiora, quam in officinali.*

3. SANGUISORBA ſpicis longiſſimis. *Hort. cliff.* 39. *Roy. lugb.* 240. canadenſis.
Pimpinella ſanguiſorba canadenſis major, ſpica longiore alba. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 264. *ſ.* 8. *t.* 18. *f.* 12.

Pimpinella maxima canadenſis longius ſpicata. *Corn. canad.* 175. *t.* 174. *Barr. rar.* 18. *f.* 739.
*Habitat in* Canada. ♃.

## CISSUS.

vitiginea. 1. CISSUS foliis cordatis ſubquinquelobis tomentoſis.
Ciſſus. *Fl. zeyl.* 60. * *Amœn. acad.* 1. *p.* 390. *
Arbuſcula baccifera circumplicatilis, vitigineo folio ſubtus lanato, fructu racemoſo fervidiore odoro. *Pluk. mant.* 27. *t.* 337. *f.* 2.
Funis crepitans. *Rumph. amb.* 5. *p.* 446. *t.* 164.
Schunambu-valli. *Rheed. mal.* 7. *p. t.* 11.
*Habitat in* India. ♄.

Cordifolia. 2. CISSUS foliis cordatis integerrimis.
Vitis folio ſubrotundo, uva corymboſa cærulea. *Plum. gen.* 18. *ic.* 159. *f.* 3.
*Habitat in* America.

Sicyoides. 3. CISSUS foliis ovatis nudis ſetaceo-ſerratis.
Irſiola ſcandens, foliis oblongo-ovatis ad margines denticulis ſetaceis. *Brown. jam.* 147. *t.* 4. *f.* 1, 2.
Bryonia alba geniculata, violæ foliis, baccis e viridi-purpuraſcentibus. *Sloan. jam.* 106. *hiſt.* 1. *p.* 233. *t.* 144. *f.* 1. *Raj. ſuppl.* 347.
*Habitat in* Jamaica.

acida. 4. CISSUS foliis ternatis oblongis carnoſis inciſis.
Sicyos trifoliata. *Sp. pl.* 1. *p.* 1013.
Irſiola triphylla ſcandens & claviculata, foliis craſſis ſerratis. *Brown. jam.* 147.
Bryonia alba triphylla geniculata, foliis craſſis acidis. *Sloan. jam.* 106. *hiſt.* 1. *p.* 233. *t.* 142. *f.* 6. *Raj. ſuppl.* 347.
Bryonioides trifoliatum indicum, foliis ſucculentis craſſis & crenatis. *Pluk. alm.* 71. *t.* 152. *f.* 2.
Vitis trifolia minor corymboſa, acinis nigrioribus turbinatis. *Plum. ſpec.* 18. *t.* 259. *f.* 5.
*Habitat in* America.

trifoliata. 5. CISSUS foliis ternatis ſubrotundis ſubdentatis.
Irſiola triphylla ſcandens, foliis ovatis ſubdentatis petiolo communi marginato, calycibus majoribus. *Brown. jam.* 147.

Bry-

Bryonia alba triphylla maxima. *Sloan. jam.* 106. *hiſt.* 1. *p.* 233. *t.* 144. *f.* 2. *Raj. ſuppl.* 347.
*Habitat in* Jamaica.

## EPIMEDIUM.

1. EPIMEDIUM. *Hort. cliff.* 37. *Hort. upſ.* 29. *Roy. lugdb.* 402. *Dod. pempt.* 599. *Lob. hiſt.* 176. alpinum.
*Habitat in Alpium* Euganeorum, Ligurinorum, Grettanenſium, Pontebarum *umbroſis.* ♃.

## CORNUS.

1. CORNUS arborea, involucro maximo: foliolis obcordatis. *Hort. cliff.* 38. *Hort. upſ.* 29. *Roy. lugdb.* 249. *Gron. virg.* 17. *Kalm. it.* 2. *p.* 321. & 3. *p.* 104. florida.
Cornus mas virginiana, floſculis in corymbo digeſtis a perianthio tetrapetalo albo radiatim cinctis. *Pluk. alm.* 120. *t.* 26. *f.* 3. *Catesb. carol.* 27. *t.* 27.
*Habitat in* Virginiæ *ſylvis.* ♄.

2. CORNUS arborea, umbellis involucrum æquantibus. *Hort. cliff.* 38. *Hort. upſ.* 29. *Roy. lugdb.* 249. *Dalib. pariſ.* 52. mas.
Cornus ſylveſtris mas. *Bauh. pin.* 447.
Cornus mas pumilio. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 13.
β. Cornus hortenſis mas. *Bauh. pin.* 447.
*Habitat in ſepibus* Auſtriæ. ♄.

Germ. Cornel-baum; ... Gall. Cornier, Cornoullier, ... Angl. the male Cornel-tree, Cornelian-cherry. Bat. Cornoelie.

3. CORNUS arborea, cymis nudis. *it. W-goth.* 32. ſanguinea.
Cornus umbellis involucro multoties longioribus. *Hort. cliff.* 38. *Roy. lugdb.* 249. *Hall. helv.* 463. *Dalib. pariſ.* 52. *Fl. ſvec.* 131.
Cornus femina. *Bauh. pin.* 447.
Virga ſanguinea. *Dod. pempt.* 782.
*Habitat in* Europæ, Aſiæ, Americæ *borealis dumetis.* ♄.

4. CORNUS herbacea, ramis binis. *Fl. lapp.* 65. *t.* 5. *f.* 3. *Fl. ſvec.* 132, 138. *Roy. lugdb.* 249. *Oed. dan. t.* 5. ſuecica.
Cornus pumila herbacea, Chamæpericlymenum dicta. *Dill. elth.* 108. *t.* 91.
Periclymenum humile. *Bauh. pin.* 302. norvegicum. *Bauh. pin.* 302. *Buxb. act.* 3 *p.* 268.
*Habitat in* Svecia, Norvegia, Ruſſia. ♃.

5. COR-

canadenſis. 5. CORNUS herbacea, ramis nullis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 157.
Pyrola, alſines flore, braſiliana. *Bauh. prodr.* 100. *pin.* 191. *Burſ. X.* 106.
*Habitat in* Canada. ♃.
*Involucrum, quam in priore, longius.*

## FAGARA.

Pterota. 1. FAGARA foliolis emarginatis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 393. *
Schinus foliis pinnatis: foliolis oblongis, petiolo marginato articulato inermi. *Mat. med.* 533. *Sp. pl.* 1. *p.* 389.
Pterota ſubſpinoſa, foliis minoribus per pinnas marginato-alatas diſpoſitis, ſpicis geminatis alaribus. *Brown. jam.* 146. *t.* 5. *f.* 1.
Lauro affinis, jaſmini alato folio, coſta media membranulis utrinque exſtantibus alata, ligno duritie ferro vix cedens. *Sloan. jam.* 137. *hiſt.* 2. *p.* 25. *t.* 162. *f.* 1. *Raj. dendr.* 86.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

Tragodes. 2. FAGARA articulis pinnarum ſubtus aculeatis. *Jacq. amer.* 13.
Schinus tragodes. *Sp. pl.* 1. *p.* 369.
Schinoides petiolis ſubtus aculeatis. *Hort. cliff.* 489. *
Rhus obſoniorum ſimilis leptophyllos tragodes americana ſpinoſa, rachi medio appendiculis aucto, *Pluk. alm.* 319. *t.* 107. *f.* 4?
*Habitat in* America. ♄.
*Præcedenti nimis affinis.*

Piperita. 3. FAGARA foliolis crenatis. †.
Piper japonicum Sio & Sanſio. *Kæmpf. amœn.* 892. *t.* 893.
*Habitat in* Japonia. ♄.

## TOMEX.

tomentoſa. 1. TOMEX.
Tomex tomentoſa. *Fl. zeyl.* 59. * *Amœn. acad.* 1. *p.* 389.
Arbor malabarica Illa dicta. *Burm. zeyl.* 26.
*Habitat in* India. ♄.

PTE-

## PTELEA.

1. PTELEA foliis ternatis. *Mill. dict.* 211. trifoliata.
Ptelea. *Hort. cliff.* 36.
Pteleæ ſimilis. *zinn. gœtt.* 207. *
Frutex virginianus trifolius, ulmi ſamaris. *Pluk. alm.* 159. *Dill. elth.* 147. *f.* 122. *f.* 148.
*Habitat in* Virginia. ♄.

2. PTELEA foliis ſimplicibus. viſcoſa.
Dodonæa *Hort. cliff.* 144. *Fl. zeyl.* 141. * *Roy. lugdb.* 206. *Jacq. amer.* 19.
Triopteris erecta fruticoſa, foliis oblongis acuminatis, ramulis gracilibus. *Brown. jam.* 191. *t.* 18. *f.* 1.
Aceri ſ. Paliuro affinis, anguſto oblongo liguſtri folio, flore tetrapetalo herbaceo. *Sloan. jam.* 138. *hiſt.* 2. *p.* 27. *t.* 162. *f.* 3. *Raj. dendr.* 94.
Caryophyllaſter litoreus. *Rumph. amb.* 4. *p.* 110. *t.* 50.
Carpinus viſcoſa, ſalicis folio integro oblongo. *Burm. zeyl.* 55. *t.* 23.
Arbuſcula viſcoſa, æleagni foliis læte virentibus, americana tricoccos. *Pluk. phyt.* 141. *f.* 1.
*Habitat in* Indiis, *locis arenoſis.* ♄.
*Hanc arborem idem genus cum Ptelea agnoſcere obſervavit B. Juſſiæus, at Florem trifidum hexandrum Brownius, & quadrifidum octandrum Jacquin tribuit, mihi non floruit.*

## LUDVIGIA.

1. LUDVIGIA foliis alternis lanceolatis. alternifolia.
Ludvigia capſulis cubicis apice perforatis. *Hort. upſ.* 30.
Ludvigia capſulis ſubrotundis. *Hort. cliff.* 491. *Roy. lugdb.* 252.
Ludvigia. *Gron. virg.* 17.
Lyſimachia non pappoſa, flore luteo majore, ſiliqua caryophylloide minore, ex virginia. *Pluk. alm.* 235. *t.* 203. *f.* 2.
Frutex ſaligneis foliis, caule purpureo, capſularis. *Pluk. amalt.* 99. *t.* 412. *f.* 1.
*Habitat in* Virginia. ☉.

2. LUDVIGIA foliis oppoſitis lanceolatis, capſulis pedunculatis. perennis.
Ludvigia caule diffuſo, foliis lanceolatis, capſulis pedunculatis folio dimidio brevioribus. *Fl. zeyl.* 66. *

Ca-

Carambu. *Rheed mal.* 2. *p.* *t.* 49.
*Habitat in* India. ♃.

## OLDENLANDIA.

uniflora. 1. OLDENLANDIA pedunculis ſimpliciſſimis, fructibus hiſpidis.
Oldenlandia calycibus fructuum maximis coloratis. *Gron. virg.* 138.
Oldenlandia aquatica, foliis obovatis oppoſitis, floribus ſingularibus ad alas. *Brown. jam.* 146.
Alſine aquatica major repens, foliis acuminatis, virginiana. *Pluk. alm.* 20. *t.* 74. *f.* 5. *mala.*
*Habitat in* Virginia, Jamaicæ *aquoſis.*
Caules *ramoſo-ſubdiviſi, repentes.* Folia *oppoſita, lanceolato-ovata, ſubpetiolata, integerrima.* Flores *axillares, pauci, pedunculis propriis.* Germina *hiſpida.*

biflora. 2. OLDENLANDIA pedunculis bifloris petiolo longioribus, foliis lanceolatis. *Fl. zeyl.* 68 *
*Habitat in* India. ☉.

umbellata. 3. OLDENLANDIA umbellis nudis lateralibus alternis, foliis linearibus. *Fl. zeyl.* 67. *
Lyſimachiæ adfinis, ſaturejæ folio, maderaſpatenſis, capſulis in ſummitate fere umbellatis. *Pluk. alm.* 236. *t.* 119. *f.* 4.
*Habitat in* India. ♃.

corymboſa. 4. OLDENLANDIA pedunculis multifloris, foliis lineari-lanceolatis. †
Oldenlandia caule tenerrimo, foliis linearibus oppoſitis, ramulis minimis floriferis, pedunculis ramoſis & ſimplicibus. *Brown. jam.* 146.
Oldenlandia humilis hyſſopifolia. *Plum. gen.* 42. *ic.* 212. *f.* 1. *Ehret. pict. t.* 2. *f.* 1.
*Habitat in* America *meridionali.* ☉.

## AMMANNIA.

latifolia. 1. AMMANNIA foliis ſemiamplexicaulibus, caule tetragono. *Hort. cliff.* 344. *Hort. upſ.* 30.
Ammannia paluſtris, caule quadrangulari, foliis anguſtis. *Amm. herb.* 344.
Iſnardia foliis ſeſſilibus lanceolatis quaſi auritis, floribus ternis. *Brown. jam.* 148.

Apa-

Aparines folio anomala, vaſculo ſeminali rotundo, ſemine minutiſſimo. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 44. *t.* 7. *f.* 4.
*Habitat in* Caribæis, *locis humidis.* ⊙.

2. AMMANNIA foliis ſubpetiolatis, caule ramoſo. ramoſior.
Ludvigia aquatica erecta, caule rubente, foliis ad genicula binis longis anguſtis hyſſopi inſtar, flore tetrapetalo albo. *Clayt.* 774.
*Habitat in* Virginia. *D. Gronovius.* ⊙.
Planta *pedalis, inferne Ramis oppoſitis, teretibus, ſimplicibus.* Calyces *ex alis foliorum ſolitarii (nec ut in præcedenti terni), ad apices ramorum magis conferti & ferme ſpicati.*

3. AMMANNIA foliis ſubpetiolatis, capſulis calyce majoribus coloratis. baccifera.
Anonymos, linariæ folio, orientalis, gallii lutei flore, herba capſularis verticillata. *Pluk. alm.* 33. *t.* 136. *f.* 2? *at non ramoſa.*
*Habitat in* China. *Osbeck.* ⊙.
Planta *tenera, digiti longitudine, erecta, absque ramis; Caule rufeſcente, tereti.* Folia *oppoſita, lanceolata, ſubpetiolata, integerrima.* Flores *verticillati, ad axillas foliorum plurimi, propriis pedunculis inſidentes, minimi.* Capſula *globoſa, rubra, calyce major.*

## ISNARDIA.

1. ISNARDIA. *Dalib. pariſ.* 53. paluſtris.
Dantia paluſtris. *Petit. gen.* 49. *t.* 49.
Dantia foliis ſubovatis pediculatis, floribus in foliorum alis ſeſſilibus. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 115.
Ocymophyllum. *Buxb. act.* 4. *p.* 277. *t.* 27.
Oldenlandia aquatica, foliis obovatis oppoſitis, floribus ſingularibus ad alas. *Brown. jam.* 146.
Glaux major paluſtris, flore herbaceo. *Moriſ. præl.* 268. *Raj. hiſt.* 1102. *ſuppl.* 635. *Bocc. muſ.* 105. *t.* 84. *f.* 2.
Alſine paluſtris rotundifolia repens, foliis portulacæ pingvibus. *Lind. alſat.* 114. *t.* 2.
*Habitat in* Galliæ, Alſatiæ, Ruſſiæ, Jamaicæ, Virginiæ *fluviis.* ⊙.

## TRAPA.

1. TRAPA. natans.
Trapa petiolis foliorum natantium ventricoſis. *Hort. cliff.*

*cliff.* 483. *Fl. ſvec.* 134, 140. *Mat. med.* 52. *Dalib. pariſ.* 52.
Tribulus aquaticus. *Bauh. pin.* 194. *Cam. epit.* 715.
Panover-Tſieraua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 65. *t.* 33.
*Habitat in* Europæ *auſtralis*, Aſiæque *ſtagnis limoſis.* ⊙.

## DORSTENIA.

Contrajerva, 1. DORSTENIA acaulis, foliis pinnatifido-palmatis, ſerratis, floribus quadrangulis.
Dorſtenia ſcapis radicatis. *Hort. cliff.* 32. *Mat. med.* 53.
Dorſtenia dentariæ radice, ſphondylii folio, placenta ovali. *Houſt. act. n.* 421. *f.* 1.
Dorſtenia ſphondylii folio, dentariæ radice. *Plum. gen.* 29. *ic.* 119.
Drakena radix. *Cluſ. exot.* 83.
Cyperus longus odoratus peruanus. *Bauh. pin.* 14.
Tuzpatlis. *Hern. mex.* 147.
*Habitat in* nova Hiſpania, Mexico, Peru, Tabago, *inſula* Vicentii. ♃.

Drakena, 2. DORSTENIA acaulis, foliis pinnatifido-palmatis integerrimis, floribus ovalibus.
Dorſtenia dentariæ radice, ſphondylii folio, placenta ovali. *Houſt. act. n.* 421. *f.* 1.
*Habitat in* Vera Cruce. ♃.

houſtoni, 3. DORSTENIA acaulis, foliis cordatis angulatis acutis, floribus quadrangulis.
Dorſtenia dentariæ radice, folio minus laciniato, placenta quadrangulari & undulata. *Houſt. act. angl.* 421. *f.* 2.
*Habitat in* Campechia. ♃.

cauleſcens, 4. DORSTENIA pedunculis caulinis. *Hort. cliff.* 32.
Parietaria racemoſa, foliis ad oras villoſis. *Plum. ſpec.* 10. *ic.* 120. *f.* 1.
*Habitat in* America *meridionali.* ♃.

## ELÆAGNUS.

anguſtifolia. 1. ELÆAGNUS foliis lanceolatis. *Roy. lugdb.* 250. *Hort. upſ.* 31.
Elæagnus. *Cam. epit.* 106. *Hort. cliff.* 38.
Olea ſylveſtris, folio molli incano. *Bauh. pin.* 472.
*Ha-*

*Habitat in* Bohemia, Hiſpania, Syria, Cappadocia, *inque* Aquis ſextiis *locis ſubhumidis.*

2. ELÆAGNUS foliis ellipticis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 305. * ſpinoſa.
Elæagnus matthioli, incolis Seiſeſum. *Rauw. it.* 112, 276.
*Habitat in* Ægypto. ♄.

3. ELÆAGNUS foliis ovatis. *Roy. lugdb.* 250. *Fl. zeyl.* 58. latifolia.
Eleachnus foliis rotundis maculatis. *Burm. zeyl.* 92. *t.* 39. *f.* 2.
*Habitat in* Zeylona. ♄.

## BRABEJUM.

1. BRABEJUM. *Hort. cliff.* 36. *Roy. lugdb.* 400. ſtellatifolium.
Amygdalus æthiopica, fructu holoſericeo. *Breyn. cent.* 1. *t.* 1.
Arbor æthiopica hexaphylla, foliis circa caulem ad intervalla ſenis. *Pluk. alm.* 47. *t.* 265. *f.* 3.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

## KRAMERIA.

1. KRAMERIA. *Lœfl. it* 195. * Ixina.
*Habitat in* Cumana *Americæ.* ♄.
Folia *alterna, lanceolata.* Racemus *terminalis floribus alternis.*

## RIVINA.

1. RIVINA floribus tetrandris. humilis.
Rivina. *Hort. cliff.* 35. *Roy. lugdb.* 207.
α. Rivina humilis racemoſa, baccis puniceis. *Plum. gen.* 48. caneſcens.
Solanoides americana, circææ foliis caneſcentibus. *Tournef. act.* 1706.
Solanum barbadenſe racemoſum minus tinctorium. *Pluk. alm.* 353. *t.* 112. *f.* 2.
Amarantus baccifer, circææ foliis. *Comm. hort.* 1. *p.* 127. *t.* 66.
*Habitat in* Caribæis, Jamaica, Barbados. ♄.

2. RIVINA floribus octandris dodecandrisve. *Amœn. acad.* 4. *p.* 305. * *Lœfl. it.* 207. octandra.

Rivina ſcandens racemoſa, amplioribus ſolani foliis, baccis violaceis. *Plum. gen.* 48. *ic.* 241.
Rivina ſarmentoſa, ſarmentis craſſioribus, foliis ovatis, floribus ſpicatis dodecandris. *Brown. jam.* 149. *t.* 23. *f.* 2.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

## SALVADORA.

perſica. 1. SALVADORA. *Garc. act. angl.* 1749. *n.* 491. *Amœn. acad.* 3. *p.* 21.
Rivina paniculata. *Syſt. nat.* 10. *p.* 899.
*Habitat ad* Sinum Perſicum, India *in* orientali. ♄.
*Frutex* foliis *oppoſitis*, Racemo *terminali* compoſito.

## CAMPHOROSMA.

monſpeliaca. 1. CAMPHOROSMA foliis hirſutis linearibus. *Amœn. acad.* 1. *p.* 392. *Mat. med.* 43.
Camphoroſma. *Sauv. monſp.* 45.
Selago caule procumbente, foliis ſparſis. *Hort. cliff.* 321. *Roy. lugdb.* 300.
Camphorata hirſuta. *Bauh. pin.* 486. *Tournef. act.* 1705. *p.* 313. *Buxb. cent.* 1. *p.* 18. *t.* 28. *f.* 1.
Camphorata monſpelienſium. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 379. *Lob. adv.* 174.
*Habitat in* Hiſpaniae, Narbonae, Tatariae *arenoſis.*

acuta. 2. CAMPHOROSMA foliis ſubulatis rigidis glabris. *Amœn. acad.* 1. *p.* 393.
Camphora altera. *Tabern. hiſt.* 57.
Camphoratæ congener. *Bauh. pin.* 486. (*variæ*)
Anthylis altera italorum. *Lob. ic.* 404. *Dalech. hiſt.* 1150.
*Habitat in* Italia, Tataria. ♃.

glabra. 3. CAMPHOROSMA foliis ſubtriquetris glabris inermibus. *Amœn. acad.* 1. *p.* 393.
Camphorata foliis confertiſſimis inermibus lævibus. *Hall. helv.* 193.
Camphorata glabra. *Bauh. pin.* 286. *Dalech. hiſt.* 1179.
*Habitat in* Helvetia. ♃.

## ALCHEMILLA.

vulgaris. 1. ALCHEMILLA foliis lobatis. *Fl. ſvec.* 135, 141. *Mat. med.* 54.

Al-

Alchemilla foliis palmatis. *Hort. cliff.* 38. *Roy. lugdb.* 231.
Alchemilla foliis ſimplicibus. *Fl. lapp.* 66.
β. Alchemilla vulgaris. *Baub. pin* 319.
Alchemilla minor. *Tournef. inſt.* 502.
*Habitat in* Europæ *paſcuis.* ♃.

2. ALCHEMILLA foliis digitatis ſerratis. *Fl. lapp.* 61. *Fl. ſvec.* 136, 142. * *Hort. cliff.* 39. *Roy. lugdb.* 232. alpina.
Alchemilla perennis incana argentea, ſ. ſericea ſatinum provocans. *Moriſ. hiſt* 2. *p.* 195. *ſ.* 2. *t.* 20. *f.* 3.
Tormentilla alpina, foliis ſericeis. *Baub. pin.* 326.
β. Alchemilla alpina pubeſcens minor. *Tournef. inſt.* 508. *Pluk. phyt.* 240. *f.* 1. *hybrida.*
*Habitat in* Alpibus *Europæ.* ♃.

3. ALCHEMILLA foliis quinatis multifidis glabris. pentaphyllea.
Alchemilla alpina quinquefolia. *Baub. pin.* 320. *prodr.* 138.
Alchemilla alpina pentaphyllea minima, lobis fimbriatis. *Bocc. muſ.* 1. *p.* 18. *t.* 1.
*Habitat in monte* Caniſio, Furca, Gotthardo *Rhætiorum.* ♃.

# DIGYNIA.

## APHANES.

1. APHANES. *Hort. cliff.* 39. *Fl. ſvec.* 137, 143. *Roy. lugdb.* 231. *Gron. virg.* 17. *Dalib. pariſ.* 53. arvenſis.
Chærophyllo nonnihil ſimilis. *Baub. pin.* 182.
Alchemilla minima montana. *Col. ecphr.* 145. *t.* 146.
*Habitat in* Europæ & Orientis *arvis.* ⊙.

## CRUCITA.

1. CRUCITA. *Læfl. it.* 203. * hiſpanica.
*Habitat in* Cumana *Americæ.*
Caulis *altus.* Folia *oppoſita, lanceolata integerrima.* Flores *ſpicati, in paniculam collecti.*

## BUFONIA.

1. BUFONIA. *Sauv. monſp.* 141. *Amœn. acad.* 1. *p.* 386. *Læfl. it.* 44. tenuifolia.
Alſinoides. *Raj. angl.* 3. *p.* 346.

Herniaria, anguſtiſſimo gramineo folio, erecta. *Magn. hort.* 97 *t.* 97.
Alſine polygonoides tenuifolia, floſculos ad longitudinem caulis velut in ſpicam diſpoſitis. *Pluk. alm.* 22. *t.* 75. *f.* 3.
*Habitat in* Anglia, Gallia, Hiſpania. ♃.
*Stamina* 4 *numeravit in flore Lœfling, confirmavit C. Alſtrömer.*

## HAMAMELIS.

virginiana. 1. HAMAMELIS. *Gron. virg.* 139. *Cold. noveb.* 18. *Cateſb. car.* 3. *p.* 2. *t.* 2. *Duham. arb.* 1. *p.* 287. *t.* 114.
Trilopus. *Mitch. gen.* 22.
Piſtacia virginiana nigra, coryli foliis. *Pluk. alm.* 298.
*Habitat in* Virginia.

## CUSCUTA.

europæa. 1. CUSCUTA floribus ſeſſilibus.
Cuſcuta nuda repens filiformis. *Fl. ſvec.* 138, 144. *Mat. med.* 55. *Dalib. pariſ.* 53.
Cuſcuta nuda repens funiformis. *Sauv. monſp.* 11.
Cuſcuta major. *Bauh. pin.* 219.
Cuſcuta. *Cam. epit.* 984.
epithymum. β. Cuſcuta nuda repens filiformis. *Sauv. monſp.* 11.
Epithymum ſ. Cuſcuta minor. *Bauh. pin.* 219.
*Habitat in Plantis* Europæ, *paraſitica.* ⊙.
*Paraſitica planta ecotyledonis, dehiſcente ſemine absque cotyledonibus, extendit ſpirale corpuſculum, nec terram petit radicanda, ſed absque omni radice contra ſolem volubilis adſcendit plantas, quas emiſſis vaſis exhaurit; nec Folia gerit præter ſquamam, hinc inde minimam, membranaceam, arctam ſub ramo. Flos apud nos ſæpius quadrifidus; in Europa auſtrali ſæpius quinquefidus.*

americana. 2. CUSCUTA floribus pedunculatis. *Lœfl. it.* 216.
Cuſcuta caule aphyllo volubili repente. *Gron virg* 18.
Cuſcuta inter majorem & minorem media, filamentis longis & floribus late ſuper arbores & campos ſe extendens. *Sloan. jam.* 85. *hiſt.* 1. *p.* 201. *t.* 128. *f.* 4.
*Habitat in* Virginia.

## HYPECOUM.

1. HYPECOUM ſiliquis arcuatis compreſſis articulatis. *Hort. upſ.* 31. procumbens
Hypecoum. *Bauh. pin.* 172. *Dod. pempt.* 449 *Hort. cliff.* 38. *Roy. lugdb.* 402
*Habitat inter* Archipelagi, Narbonæ & *Salmanticenſes ſegetes.* ☉.

2. HYPECOUM ſiliquis cernuis teretibus cylindricis. pendulum.
*Hort. upſ.* 31. *Sauv. monſp.* 263.
Hypecoum ſiliquis pendentibus non articulatis bivalvibus incurvis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 280.
Hypecoi altera ſpecies. *Bauh. pin.* 172.
Cuminum ſylveſtri ſiliquatum ponæ. *Dalech. hiſt.* 698.
*Habitat in* Galloprovincia. ☉.

3. HYPECOUM ſiliquis erectis teretibus toruloſis. erectum.
*Hort. upſ.* 32.
Hypecoum tenuifolium, ſiliquis erectis teretibus. *Amm. ruth.* 58. *t.* 9. *Hall. gœtt.* 229.
*Habitat in* Dauria.

# *TETRAGYNIA.*

## ILEX.

* *Flores quadrifidi.*

1. ILEX foliis ovatis acutis ſpinoſis. *Hort. cliff.* 40. Aquifolium.
*Hort. upſ.* 32. *Roy. lugdb.* 400. *Gron. virg.* 12. *Dalib. pariſ.* 54.
Ilex aculeata baccifera. *Bauh. pin.* 425.
*Habitat in* Europa *auſtraliori*, Japonia, Virginia. ♄.

2. ILEX foliis ovato-lanceolatis ſerratis. *Hort. cliff.* 40. Caſſine.
*Mat. med.* 56. *Roy. lugdb.* 400.
Aquifolium carolinenſe, foliis dentatis, baccis rubris. *Cateſb. car.* 1. *p.* 31. *t.* 31.
*Habitat in* Carolina. ♄.

3. ILEX foliis lato-lanceolatis obtuſis integerrimis. aſiatica.
*Habitat in* India Aſiæ, ♄.

* * *Flores trifidi.*

4. ILEX foliis cuneiformibus tricuſpidatis. cuneifolia.
Ilex aculeata, folio tricuſpidi. *Plum. ic.* 118. *f.* 2.
*Habitat in* America *meridionali*. ♄.

Dodonæa. 5. ILEX foliis pinnatis. †
Dodonæa aquifolii folio tricuſpidato. *Plum. gen.* 20. *ic.* 118. *f.* 1.
β. Dodonæa aquifolii folio anguloſo non aculeato. *Plum. gen.* 20.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.
Folia *pinnata: foliolis* 21, *ſeſſilibus, rigidis, ovatis, acuminatis, in medio utrinque denticulo angulatis.* Flores *racemoſi ut in Rhoe; forte diverſi generis?*

## COLDENIA.

procumbens 1. COLDENIA. *Fl. zeyl.* 69. *Mill. dict.* *
Teucri facie biſnagarica tetracoccos roſtrata. *Pluk. alm.* 363. *t.* 64. *f.* 6. *Raj. ſuppl.* 281. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 423.
*Habitat in* India. ⊙.
*Fructificationem ulterius examinent alii in vivente planta, ego perfectam non vidi.*

## POTAMOGETON.

natans. 1. POTAMOGETON foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus. *Hort. cliff.* 40. *Fl. ſvec.* 139, 145. *Roy. lugdb.* 212. *Hall. helv.* 199. *Dalib. pariſ.* 54.
Potamogeton foliis ovato-oblongis natantibus. *Fl. lapp.* 68.
Potamogeton rotundifolium. *Bauh. pin.* 193.
β. Potamogeton foliis lanceolato-oblongis, petiolis longis. *Gron. virg.* 139.
*Habitat in* Europæ *lacubus & fluviis.* ♃.

perfoliatum. 2. POTAMOGETON foliis cordatis amplexicaulibus. *Fl. lapp.* 69. *Fl. ſvec.* 140, 145. *Roy. lugdb.* 212. *Hall. helv.* 199. *Dalib. pariſ.* 54.
Potamogeton perfoliatum. *Raj. hiſt.* 188.
Potamogeton foliis latis ſplendentibus. *Bauh. pin.* 195.
Potamogeton rotundifolium alterum. *Læſ. pruſſ.* 205. *t.* 65.
*Habitat in* Europæ *lacubus fluviiſque argilloſis.* ♃.

denſum. 3. POTAMOGETON foliis ovatis acuminatis oppoſitis confertis, caulibus dichotomis, ſpica quadriflora. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 102. *

Potamogeton minus, foliis denſis mucronatis non ſerratis. *Magn. monſp.* 303.
Fontinalis media lucens. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 769. *Raj. hiſt.* 189.
Tribulus aquaticus minor alter. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 252.
*Habitat in* Gallia, Italia.
*Pedunculus e dichotomia caulis breviſſimus. Spica 4-flora.*

4. POTAMOGETON foliis lanceolatis planis in petiolos deſinentibus. *Hort. cliff.* 40. *Fl. ſuec.* 141, 147. *Roy. lugdb.* 212. *Dalib. pariſ.* 54. lucens.
Potamogeton foliis anguſtis ſplendentibus. *Bauh. pin.* 193.
Fontinalis lucens major. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 769.
*Habitat in* Europæ *lacubus, ſtagnis, fluviis argilloſis.* ♃.

5. POTAMOGETON foliis lanceolatis alternis undulatis ſerratis. *Roy. lugdb.* 212. *Fl. ſvec.* 142, 148. *It. ſcan.* 142. * criſpum.
Potamogeton foliis criſpis ſ. Lactuca ranarum ſarmentis planis. *Bauh. pin.* 193.
*Habitat in* Europæ *foſſis & rivulis.*

6. POTAMOGETON foliis lanceolatis oppoſitis ſubundulatis. ſerratum.
Potamogeton foliis lanceolatis obſcure undulatis, caulibus longe ramoſis. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 102. *Dalib. pariſ.* 55.
Potamogeton longo ſerrato folio. *Bauh. pin.* 193.
*Habitat in* Europæ *rivulis.*

7. POTAMOGETON foliis linearibus obtuſis, caule compreſſo. *Hort. cliff.* 40. *Fl. ſvec.* 143, 149. *Roy. lugdb.* 213. *Dalib. pariſ.* 55. compreſſum.
Potamogeton caule plano, foliis gramineis undulatis, ſpica exigua. *Hall. helv.* 201.
Potamogeton caule compreſſo, folio graminis canini. *Raj. hiſt.* 189.
*Habitat in* Europæ *foſſis paludoſis.*

8. POTAMOGETON foliis ſetaceis parallelis approximatis diſtichis. *Fl. ſvec.* 145, 150. *Dalib. pariſ.* 55. pectinatum.
Potamogeton foliis linearibus acutis longiſſimis alternis confertis. *Roy. lugdb.* 213.

Potamogeton gramineum ramoſum. *Baub. pin.* 193. *prodr.* 101.
*Habitat in* Europæ *foſſis & paludibus.*

ſetaceum. 9. POTAMOGETON foliis lanceolatis oppoſitis acuminatis. *Roy lugdb.* 213. *Dalib. pariſ.* 55.
Potamogeton ramoſum anguſtifolium. *Baub. pin.* 193. *prodr.* 101.
*Habitat in* Europæ *foſſis paludoſis.*

gramineum. 10. POTAMOGETON foliis lineari-lanceolatis alternis ſeſſilibus ſtipula latioribus *Fl ſvec* 144, 151.
Potamogeton gramineum latiuſculum, foliis & ramificationibus denſe ſtipatis. *Raj. angl.* 3. *p.* 149. *t.* 4. *f.* 3. *Fl lapp.* 70.
Potamogeton gramineum latifolium. *Læſ. pruſſ.* 206. *t.* 66.
*Habitat in* Europæ *foſſis & paludibus.* ⊙.

marinum. 11. POTAMOGETON foliis linearibus alternis diſtinctis inferne vaginantibus. *Fl. ſvec.* 146, 152.
Potamogeton puſillum fluitans. *Bocc. ſic.* 42. *t.* 20. *f.* 5. *It. gotl.* 221.
Potamogeton maritimum ramoſiſſimum, grandiuſculis capitulis, capillaceo folio. *Pluk. alm.* 305. *t.* 216. *f.* 5.
*Habitat in* Europa *ad maris littora.* ⊙.

puſillum. 12. POTAMOGETON foliis linearibus oppoſitis alternisque diſtinctis: baſi patentibus, caule tereti. *Fl. ſvec.* 147, 153 *Dalib. pariſ.* 56.
Potamogeton foliis linearibus alternis remotis. *Roy. lugdb.* 213.
Potamogeton minimum, capillaceo folio. *Baub. pin.* 193. *prodr.* 101.
Potamogeton gramineum tenuifolium. *Læſ. pruſſ.* 206. *t.* 67.
Potamogeton puſillum, gramineo folio breviore. *Vaill. pariſ. t.* 32. *f.* 4.
*Habitat in* Europæ *paludibus.* ⊙.

## RUPPIA.

maritima. 1. RUPPIA. *Hort. cliff.* 436. *It. wgoth.* 186. * *Fl. ſvec.* 2. *n* 154. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 416.
Buccaferrea maritima, foliis acutiſſimis. *Mich. gen.* 72. *t.* 35.

Po-

Potamogeton maritimum, gramineis longioribus foliis, fructu fere umbellato. *Raj. angl* 3. *p.* 134. *t.* 6. *f.* 1.
Gramen maritimum fluitans cornutum. *Bauh. pin.* 3. *prodr.* 7.
Fucus folliculaceus, fœniculi folio longiore. *Bauh. pin.* 365.
Fucus ferulaceus. *Lob. ic.* 255.
*Habitat in* Europæ *maritimis.* ⊙.

## SAGINA.

1. SAGINA ramis procumbentibus, petalis breviſſimis. *Fl. lapp.* 157. *Fl. ſvec.* 148, 155. *Roy. lugdb.* 452. procumbens
Sagina ſcapis & ramis unifloris. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 277.
Alſinella muſcoſo flore repens. *Dill. giſſ.* 81. *Raj. angl.* 4. *p.* 90.
Alſine puſilla graminea, flore tetrapetalo. *Segu. veron.* 421. *t.* 5. *f.* 3.
Alſine minima, flore fugaci. *Raj. ſuppl.* 501.
Alſine tetrapetala, foliis anguſtis in origine lateſcentibus. *Hall. helv.* 390.
β. Saxifagra graminea puſilla, foliis brevioribus craſſioribus & ſucculentis. *Raj. angl.* 3. *p.* 345.
*Habitat in* Europæ *paſcuis ſterilibus uliginoſis aridis.*

2. SAGINA caule erecto unifloro triflorove. erecta.
Sagina ſcapis unifloris. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 276. *Dalib. pariſ.* 56.
Alſine foliis caryophyllæis. *Raj. angl.* 3. *p.* 344. *t.* 15. *f.* 4.
Alſine verna glabra. *Magn. monſp.* 14. *Vaill. pariſ.* 6. *t.* 3. *f.* 2.
*Habitat in* Galliæ, Angliæ, Germaniæ *ſterilibus glareoſis.*

3. SAGINA caule erecto, floribus oppoſitis. virginica.
Saginæ affinis planta minima, floribus albis. *Clayt. mſſ.* 649.
*Habitat in* Virginia *inter muſcos ad margines fontium. D. Gronovius.*
Caulis *digitalis, filiformis, erectus;* Folia *oppoſita, ſubulata, remota, minima.* Flos *terminalis & oppoſiti nonnulli propriis pedunculis.* Perianthium *4partitum, erectum.* Petala 4, *oblonga.* Stamina 4, *longitudine calycis.* Germen *conicum, longitudi-*

*ne calycis.* Stylus *nullus.* Stigma *obtuſum.* Capſula *pyramidalis*, *roſtrata*, *unilocularis.* Semina *numeroſa. An proprii generis?*

## TILLÆA.

aquatica. 1. TILLÆA erecta dichotoma, foliis acutis. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 156.

Craſſula caule dichotomo, floribus linearibus, floribus quadrifidis. *Fl. ſvec.* 259. *Dalib. pariſ.* 98.

Craſſula floribus quadrifidis. *Hort. cliff.* 497.

Sedum minimum annuum, flore roſeo tetrapetalo. *Vaill. pariſ.* 181. *t.* 10. *f.* 2.

*Habitat in* Europæ *inundatis.* ☉.

muſcoſa. 2. TILLÆA procumbens. *Hort. upſ.* 24. *Sauv. monſp.* 129.

Tillæa. *Dalib. pariſ.* 43.

Tillæa muſcoſa annua perfoliata. *Mich. gen.* 22. *t.* 20.

Craſſula foliis ſeſſilibus connatis, floribus aggregatis in foliorum alis. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 97.

Polygonum muſcoſum minimum. *Bocc. ſic.* 56. *t.* 29.

Sempervivum omnium minimum repens muſcoſum, polygoni facie. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 36. *t.* 22.

*Habitat in* Italiae, Siciliae, Galliae *muſcoſis.*

*Flores hujus ſæpius trifidi, antecedentium quadrifidi;* *Phil. Bot.* 178.

*Claſ-*

*Claſſis V.*

# PENTANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### HELIOTROPIUM.

1. HELIOTROPIUM foliis lanceolato-ovatis, caule fruticoſo, ſpicis numeroſis aggregato-corymboſis. peruvianum.
Heliotropium foliis ovato-lanceolatis, ſpicis plurimis confertis, caule fruticoſo. *Mill. dict. t.* 143.
*Habitat in* Peru. ♄.

2. HELIOTROPIUM foliis cordato-ovatis acutis ſcabriuſculis, ſpicis ſolitariis, fructibus bifidis. *Fl. zeyl.* 70. indicum.
Heliotropium foliis ovatis acutis, ſpicis ſolitariis. *Hort. cliff.* 45. *Roy. lugdb.* 405.
Heliotropium americanum cæruleum. *Dod. mem.* 83. *Pluk. phyt.* 245. *f.* 4.
β. Heliotropium americanum cæruleum, foliis hormini anguſtioribus. *Herm. lugdb.* 307. *Sloan. jam.* 98.
*Habitat in* India *utraque.* ☉.
*Semina unilocularia, per paria approximata.*

paniculata. 1. PHLOX foliis lanceolatis margine ſcabris, corymbis paniculatis. *Mill. dict. t.* 205. *f.* 2.
Lychnidea folio ſalicino. *Dill. elth.* 205. *t.* 166. *f.* 203.
Lycimachia virginiana umbellata maxima, lyſimachiæ luteæ floribus amplioribus. *Pluk. mant.* 121.?
*Habitat in* America *ſeptentrionali. Collinſon.* ♃.
Planta *magna, alta.* Caulis *lævis, obtuſus.* Folia *lato-lanceolata: margine aculeis minutiſſimis ſparſis exaſperata.* Corymbi *conferti in umbellam* Floribus *numeroſiſſimis, tubo pubeſcentibus.*

maculata. 2. PHLOX foliis lanceolatis lævibus, racemo oppoſite corymboſo. *Kalm. it.* 3. *p.* 153.
Lychnoides marilandica, foliis binis oppoſitis baſi & auriculis caulem utrinque amplexantibus. *Raj. ſuppl.* 489.?
*Habitat in* Virginia. *Kalm.* ♃.
Plantæ caulis *teretiuſculus, ſubſcaber, rubro viridique undique tenuiſſime maculatus, erectus.* Folia *lævia, e baſi amplexicauli cordata, elongata in lanceolata ſenſim acutiora.* Flores *in Racemum digeſti, ex pedunculis breviſſimis corymboſis.*

piloſa. 3. PHLOX foliis lanceolatis villoſis, caule erecto, corymbo terminali.
Lychnoides marilandica, calycibus lanuginoſis, foliis anguſtis acutis. *Raj. ſuppl.* 490.
Lychnidea umbellifera, blattariæ accedens virginiana, major repens, pſeudomelanthii foliis piloſis, flore pentapetaloide fiſtuloſo. *Pluk. alm.* 133. *t.* 98. *f.* 1.
*Habitat in* Virginia. ♃.

carolina. 4. PHLOX foliis lanceolatis lævibus, caule ſcabro, corymbis ſubfaſtigiatis.
Phlox foliis lanceolatis ſeſſilibus glabris craſſis, caule erecto, floribus verticillatis terminalibus. *Mill. dict.*
Lychnidea caroliniana, floribus quaſi umbellatim diſpoſitis, foliis lucidis craſſis acutis. *Mart. cent.* 10. *t.* 10.
*Habitat in* Carolina. ♃.

Si-

*Similis Ph. glaberrimæ, ſed* Caulis *triplo altior, nonnibil ſcaber.* Folia *latiora, ex ovato-lanceolata.* Corymbus *floribus numeroſis, pluribus pedunculis ex alis ſupremis foliorum, erectis, quaſi in corymbum faſtigiatis.* Corollarum *tubus lævis eſt.*

5. PHLOX foliis lineari-lanceolatis glabris; caule erecto, corymbo terminali. *Hort cliff.* 63. *Roy. lugdb.* 433. *Gron. virg.* 21. *Kalm. it.* 3. *p.* 153. glaberrima.
Lychnidea folio melampyri. *Dill. elth.* 203. *t.* 166. *f.* 202.
*Habitat in* Virginia. ♃.

6. PHLOX foliis lato-lanceolatis: ſuperioribus alternis, caule bifido, pedunculis geminis. *Mill. dict. t.* 205. *f.* 1. divaricata.
Lychnidea virginiana, alſines aquaticæ foliis, floribus in ramulis divaricatis. *Pluk. mant.* 121?
*Habitat in* Virginia.
Caules *erectiuſculi, ſimplices, dein diviſi in Ramos duos.* Folia *oppoſita in caule ſimplici per* 5 *oppoſitiones, ovato-lanceolata, molliuſcula, ſcabra; ſuperiora alterna.* Flores *ex divaricatione caulis & foliorum alternorum alis, bini, propriis pedunculis.* Calyx *5-partitus.* Corollæ *pallide cæruleſcentes tubo curvato.*

7. PHLOX foliis ovatis, floribus ſolitariis. ovata.
Lychnidea fiſtuloſa marilandica, clinopodii vulgaris folio, flore amplo ſingulari. *Pluk. mant.* 122. *t.* 348. *f.* 4.
*Habitat in* Virginia. ♃.

8. PHLOX foliis ſubulatis hirſutis, floribus oppoſitis. ſubulata.
Lychnidea, blattariæ accedens virginiana, minor repens, hirſutis camphoratæ foliis. *Pluk. alm.* 233. *t.* 98. *f.* 2.
*Habitat in* Virginia.
Corollæ *lobi emarginati & tubus calyce duplo longior eſt.*

9. PHLOX foliis linearibus villoſis, pedunculis ternis. ſibirica.
*Amœn. acad.* 2. *p.* 342.
*Habitat in* Aſia *boreali.* ♃.
*Lobi* Corollæ *rotundati, integri &* calyces *longitudine tubi corollæ.*

10. PHLOX foliis ſetaceis glabris, floribus ſolitariis. ſetacea.

Lychnidea, blattariæ accedens virginiana, camphoratæ congeneris, glabris foliis. *Pluk. alm.* 233. *t.* 98. *f.* 3.
*Habitat in* Virginia.

## CONVOLVULUS.

* *Caule volubili.*

arvenſis. 1. CONVOLVULUS foliis ſagittatis utrinque acutis, pedunculis unifloris. *Fl. ſvec.* 173, 181. *Dalib. pariſ.* 65
Convolvulus foliis ſagittatis utrinque acutis. *Hort. cliff.* 66. *Roy. lugdb.* 427.
Convolvulus minor arvenſis. *Bauh. pin.* 294.
β. Convolvulus minimus, anguſto auriculato folio. *Bocc. muſ. t.* 33.
*Habitat in* Europæ *agris.* ♃.

ſepium 2. CONVOLVULUS foliis ſagittatis poſtice truncatis, pedunculis tetragonis unifloris. *Roy. lugdb.* 427. *Fl. ſvec* 174, 182. *Dalib. pariſ.* 65.
Convolvulus foliis ſagittatis poſtice truncatis. *Hort. cliff.* 66. involucris cordatis. *Virid. cliff.* 18.
Convolvulus major albus. *Bauh. pin.* 294.
*Habitat in* Europæ *ſepibus.* ♃.
*Foliorum margo fuſcus eſt. Corollæ albæ, at in America ſeptentrionali, incarnatæ.*

Scammonia. 3. CONVULVULUS foliis ſagittatis poſtice truncatis, pedunculis teretibus ſubtrifloris. *Roy. lugdb.* 427. *Mat. med.* 82.
Convolvulus ſyriacus ſ. Scammonia ſyriaca. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 12. *ſ.* 1. *t.* 3. *f.* 5. *Mill. dict. t.* 102.
Scammonia ſyriaca. *Bauh. pin.* 294.
*Habitat in* Syria, Myſia, Cappadocia. ♃.
*Simillima præcedenti, Sed* Folia *non margine fuſca;* Pedunculi *teretes, biflori ſ. triflori, nec tetragoni uniflori, folio longiores, nec breviores.* Involucrum *minimum, patulum, remotum, nec calyce majus erectum approximatum.* Calyx *lateribus dilatatus, emarginatus, nec teres acuminatus.*

Medium. 4. CONVOLVULUS foliis linearibus haſtato-acuminatis: auriculis dentatis, pedunculis ſubunifloris, calycibus ſagittatis, caule volubili.
Tala-neli. *Rheed. mal.* 11. *p.* 113. *t.* 55.
*Habitat in* India.

Cau-

Caulis *volubilis*, *non radicans*. Folia *lanceolata*, *glabra*, *acuta*, *integra baſi dilatata in 2 auriculas recurvas*, *extrorſum ſubdentatas*. Pedunculi *uniflori*, *rarius biflori*. Bracteæ *in medio pedunculi*, *duæ*, *oppoſitæ*, *lanceolatæ*, *acuminatæ*. Calycis *foliola ſagittata*, *ut in Campanula Medio*.

5. CONVOLVULUS foliis cordatis integris panduriformibus, calycibus lævibus. panduratus.

Convolvulus foliis inferioribus cordatis, ſuperioribus trilobis, calycibus pedunculis petiolisque glabris, caule rubeſcente. *Gron. virg.* 141.

Convolvulus megalorhizus, flore amplo lacteo; fundo purpureo. *Dill. elth.* 101. *t.* 85. *f.* 99.

*Habitat in* Virginiæ *arenoſis*.

6. CONVOLVULUS foliis cordatis integris trilobisque villoſis, calycibus lævibus, capſulis hirſutis, pedunculis ſubbifloris. carolinus.

Convolvulus, folio hederaceo, arvenſis, flore dilute purpureo. *Dill. elth* 100. *t.* 84. *f.* 98.

*Habitat in* Carolina. ♃.

*Pedunculi uniflori aut biflori.*

7. CONVOLVULUS foliis cordatis integris trilobisque, corollis indiviſis, fructibus erectis. hederaceus.

Convolvulus annuus, foliis cordatis rarius trilobis, calycibus tuberculato-piloſis. *Hort. cliff.* 67.

Convolvulus flore purpureo, calyce punctato. *Dill. elth.* 99. *t.* 83. *f.* 96. *infer.* & 97. *t.* 81. *f.* 93.

*Habitat in* India Aſiæ, Africæ, Americæ. ☉.

Pedunculi *erecti*, *etjam fructus*, *longitudine petiolorum*.

8. CONVOLVULUS foliis cordatis trilobis, corollis ſemiquinquefidis, pedunculis petiolo brevioribus. Nil.

Convolvulus cæruleus, hederaceo anguloſo folio. *Bauh. pin.* 295. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 164. *Dill. elth.* 96. *t.* 80. *f.* 91. & 92.

*Habitat in* America. ☉.

Pedunculi *breviſſimi*, *Fructus erecti*.

9. CONVOLVULUS foliis cordatis indiviſis, fructibus cernuis, pedicellis incraſſatis. purpureus.

Convolvulus calycibus tuberculatis piloſis. *Virid. cliff.* 18. *Hort. upſ.* 38. *Gron. virg.* 141.

Con-

Convolvulus purpureus, folio ſubrotundo. *Baub. pin.* 295. *Ehret. pict.* 7. *f.* 2.

β. Convolvulus cæruleus minor, folio ſubrotundo. *Dill. elth.* 97. *t.* 82. *f.* 94.

γ. Convolvulus folio cordato glabro. *Dill. elth.* 100. *t.* 84. *f.* 97.

*Habitat in* America. ⊙.

Pedunculi *erecti, at Pedicelli in fructu incraſſati cernui, calyce punctato-ſcabro & piloſo.*

obſcurus. 10. CONVOLVULUS foliis cordatis indiviſis, caule ſubpubeſcente, pedunculis incraſſatis unifloris, calycibus glabris.

Convolvulus flore minore lacteo, fundo atro rubente. *Dill. elth.* 98. *t.* 83. *f.* 95.

*Habitat in* China, Batavia, Zeylona, Surinamo. ⊙.

Caulis *teres.* Folia *exacte cordata, ſubtus ſubvilloſa, margine ſcabra petiolis ſubpubeſcentibus.* Pedunculi *uniflori, petiolis longiores, ſubpubeſcentes, apice craſſiores & glabri: bracteis duabus obſoletis.* Corolla C. *hederacei, ſed minor, colore diverſa.*

Batatas. 11. CONVOLVULUS foliis cordatis haſtatis quinquenerviis, caule repente hiſpido tuberifero.

Convolvulus foliis cordatis angulatis, radice tuberoſa. *Hort. cliff.* 67. *Roy. lugdb.* 427.

Convolvulus radice tuberoſa eſculenta &c. *Catesb. car. p.* 60. *t.* 60.

Convolvulus indicus orientalis Inhame ſ. Batatas. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 11. *ſ.* 1. *t.* 3. *f.* 4.

Convolvulus indicus vulgo Patates dictus. *Raj. hiſt.* 723.

Batatas. *Baub. pin.* 91. *Rumph. amb.* 5. *p.* 367. *t.* 130. *Kalm. it.* 2. *p.* 300.

Kappa kelengu. *Rheed. mal.* 7. *p.* 95. *t.* 50.

*Habitat in* India *utraque.* ♃.

*Conf.* Convolvulus indicus vulgo Patates dictum. *Few. per.* 3. *p.* 16. *t.* 11. foliis palmatis.

verticillatus 12. CONVOLVULUS foliis cordatis oblongis nudis, pedunculis umbellatis bifidis multifloris.

Convolvulus minor ſcandens, floribus plurimis alaribus, calycibus glabris, foliis oblongo-cordatis. *Brown. jam.* 153.

Ipomœa verticillata. *Amœn. acad.* 5. *p.* 394.

Qua-

Quamoclit purpurea ſolanifolia minor. *Plum. ic.* 94. *f.* 2.
*Habitat in* America.
Corollæ *figura eſt Convolvuli campanulata, nec ſecta ut Plumieri.* Folia *cordata vel ovata, margine ſubrepando ſcabriuſculo.* Flores *cæruleſcentes, parvi.* Pedunculi *folio breviores, umbellati, at pedicelli laterales ſæpe ſubdiviſi.*

13. CONVOLVULUS foliis cordatis, pedunculis umbellatis, caule volubili. umbellatus.
Convolvulus americanus, vulgaris folio, capſulis triquetris numeroſis. *Pluk. alm.* 114. *t.* 167. *f.* 1.
Convolvulus luteus polyanthos. *Plum. amer.* 88. *t.* 102.
Convolvulus polyanthos, folio ſubrotundo, flore luteo. *Sloan. jam.* 52.
*Habitat in* Martinica, Domingo, Jamaica. ♃.

14. CONVOLVULUS foliis cordatis glabris, caule perenni villoſo. malabaricus
Convolvulus foliis cordatis acuminatis, caule arboreo ſcandente. *Roy. lugd.* 429.
Kattu-kelengu. *Rheed. mal.* 11. *p.* 105. *t.* 51. *Raj. ſuppl.* 376.
*Habitat in* Malabariæ *arenoſis.* ♄.

15. CONVOLVULUS foliis cordatis pubeſcentibus, caule perenni villoſo, pedunculis multifloris. canarienſis.
Convolvulus foliis cordatis, caule fruticoſo villoſo. *Vir. cliff.* 18. *Hort. cliff.* 67. *Roy. lugdb.* 428.
Convolvulus canarienſis ſempervirens, foliis mollibus & incanis. *Comm. hort.* 2. *p.* 101. *t.* 51.
Convolvulus canarienſis, foliis longioribus mollibus incanis. *Pluk. alm.* 114. *t.* 325. *f.* 1.
*Habitat in* Canarienſibus *inſulis.* ♄.

16. CONVOLVULUS foliis peltatis, pedunculis multifloris. peltatus.
Convolvulus lævis indicus major. *Rumph. amb.* 6. *p.* 428. *t.* 159.
*Habitat in* Amboina.

17. CONVOLVULUS foliis cordatis angulatis, caule membranaceo-quadrangulari, pedunculis multifloris. *Fl. zeyl.* 74. *Mat. med.* 84. Turpethum.

Con-

Convolvulus zeylanicus alatus maximus, foliis ibiſci nonnihil ſimilibus anguloſis. *Herm. lugdb.* 177. *t.* 178. 179.

Turpethum repens, foliis althææ vel indicum. *Bauh. pin.* 149.

*Habitat in* Zeylona. ♃.

tomentoſus. 18. CONVOLVULUS foliis trilobis tomentoſis, caule lanuginoſo.

Convolvulus folio lanato in tres lacinias diviſo, flore oblongo purpureo. *Sloan. jam.* 55. *hiſt.* 1. *p.* 154. *t.* 98. *f.* 2. *Raj. ſuppl.* 381.

Convolvulus jamaicenſis trilobus, foliis tomentoſa lanugine denſiori ac veluti inſtar utrinque obductis. *Pluk. alm.* 115. *t.* 167. *f.* 4.

*Habitat in* Jamaica.

althæoides. 19. CONVOLVULUS foliis cordatis palmatis ſericeis: lobis repandis, pedunculis ſubbifloris.

Convolvulus foliis cordato-digitatis ſericeis: foliolis linearibus: intermediis duplo longioribus. *Vir. cliff.* 18. *Roy. lugdb.* 429. *Sauv. monſp.* 202.

Convolvulus foliis ovatis diviſis baſi truncatis: laciniis intermediis duplo longioribus. *Hort. cliff.* 67.

Convolvulus argenteus, folio althææ. *Bauh. pin.* 295.

Convolvulus, betonicæ althææque foliis, repens argenteus. *Barr. rar.* 5. *t.* 312.

β. Convolvulus argenteus elegantiſſimus, foliis tenuiter inciſis. *Tournef. inſt.* 85.

*Habitat in* Europæ *meridionalis*, Orientis, Africæ *collibus.* ♃.

macrocarpos. 20. CONVOLVULUS foliis palmato-pedatis quinquepartitis, pedunculis unifloris.

Convolvulus polyphyllus, flore & fructu purpureis maximis. *Plum. ſpec.* 1. *ic.* 91. *f.* 1.

*Habitat in* America.

*Pedunculi articulati, incraſſati, plicati.*

ſiriticus. 21. CONVOLVULUS foliis palmato-pinnatifidis integerrimis, pedunculis paniculatis.

Convolvulus foliis laciniatis & quinquefoliis. *Bauh. pin.* 295.

Convolvulus quinquefolius. *Bauh. prodr.* 134.

Con-

Convolvulus ægyptius. *Veſl. ægypt.* 73. *t.* 74.
*Habitat in* Ægypto.

22. CONVOLVULUS foliis digitatis ſeptenis integerrimis, caule glabro, pedunculis trifloris. macrorhizos
Convolvulus coccineus heptaphyllus, radice craſſiſſima. *Plum. ſpec.* 1. *ic.* 90. *f.* 1.
*Habitat in* America.

23. CONVOLVULUS foliis palmatis: lobis ſeptem ovatis acutis integerrimis, pedunculis paniculatis. paniculatus.
Pal-modecca. *Rheed. mal.* 11. *p.* 101. *t.* 49. *Raj. ſuppl.* 374.
*Habitat in* Malabariæ *arenoſis.*

24. CONVOLVULUS foliis digitatis quinis piloſis integerrimis, caule piloſo. *Roy. lugdb.* 429. pentaphyllus.
Ipomœa foliis digitatis ſupra glabris, caule piloſo, pedunculis multifloris. *Hort. upſ.* 39. *Sp. pl.* 162.
Convolvulus americanus pentaphyllus & heptaphyllus major. *Herm. lugdb.* 183. *t.* 185. *Raj. hiſt.* 1881.
Convolvulus pentaphyllus, flore pallide flaveſcente, caule hirſuto pungente. *Sloan. jam* 55. *hiſt.* 1. *p.* 153.
β. Convolvulus pentaphyllus, folio glabro dentato, viticulis hirſutis. *Plum. amer.* 1. *ic.* 91. *f.* 2. *ſerpens.*
*Habitat in* America. ⊙.
*Flos albus. Stylus bicapitatus. Bracteæ* 2. *magnæ calycem includunt.*

25. CONVOLVULUS foliis digitatis glabris, foliis dentatis, caule lævi. *Roy. lugdb.* 429. quinquefolius.
Convolvulus quinquefolius glaber americanus. *Pluk. alm.* 116. *t.* 167. *f.* 6.
*Habitat in* America. ⊙.

* * *Caule proſtrato.*

26. CONVOLVULUS foliis cordato-ovatis, pedunculis unifloris: bracteis lanceolatis, flore ſeſſili. ſiculus.
Convolvulus foliis ovatis acutis, floribus duplici bractea ſuccinctis. *Roy. lugdb.* 428.
Convolvulus foliis ovatis acutis. *Hort. cliff.* 67.
Convolvulus ſiculus minor, flore parvo auriculato. *Bocc. ſic.* 89. *t.* 48. *Moriſ. hiſt.* 2. *ſ.* 1. *t.* 7. *f.* 5.
*Habitat in* Sicilia. ⊙.
*Caulis vix vel admodum parum, ſæpius minime volubilis.*

27.

terreſtris. 27. CONVOLVULUS foliis linearibus ſericeis, pedunculis ſubtrifloris, calycibus hirſutis mucronatis.
Volvulus terreſtris. *Dalech. hiſt.* 1425. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 160.
*Habitat in* Europa *auſtrali &* Africa. ♃.

Dorycnium. 28. CONVOLVULUS foliis ſublinearibus ſericeis, caule paniculato, calycibus obtuſis nudiuſculis.
*Habitat in* Oriente. ♄.
Caulis *paniculatus.* Folia *ſublanceolata, ſericea, in ſummis ramis minora rariora.* Rami *rigidi, rarius dichotomi, terminati floribus ſubſolitariis.*

lineatus. 29. CONVOLVULUS foliis lanceolatis ſericeis lineatis petiolatis, pedunculis bifloris, calycibus ſericeis ſubfoliaceis.
Convolvulus minor repens rupellenſis, flore rubro. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 17. *ſ.* 1. *t.* 4. *f.* 2. *mala.*
Convolvulus marinus repens, anguſto & oblongo folio, flore purpureo. *Barr. rar.* 31. *t.* 1132.
Convolvulus ſerpens maritimus, ſpicæ foliis. *Triumf. obſ.* 91. *t.* 91. *f.* 2.
*Habitat in* Hiſpaniæ, Siciliæ, Mediterranei *maritimis.* ♃.
Caules *ſemipedales, proſtrati, flexuoſi.* Folia *remota, lanceolata, baſi anguſtiora, ſericea, acuta, ad angulum acutum lineata.* Pedunculi *folio breviores,* *Bracteis* 2, *calyce longioribus.* Calyces *ſubfoliacei, non piloſi, ſed obſolete ſericei.* Corollæ *extus hirtæ.*

Cneorum. 30. CONVOLVULUS foliis lanceolatis tomentoſis, floribus capitatis, calycibus hirſutis, caule erectiuſculo.
Convolvulus argenteus umbellatus erectus. *Tournef. inſt.* 84.
Convolvulus major erectus creticus argenteus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 11. *ſ.* 1. *t.* 3. *f.* 1.
Convolvulus ſaxatilis erectus villoſus perennis. *Barr. rar.* 4. *t.* 470. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 79. *t.* 70.
Dorycnium. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 254.
Cneorum album, folio argenteo molli. *Bauh. pin.* 463.
*Habitat in* Hiſpania, Creta, Syria. ♃.
Calyces *obtuſi & valde hirſuti.*

31.

31. CONVOLVULUS foliis linearibus acutis, caule ramoſo ſubdichotomo calycibus piloſis. *Hort. cliff.* 68. *Sauv. monſp.* 56. Cantabrica.
Convolvulus minimus ſpicæfolius. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 17. *ſ.* 1. *t.* 4. *f.* 3.
Convolvulus linariæ folio. *Bauh. pin.* 295.
Cantabrica quorundam. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 49.
*Habitat in* Italia, Sicilia, Narbona, Verona.

32. CONVOLVULUS foliis cordatis pubeſcentibus, caule recto, pedunculis unifloris. ſpithamæus.
Convolvulus ſpithamæus, caule recto, foliis ſubrotundis. *Gron. virg.* 141.
*Habitat in* Virginia.

33. CONVOLVULUS foliis cordatis, pedunculis umbellatis, caule repente. corymboſus
Convolvulus niveus polyanthus, folio ſubrotundo majore. *Plum. ſpec.* 1. *ic.* 89. *f.* 2.
*Habitat in* America.

34. CONVOLVULUS foliis ovalibus tomentoſis, pedunculis unifloris. *Amœn. acad.* 2. *p.* 341. * perſicus.
*Habitat in* Perſia, *ad maris Caſpici littus.* ♃.

35. CONVOLVULUS foliis lanceolato-ovatis glabris, caule declinato, floribus ſolitariis. *Vir. cliff.* 19. *Roy. lugdb.* 428. tricolor.
Convolvulus foliis lanceolato-ovatis nudis, caule recto, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 68. *Hort. upſ.* 38.
Convolvulus peregrinus cæruleus, folio oblongo. *Bauh. pin.* 295. flore triplici colore inſignito. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 17. *ſ.* 1. *t.* 4. *f.* 4.
*Habitat in* Africa, Mauritania, Hiſpania, Sicilia. ☉.

36. CONVOLVULUS foliis ſagittatis poſtice obtuſis, caule repente, pedunculis unifloris. repens.
Convolvulus lacteſcens, foliis ſagittatis, radice longa alba perenni. *Gron. virg.* 141.
Convolvulus marinus catharticus, foliis acetoſæ, flore niveo. *Plum. amer.* 89. *t.* 105.
Ballel. *Rheed. mal.* 11. *p.* 107. *t.* 52.
*Habitat in* Americæ *maritimis.* ♃.

37. CONVOLVULUS foliis haſtato-lanceolatis: auriculis rotundatis, caule repente, pedunculis ſubbifloris. reptans.
Olus vagum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 419. *t.* 155. *f.* 1.

 *Ha-*

*Habitat in* India.

Planta *ex minoribus.* Caulis *filiformis, nec volubilis, lævis.* Folia *cordata, haſtata, ſagittata, baſi auricula utrinque recurvata, interdum dentata, glabra, acuminata.* Pedunculi *biflori, breves, pedicellis petiolo longioribus.* Calyx *rotundatus.*

hirtus. 38. CONVOLVULUS foliis cordatis ſubhaſtatisque villoſis, caule petiolisque piloſis, pedunculis multifloris.

Convolvulus foliis cordato-haſtatis glabris acuminatis anguſtis rotundatis, caule petiolisque villoſis. *Hort. cliff.* 496. ? *Roy. lugdb.* 429.

*Habitat in* India. *Osbeck.*

*Planta non magna, minus volubilis.* Pedunculi & *Caulis pilis flaveſcentibus exſtantibus hirti.* Folia *parum villoſa: primaria cordato-ſubrotunda; ſecundaria proprie cordata; floribus proxima ſæpe haſtata.* Pedunculi *nudi, foliis longiores, floribus alternis pedicellatis, involucris ad ſingulum pedicellum minimis, lanceolatis.*

Soldanella. 39. CONVOLVULUS foliis reniformibus, pedunculis unifloris. *Hort. cliff.* 67. *Mat. med.* 81. *Roy. lugdb.* 428.

Soldanella maritima minor. *Bauh. pin.* 295.

Braſſica marina. *Cord. hiſt.* 205.

*Habitat in* Angliæ, Friſiæ *littoribus maris.*

Pes capræ. 40. CONVOLVULUS foliis bilobis, pedunculis unifloris.

Convolvulus foliis bilobis. *Fl. zeyl.* 75.

Convolvulus foliis ſubrotundis apice emarginatis baſi integris. *Roy. lugdb.* 428.

Convolvulus maritimus zeylanicus, folio craſſo cordiformi. *Herm. lugdb.* 174. *t.* 175.

Convolvulus marinus. *Rumph. amb.* 5. *p.* 433. *t.* 159. *f.* 1.

Schovanna-adamboe. *Rheed. mal.* 11. *p.* 117. *t.* 57.

*Habitat in* India.

braſilienſis. 41. CONVOLVULUS foliis emarginatis baſi biglandulosis, pedunculis trifloris.

Convolvulus maritimus, foliis nitidis ſubrotundis emarginatis, petiolis biglandulosis. *Brown. jam.* 153.

Con-

Convolvulus marinus catharticus, folio rotundo, flore purpureo. *Plum. amer.* 89. *t.* 104.
Convolvulus marinus ſ. Soldanella braſilienſis. *Marcgr. braſ.* 51. *Piſ. braſ.* 258.
*Habitat in* Braſiliæ, Domingo *maritimis.*

42. CONVOLVULUS foliis lobato-palmatis oblongis, pedunculis unifloris, caule repente. *littoralis.*
Convolvulus albus, folio laciniato, maritimus. *Plum. ſpec.* 1. *ic.* 90. *f.* 2.
*Habitat in* America.

## IPOMOEA.

* *Floribus ſparſis.*

1. IPOMOEA foliis pinnatifidis linearibus, floribus ſubſolitariis. *Hort. cliff.* 60. *Hort. upſ.* 39. *Fl. zeyl.* 77. *Roy. lugdb.* 430. *Mill. dict. t.* 214. *Quamoclit.*
Quamoclit ſ. Jasminum americanum. *Cluſ. poſth.* 9.
Convolvulus pennatus exoticus rarior. *Col. aquat.* 73. *t.* 72.
Flos cardinalis. *Rumph. amb.* 5. *p.* 421. *t.* 155. *f.* 2.
Jasminum millefolii folio. *Bauh. pin.* 398.
Tſiuria-cranti. *Rheed. mal.* 11. *p.* 123. *t.* 60.
*Habitat in* India, *innotuit* 1580 *per Cæſalpinum.* ☉.

2. IPOMOEA foliis digitatis ſeptenis, pedunculis umbellatis breviſſimis. *umbellata.*
Quamoclit heptaphyllus, flore coccineo umbellato. *Plum. ſpec.* 3. *ic.* 92. *f.* 2.
*Habitat in* America.

3. IPOMOEA foliis digitatis: foliolis petiolatis, pedunculis unifloris. *carolina.*
Convolvulus minor pentaphyllos, flore purpureo minore. *Cateſb. car.* 2. *p.* 9. *t.* 91.
*Habitat in* Carolina.

4. IPOMOEA foliis palmatis: lobis ſeptenis lanceolatis acuminatis integerrimis, pedunculis trifloris. *Hort. upſ.* 39. *tuberoſa.*
Convolvulus major heptaphyllus, flore ſulphureo odorato. *Sloan. jam.* 55. *hiſt.* 1. *p.* 152. *t.* 96. *f.* 2.
Convolvulus americanus, mandjuccæ multifido folio, heptaphyllos, flore albo fundo purpureo, radice tuberoſa, cortice albo. *Pluk. alm.* 116. *t.* 276. *f.* 5.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

digitata. 5. IPOMOEA foliis palmatis: lobis ſeptenis lanceolatis obtuſis, pedunculis trifloris.
Quamoclit foliis digitatis, flore coccineo. *Plum. ſpec.* 3. *ic.* 92. *f.* 1.
*Habitat in* America.

coccinea. 6. IPOMOEA foliis cordatis acuminatis: baſi angulatis, pedunculis multifloris. *Hort. upſ.* 39.
Ipomœa foliis cordatis acuminatis vix dentatis. *Hort. cliff.* 66. *Roy. lugdb.* 429.
Ipomœa foliis cordatis integerrimis, limbo floris quinquefido. *Sauv. meth.* 114.
Quamoclit americana, folio hederæ, flore coccineo. *Comm. rar.* 21. *t.* 21.
Convolvulus coccineus, folio anguloſo. *Plum. amer* 89. *t.* 103. *Raj. ſuppl.* 380.
*Habitat in* Domingo. ☉.

lacunoſa. 7. IPOMOEA foliis cordatis acuminatis ſcrobiculatis baſi angulatis, pedunculis ſubunifloris flore brevioribus.
Convolvulus ſtellatus, periplocæ rotundioris folio. *Dill. elth.* 103. *t.* 87. *f.* 102.
*Habitat in* Virginia, Carolina. ☉.
*Simillima J. coccineæ, ſed* Pedunculi *uniflori ſ. biflori;* Flores *tubo craſſiore albi, oris purpuraſcentes, nec coccinei.*

campanulata. 8. IPOMOEA foliis cordatis, pedunculis multifloris, perianthio exteriore orbiculari, corollis campanulatis lobatis.
Adamboe. *Rheed. mal.* 11. *p.* 115. *t.* 56.
*Habitat in* India.
*Corolla craſſior, quam in reliquis; ſub Perianthio quinquepartito, aliud perianthium minus orbiculatum integerrimum.*

bona nox. 9. IPOMOEA foliis cordatis acutis integerrimis, caule aculeato, floribus ternis, corollis indiviſis.
Convolvulus foliis cordatis, caule aculeato. *Hort. cliff.* 496.
Ipomœa ſylveſtris, foliis & floribus ampliſſimis: tubis florum ſubteretibus. *Brown. jam.* 155.
Convolvulus maximus, caule ſpinulis obtuſis obſito. *Sloan. jam.* 55. *hiſt.* 1. *p.* 151. *t.* 96. *f.* 1.

Con-

Convolvulus americanus, ſubrotundis foliis, viticulis ſpinoſis *Pluk. alm.* 115. *t.* 276. *f.* 3.
Smilax aſpera indiæ occidentalis. *Bauh. pin.* 296.
Munda-valli. *Rheed mal.* 11. *p.* 103. *t.* 50.
*Habitat in* Indiæ *arenoſis, arbores ſcandens.*
*Plantæ non florentes incertos de genere reliquiſſent Botanicos, niſi Brownius figuram variare docuiſſet; præſertim cum aliæ caule tantum aculeato & foliis cordatis, aliæ, ex alio loco, foliis panduratis, caule & petiolis aculeatis prodiere.*

10. IPOMOEA foliis cordatis integerrimis, floribus confertis, corollis indiviſis. *Sauv. monſ.* 114. † violacea.
Quamoclit foliis ampliſſimis cordiformibus. *Plum. ſpec.* 3. *ic.* 93. *f.* 1.
*Habitat in* America *meridionali.*

11. IPOMOEA foliis cordatis acutis integerrimis, floribus ſolitariis. *Roy. lugdb.* 430. ſolanifolia.
Quamoclit ſolani folio, flore roſeo. *Plum. ſpec.* 3. *ic.* 94. *f.* 1.
*Habitat in* America.

12. IPOMOEA foliis ſagittatis poſtice truncatis, pedunculis bifloris. glaucifolia.
Convolvulus foliis cordato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 67.
Convolvulus ſtellatus arvenſis, folio glauco. *Dill. elth.* 102. *t.* 87. *f.* 101.
*Habitat in* Mexicæ *arvis.*

13. IPOMOEA foliis trilobis cordatis, pedunculis trifloris. triloba.
Convolvulus pentaphyllos minor, flore purpureo? *Sloan. jam.* 55. *hiſt.* 1. *p.* 153. *t.* 97. *f.* 1. *Raj. ſuppl.* 381.
*Habitat in* America. ☉.
Caulis *volubilis, angulatus.* Folia *cordata, profunde triloba: intermedio ovato; lateralibus ſemicordatis, integerrima, glabra.* Pedunculi *triflori.* Corollæ *cylindricæ, violaceæ.* Stigmata *duo, globoſa.* Capſulæ *piloſæ.*

14. IPOMOEA foliis trilobis cordatis, pedunculis multifloris racemoſis. hederifolia
Quamoclit hederæ folio trifido. *Plum. ſpec.* 3. *t.* 93. *f.* 2.

*Habitat in* America.
*Corollæ quam in J. triloba quadruplo longiores & pedunculi plurimis floribus racemoſis.*

* * *Floribus aggregatis.*

hepaticæfolia. 15. IPOMOEA foliis trilobis, floribus aggregatis. *Fl. zeyl.* 79.
Convolvulus indicus villoſus, hederæ folio tripartito, flore cæruleo. *Herm. lugdb.* 182.
Convolvulus zeylanicus hirſutus, foliis hepaticæ. *Herm. prodr.* 327.
*Habitat in* Zeylona.

tamnifolia. 16. IPOMOEA foliis cordatis acuminatis piloſis, floribus aggregatis.
Volubilis caroliniensis, tamni folio ſubhirſuto. *Dill. elth.* 428. *t.* 318. *f.* 414.
*Habitat in* Carolina.

Pes tigridis. 17. IPOMOEA foliis palmatis, floribus aggregatis. *Fl. zeyl.* 79.
Convolvulus zeylanicus villoſus pentaphyllos & heptaphyllos minor, Pes tigrinus. *Herm. lugdb.* 184. *t.* 187. *Act. hanon.* 11. *p.* 2. *p.* 362. *t.* 23. *f.* 2.
Volubilis zeylanica, Pes tigrinus dicta. *Dill. elth.* 429. *t.* 318. *f.* 411.
Pulli-ſchovadi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 121. *t.* 59.
*Habitat in* India.

## POLEMONIUM.

cæruleum. 1. POLEMONIUM foliis pinnatis, floribus erectis, calycibus corollæ tubo longioribus.
Polemonium. *Fl. lapp.* 86, 183. *Fl. ſvec.* 175. *Hort. cliff.* 163. *Roy. lugdb.* 432. *Hall. helv.* 490.
Valeriana cærulea. *Bauh. pin.* 164.
*α.* Polemonium calycibus lanatis. *Hort. upſ.* 40.
*Habitat in* Europæ, Aſiæ, *ſeptentrionalibus.* ♃.

reptans. 2. POLEMONIUM foliis pinnatis ſeptenis, floribus nutantibus.
Polemonium foliis pinnatis, radicibus reptatricibus. *Gron. virg.* 22. *Mill. dict. t.* 209.
*Habitat in* Virginia. ♃.

3. PO-

3. POLEMONIUM foliis pinnatifidis linearibus, floribus racemoſis pendulis. **rubrum.**
Polemonium calycibus tubo corollæ brevioribus. *Sp. pl.* 1. *p.* 163
Quamoclit pinnnatum erectum, floribus in thyrſum digeſtis. *Dill. elth.* 321. *t.* 241. *f.* 312.
*Habitat in* Carolinæ *citerioris arenoſis. B. Juſſieu.*

4. POLEMONIUM foliis inferioribus haſtatis, ſuperioribus lanceolatis. *Gron. virg.* 142. † **dubium.**
*Habitat in* Virginia.
*Facies aliena a Polemoniis, genus mihi dubium.*

5. POLEMONIUM? foliis pinnatifidis acutis dentatis, caule diffuſo. **Nyctelea.**
Ipomœa Nyctelea. *Sp. pl.* 1. *p.* 160.
Scorpiurus humilis virginianus, foliis rutaceis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 451 *ſ.* 11. *t.* 28. *f.* 3.
*Habitat in* Virginia
Caulis *herbaceus, dichotomus, angulatus, diffuſus.* Folia *alterna, petiolata, pinnatifida, fere Hydrophylli: laciniis acutis, utrinque dente angulatis.* Pedunculi *oppoſitifolii, uniflori, pubeſcentes, elongati.* Calyx *monophyllus, quinquefidus ultra medium, acutus, corolla longior, patens.* Corolla *monopetala, campanulata, quinquefida.* Stamina 5. Piſtillum 1. Fructus *ſphæricus.* Facies *Solani peruviani ſ. radicantis, ſed corolla campanulata; forte proprii generis planta.*

## CAMPANULA.

α. *Foliis lævioribus anguſtioribus.*

1. CAMPANULA caule unifloro, calyce corollam æquante. *Fl. lapp.* 85. *t.* 9. *f.* 5. 6. *Fl. ſvec.* 177, 185. **uniflora.**
*Habitat in alpibus* Lapponicis. ♃.

2. CAMPANULA caulibus unifloris, foliis caulinis ovatis crenatis, calycibus cernuis. **pulla.**
Campanula alpina latifolia, flore pullo. *Bauh. pin.* 93. *prodr.* 33. *Burſ. IV.* 21.
β. Campanula foliis ſubrotundis. *Bauh. prodr.* 34. *t.* 35.
*Habitat in* Auſtria.
Radix *filiformis, repens.* Caules *ſpithamæi, erecti, flexuoſi, filiformes, raro ramo uno alterove, eoque flo-*

*floriſero.* Folia *radicalia & caulina ovata, obtuſa, ſubcrenata crenis diſtantibus, nuda, petiolata.* Pedunculus *terminalis.* Flos *cernuus, magnitudine* C. rotundifoliæ, *calyce lævi, β. floribus pluribus in ſummitate caulis variat.*

rotundifolia 3. CAMPANULA foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. *Fl. lapp.* 83. *Fl. ſvec.* 176, 184. *Hort. cliff.* 65. *Roy. lugdb.* 247. *Dalib. pariſ.* 66.
Campanula minor rotundifolia vulgaris. *Bauh. pin.* 93.
β. Campanula minor rotundifolia alpina. *Bauh. pin.* 93. *prodr.* 34. *t.* 34.
γ. Campanula alpina linifolia cærulea. *Bauh. pin.* 93. *Fl. lapp.* 84. *it gotl.* 229. *Magn. monſp.* 47. *t.* 46.
*Habitat in* Europæ *paſcuis.* ♃.

patula. 4. CAMPANULA foliis ſtrictis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula patula. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 186.
Campanula minor rotundifolia, flore in ſummis caulibus. *Bauh. pin.* 93.
Campanula eſculentæ facie, ramis & floribus patulis. *Dill. elth.* 68. *t.* 58. *f.* 68.
β. Campanula decurrens, foliis caulinis lanceolatis ſerratis decurrentibus. *Fl. ſvec.* 1. *n.* 178.
*Habitat in* Angliæ, Sveciæ *arvis.* ♂.
*Calyx ad baſin laciniarum utrinque denticulo livido.*

Rapunculus 5. CAMPANULA foliis undulatis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata. *Hort. upſ.* 40.
Campanula foliis radicalibus lanceolato-ovalibus, caule ramoſiſſimo patulo. *Hort. cliff.* 65. *Dalib. pariſ.* 68.
Rapunculus eſculentus. *Bauh. pin.* 92.
Rapunculum. *Dod. pempt.* 165.
*Habitat in* Helvetia, Anglia, Gallia. ♂.
Folia *lanceolata.* Racemus *terminalis.* Rami *ſimiles, breviores, erecti.* Pedunculi *terni ſæpius, intermedio longiore.* Caulis *angulatus, ſcaber.*

perſicifolia 6. CAMPANULA foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus ſubſerratis ſeſſilibus remotis. *Fl. ſvec.* 179, 187. *Dalib. pariſ.* 67.
Campanula foliis lineari-lanceolatis crenatis, caule longiſſimo ſimpliciſſimo, floribus raris. *Vir. cliff.* 17. *Hort. cliff.* 65. *Roy. lugdb.* 246.

Ra-

Rapunculus perſicifolius, magno flore. *Bauh. pin.* 93.
β. Rapunculus nemoroſus anguſtifolius, magno flore, major. *Bauh. pin.* 93.
*Habitat in* Europæ *ſeptentrionalis aſperis.* ♃.

7. CAMPANULA foliis ovatis glabris ſubſerratis, caule erecto paniculato: ramulis brevibus. pyramidalis
Campanula foliis ovatis glabris obſolete ſerratis, ramis breviſſimis cauli approximatis. *Vir. cliff.* 17. *Roy. lugdb.* 246.
Campanula foliis ovatis margine cartilagineo crenatis, caule ramoſiſſimo anguſtato. *Hort. cliff.* 64.
Rapunculus hortenſis, latiore folio, ſ. Pyramidalis. *Bauh. pin.* 93.
*Habitat* - - - - ♂. in muris marmoreis Palatiorum Venetiis

8. CAMPANULA foliis cordatis lanceolatisque, petiolis ciliatis, floribus ſecundis, corollis quinquepartitis planis. americana.
Campanula caule ramoſo, foliis linguiformibus crenulatis margine cartilagineo. *Roy. lugdb.* 246.
Campanula minor americana, foliis rigidis, flore cæruleo patulo. *Herm. lugdb.* 107.
Trachelium americanum minus, flore cæruleo patulo. *Dodart. mem.* 4. *p.* 111. *t.* 111.
*Habitat in* Penſylvania. ♂.

9. CAMPANULA foliis lanceolatis: caulinis acute ſerratis, floribus paniculatis nutantibus. *Hort. upſ.* 41. lilifolia,
Campanula urticæ foliis glabra, floribus minoribus pendulis. *Amm. ruth.* 11. *n.* 17.
*Habitat in* Tataria, Sibiria. ♂.

10. CAMPANULA foliis rhomboidibus ſerratis, ſpica ſecunda. rhomboidalis.
Campanula foliis rhomboidibus ſerratis, ſpica unilaterali ſubnuda. *Hall. helv.* 491.
Campanula drabæ minoris foliis. *Bauh. pin.* 94. *prodr.* 36.
Rapunculus teucrii folio. *Barr. rar.* 78. *t.* 567.
Rapunculus alpinus, (teucrii folio) rhomboidalis. *Bocc. muſ.* 75. *t.* 61.
*Habitat in alpibus* Helvetiæ, Italiæ.

β *Foliis ſcabris latioribus.*

11. CAMPANULA foliis ovato-lanceolatis, caule ſim- latifolia.

ſimpliciſſimo tereti, floribus ſolitariis pedunculatis, fructibus cernuis. *Vir. cliff.* 17. *Hort. cliff.* 65. *Fl. ſvec.* 180, 188. *Roy. lugdb.* 245.
Campanula maxima, foliis latiſſimis. *Baub. pin.* 94.
*Habitat in* Angliæ, Sueciæ *montoſis, ſepibus.* ♃.
Caulis *ſimpliciſſimus, teres.* Folia *lanceolato-ovata, ſerrata.* Flores *ex alis ſuperioribus, ſolitarii, pedunculati.* Calyces *glabri.* Fructus *cernui.*

rapunculoides. 12. CAMPANULA foliis cordato-lanceolatis, caule ramoſo, floribus ſecundis ſparſis. *Vir. cliff.* 17. *Roy. lugdb.* 246. *Dalib. pariſ.* 66.
Campanula foliis ovatis crenatis, floribus per caulem uno verſu ſparſis. *Hort. cliff.* 64.
Campanula hortenſis, rapunculi radice. *Baub. pin.* 94. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 460. *ſ.* 5. *t.* 3. *f.* 32.
Campanula urticæ foliis oblongis minus aſperis. *Baub. pin.* 94. *Hallero.*
*Habitat in* Helvetia, Gallia, Auſtriæ *ſicciſſimis.*

bononienſis. 13. CAMPANULA foliis ovato-lanceolatis ſubtus ſcabris ſeſſilibus, caule paniculato. †
Campanula ſ. Cervicaria bononienſis, flore parvo. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 804. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 461. *ſ.* 5. *t.* 4. *f.* 38.
Campanula foliis lanceolatis leviter ſerratis alternis, floris thyrſo ſpicato & ad baſin ramoſo. *Segu. ver.* 1. *p.* 176.
*Habitat in* Baldi, *Leſſinenſium jugis*, Bononiæ.

graminifolia 14. CAMPANULA foliis lineari-ſubulatis, capitulo terminali. †
Campanula alpina, tragopogi folio. *Baub. pin.* 94.
Trachelium, tragopogi folio, montanum. *Col. phyt.* 2. *p.* 25. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 802.
Trachelium minus gramineum cæruleo-violaceum. *Barr. ic.* 332.
*Habitat in* Italiæ *montibus*, Aprutii *Salmone vicinis.*

ſpicata. 15. CAMPANULA hiſpida, ſpica laxa floribus alternis, foliis linearibus.
Campanula hirſuto folio anguſto leviter ſerrato, floribus parvis ſpicatis. *Pluk. alm.* 76. *t.* 153. *f.* 3.
*Habitat in* Valleſia.
Radix *craſſitie digiti.* Folia *radicalia lineari-lanceolata, caulina ſimilia, ſed breviora.* Caulis *pedalis; ramis al-*

*alternis, terminatis ſpica longiſſima ex* Floribus *ſeſſilibus, alternis, remotis, plurimis.* Corollæ *ſubcylindricæ. Planta caule, foliis, calycibus pilis albis hiſpida.*

16. CAMPANULA caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. *Vir. cliff.* 16. *Fl. ſvec.* 181, 189. *Roy. lugdb.* 245. *Dalib. pariſ.* 66. Trachelium.

Campanula foliis radicalibus cordatis, calycibus ciliatis. *Hort. cliff.* 64.

Campanula vulgatior, foliis urticæ, vel, major & aſperior. *Bauh. pin.* 94.

*Habitat in* Europæ *ſepibus.* ♃.

Folia *ovata, ſubcordata, petiolata, dentata.* Pedunculi *trifidi, triflori.*

17. CAMPANULA caule angulato ſimplici, floribus ſeſſilibus, capitulo terminali. *Vir. cliff.* 16. *Fl. ſvec.* 182, 190. *it. gotl.* 196. *it. ſcan.* 306. *Roy. lugdb.* 245. *Dalib. pariſ.* 67. glomerata.

Campanula foliis lanceolato-ovatis crenatis, ramis capitulo florali terminatis. *Hort. cliff.* 64.

Campanula pratenſis, flore conglomerato. *Bauh. pin.* 94.

Trachelium alpinum, floribus conglomeratis, foliis aſarinæ rigidis & hirſutis. *Herm par.* 235. *t.* 235.

*Habitat in* Angliæ, Galliæ, Auſtriæ, Sveciæ *pratis aridis.* ♃.

Folia *ovato-oblonga, ſeſſilia, obtuſiuſcula.* Flores 3, *ſeſſiles in alis foliorum*; capitulum *terminale.*

18. CAMPANULA hiſpida, floribus ſeſſilibus, capitulo terminali, foliis lanceolato-linearibus undulatis. *it. œland.* 115. *Fl. ſvec.* 183, 191. * Cervicaria.

Campanula foliis echii. *Bauh. prodr.* 36. (*non pinac.*)

Trachelium altiſſimum, foliis aſperis anguſtis, floribus parvis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 801. *t.* 801.

*Habitat in* Helvetiæ, Sveciæ, Germaniæ *aſperis ſylvaticis.*

Corollæ *anguli exteriores longitudinaliter ciliati.*

19. CAMPANULA hiſpida, racemo ovato-oblongo terminali, caule ſimpliciſſimo, foliis lanceolato-linearibus. thyrſoides.

Campanula foliis echii. *Bauh. pin.* 94.

Alo-

Alopecurus alpinus quibusdam, Echium montanum dalechampii. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 809.

Cervicaria major tenuifolia. *Thal. harc.* 32. *t.* 4. *

*Habitat in alpibus* Harcyniæ, *Carniolæ.* ♃.

petræa. 20. CAMPANULA caule angulato ſimplici, floribus ſeſſilibus capitato-glomeratis, foliis ſubtus tomentoſis.

Campanula foliis lanceolato-ovatis ſerratis hiſpidis, floribus per caulem denſe congeſtis. *Segu. ver.* 1. *p.* 179.

Campanula alpina ſphærocephalos. *Bauh. pin.* 94.

Trachelium majus petræum. *Pon. bald.* 333. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 801.

*Habitat in* Baldo.

Folia *ovato-oblonga, obtuſiuſcula, ſerrata, ſupra ſcabra, ſubtus tomentoſa nivea.*

Medium. 21. CAMPANULA capſulis quinquelocularibus obtectis, caule ſimplici erecto folioſo floribus erectis. *Vir. cliff.* 16. *Roy. lugdb.* 245.

Campanula calycibus a tergo lamellis quinque notatis. *Hort. cliff.* 64.

Campanula hortenſis, folio & flore oblongo. *Bauh. pin.* 94.

Viola mariana. *Dod. pempt.* 163.

*Habitat in* Germaniæ, Italiæ *ſylvis apricis.* ♂.

barbata. 22. CAMPANULA capſulis quinquelocularibus obtectis, caule ſimpliciſſimo unifolio, foliis lanceolatis, corollis barbatis.

Campanula foliis echii, floribus villoſis. *Bauh. pin.* 94. *prodr.* 36. *t.* 36.

Campanula alpina aſperior, foliis echii, flore magno villoſo. *Pluk. phyt.* 153. *f.* 6.

Rapunculus montanus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 808.

*Habitat in Alpibus* Auſtriæ, Helvetiæ, Pedemontii. *Allioni.*

Caulis *ſimpliciſſimus, ſpithamæus, in medio Folio unico, radicalibus ſimili.* Folia *radicalia lanceolata, ſcabra, obtuſiuſcula, integerrima.* Flores *ad apicem caulis* 3 *ſ.* 4, *ſecundi, intus valde barbati.* Capſula 5-*locularis, obtecta ſinubus reflexis.*

ſibirica. 23. CAMPANULA capſulis trilocularibus obtectis, caule paniculato.

*Ha-*

*Habitat in* Sibiria. *Gmelin.*

*Plantæ* Caulis *pedalis*, *angulatus*, *parum hiſpidus*, *rectus*, *indiviſus.* Panicula *rarior*, *laxa.* Folia *linearia*, *ſemiamplexicaulia: Caulina ſcabra.* Flores *oblongi*, *parvi.* Calyces *hiſpidi.*

*le ſubdiviſo*, *foliis latioribus.*

24. CAMPANULA capſulis quinquelocularibus obtectis, caule dichotomo, floribus cernuis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 306. *. dichotoma.

Campanula hirſuta, ocymi folio caulem ambiente, flore pendulo. *Bocc. ſic.* 83. *t.* 45. *f.* 1. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 459. *ſ.* 5. *t.* 3. *f.* 26. *Raj. hiſt.* 736.

*Habitat in* Syria, Sicilia.

25. CAMPANULA capſulis quinquelocularibus obtectis pedunculatis, caule proſtrato, foliis ſuborbiculatis. mollis.

Campanula rotundifolia hirſuta ſaxatilis, folio molli. *Bocc. muſ. app.*

*Habitat in* Oriente, Hiſpania. *Alſtrömer.*

Caules *decumbentes*, *ſubramoſi*, *rigidiuſculi*, *villoſi.* Folia *parva*, *ſeſſilia*, *ſuborbiculata*, *ſubintegerrima*, *tomentoſa*, *pubeſcentia.* Flores ex *alis foliorum*, *ſolitarii*, *longius pedunculati.* Calyces *magni*, *nudi ſinubus reflexis. Flores foliis ſextuplo majores. Verbo: Herba Antirrhini mollis*, *Flores Campanulæ Medii*, *cæterum ſtatura Camp. heterophyllæ.*

26. CAMPANULA foliis obovatis crenatis, floribus alternis nutantibus, capſulis quinquecarinatis. †. ſaxatilis.

Campanula cretica ſaxatilis, bellidis folio, magno flore. *Tournef. inſt.* 111. *Barr. rar.* 79. *t.* 813.

Trachelium ſaxatile, bellidis folio, cærûleum creticum. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 76. *t.* 64.

*Habitat in* Cretæ *ſcopulis ſaxoſis.*

27. CAMPANULA capſulis obtectis pedunculatis, foliis ſerratis: radicalibus lyratis; caulinis lanceolatis. laciniata.

Campanula foliis longis laciniatis. *Sp. pl.* 1. *p.* 165.

Campanula græca ſaxatilis, jacobææ folio. *Tournef. it.* 1. *p.* 99. *t.* 99. *cor.* 1.

Campanula mariana, laciniatis foliis peregrina. *Bauh. pin.* 94. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 460. *ſ.* 5. *t.* 3. *f.* 31.

Cam-

Campanula foliis radicalibus dentato-pinnatis, caulinis cordatis ſeſſilibus *Gron. orient.* 19.
Medium dioſcoridis. *Raw. it.* 284.
*Habitat in* Græcia, Libano. *Burmannus.*
Planta *læviuſcula.* Folia *radicalia pinnatifida, lyrata, ſerrata; Caulina lanceolata, ſubcuneiformia, ſerrata.* Calyces *ſinubus reflexis, germen obtegentibus.*

ſtricta. 28. CAMPANULA capſulis obtectis, foliis hirtis: caulinis lanceolatis ſerratis, caule ſimpliciſſimo, floribus ſeſſilibus.
Campanula orientalis, folio oblongo rigido aſpero, flore ſurſum ſpectante. *Tournef. cor.* 3.
*Habitat in* Syria, Palæſtina.
Caulis *ſesquipedalis, ſimpliciſſimus, hirtus.* Folia *Radicalia cordata ſ. ovata, oblongiuſcula, ſerrata, utrinque hirta, petiolata. Caulina alterna, remota, ſeſſilia, lanceolata, obtuſa, ſerrato-dentata, hirta, baſi anguſtiora.* Flores *axillares, ſolitarii, ſeſſiles, erecti.* Calyces *hirti, germen ſinubus tegentes.*

* *Caule ſubdiviſo.*

canarienſis. 29. CAMPANULA capſulis quinquelocularibus, foliis haſtatis dentatis oppoſitis petiolatis.
Campanula foliis haſtatis dentatis, caule determinate folioſo. *Hort. cliff.* 65 *t.* 8. *Roy. lugdb.* 247.
Campanula canarienſis regia ſ. Medium radice tuberoſa, foliis ſinuatis cæſiis atriplicis æmulis ternis circum caulem ambientibus, flore amplo pendulo: colore flammeo rutilante. *Pluk. alm.* 76. *t.* 276. *f.* 1.
*Habitat in inſulis* Canariis. ♃.

fruticoſa. 30. CAMPANULA capſulis quinquelocularibus columnaribus, caule fruticoſo, foliis lineari-ſubulatis, pedunculis longiſſimis.
Campanula africana, ericæ folio, flore cæruleo patulo. *Herm. afr.* 5.
*Habitat ad* Caput b. Spei. ♄.

Speculum. ☉ 31. CAMPANULA caule ramoſiſſimo diffuſo, foliis oblongis ſubcrenatis, calycibus ſolitariis corolla longioribus, capſulis priſmaticis. *Hort. upſ.* 41
Campanula caule ramoſo, foliis ovato-oblongis crenatis. *Hort. cliff.* 65.

Cam-

Campanula calycibus corollam ſuperantibus, capſulis columnaribus. *Vir. cliff.* 17. *Roy. lugdb.* 247. *Dalib. pariſ.* 68.
Onobrychis arvenſis ſ. Campanula arvenſis erecta. *Baub. pin.* 215.
*Habitat inter ſegetes* Europæ *auſtralis.* ☉.

32. CAMPANULA caule baſi ſubramoſo ſtricto, foliis oblongis crenatis, calycibus aggregatis corolla longioribus, capſulis priſmaticis. hybrida.
Campanula arvenſis minima erecta. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 457. *ſ.* 5. *t.* 2. *f.* 22.
Speculum veneris minus. *Raj. hiſt.* 743.
*Habitat in* Anglia, Gallia, *inter ſegetes.*
*Differt a* Speculo ♀ *ſ. matre*: Caule *baſi tantum ramoſo, erecto, ſuperne vix ramoſo, ſtricto*; Floribus *ſeſſilibus*, 3 *ſ.* 4 *ſimul*; *Corollis ſæpius in rudimento latentibus nec explicatis. Quin hæc ex C. Spec.* ♀ *olim orta ſit, dubium vix videtur.*

33. CAMPANULA ramis patentibus indiviſis, foliis radicalibus ellipticis lævibus integerrimis, floribus ſeſſilibus ternis. limonifolia.
Campanula orientalis, limonii minimi facie, flore patulo. *Tournef. cor.* 3.
*Habitat in* Oriente. *Burmannus.*
Folia *radicalia ovali-oblonga, integerrima, glabra, petiolata, non tamen rigida.* Caulis *ramis ſimpliciſſimis, virgatis, foliis linearibus ſ. ſubulatis.* Flores *remoti, axillares, ſeſſiles, ſæpius terni, bracteis longitudine germinis.*

34. CAMPANULA caule ſubdiviſo ramoſiſſimo, foliis linearibus acuminatis. *Hort. cliff.* 66. *Roy. lugdb.* 247. Pentagonia.
Campanula pentagonia, flore ampliſſimo, thracica. *Tournef. inſt.* 112.
Speculum veneris, flore amplisſimo, thracicum. *Raj. hiſt.* 742.
*Habitat in* Thracia. ☉.

35. CAMPANULA caule ſimplici, foliis cordatis dentatis amplexicaulibus, floribus ſeſſilibus aggregatis. *Hort. upſ.* 40. perfoliata.
Campanula caule ſimpliciſſimo, foliis amplexicaulibus. *Hort. cliff.* 65. *Roy. lugdb.* 247. *Gror. virg.* 22.

Cam-

Campanula pentagonia perfoliata. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 457. *ſ.* 5. *t.* 2. *f.* 23. *Barr. rar.* 83. *t.* 1133.
*Habitat in* Virginia. ☉.
*Flores ſæpius mutilati, excepto terminali.*

capenſis. 36. CAMPANULA foliis lanceolatis dentatis hiſpidis, pedunculis longiſſimis, capſulis ſtrigoſis.
Campanula africana annua hirſuta, latis ſerratisque foliis, flore magno violaceo. *Comm. hort.* 2. *p.* 69. *t.* 35.
*Habitat ad* Caput b. Spei. ☉.

elatines. 37. CAMPANULA foliis cordatis dentatis pubeſcentibus petiolatis, caulibus proſtratis, pedunculis capillaribus multifloris.
*Habitat in Alpinis* Europæ *auſtralis. Allioni.*
Specimen: Caulis *proſtratus, teres, pubeſcens, rarius ramoſus.* Folia *alterna, cordata, dentato-ſerrata, longius petiolata, utrinque ſubpubeſcentia.* Pedunculi *axillares, capillares ſ. filiformes, aphylli, laxi, ramoſi, ſæpius triflori, pubeſcentes.*

hederacea. 38. CAMPANULA foliis cordatis quinquelobis petiolatis glabris, caule laxo. *Dalib. pariſ.* 68.
Campanula foliis ſubrotundis quinquangularibus baſi emarginatis glabris, floribus ſolitariis. *Læfl. it.* 127.
Campanula cymbalariæ vel hederæ folio. *Bauh. pin.* 93. *prodr.* 34. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 456. *ſ.* 5. *t.* 4. *f.* 18. *Pluk. phyt.* 23. *f.* 1.
*Habitat in* Anglia, Gallia, Hiſpania, *locis umbroſis humidiuſculis.*

heterophylla. 39. CAMPANULA foliis ſubovatis glabris integerrimis, caulibus diffuſis.
Campanula ſaxatilis, foliis inferioribus bellidis, cæteris nummulariæ. *Tournef. cor.* 3. *itin.* 1. *p.* 243. *t.* 243.
*Habitat in* Oriente. ♃.

Erinus. 40. CAMPANULA caule dichotomo, foliis ſeſſilibus utrinque dentatis, floralibus oppoſitis. *Hort. cliff.* 65. *Roy. lugdb.* 247. *Guett. ſtamp* 429.
Campanula caule quadrangulo patulo ſcabro, calycibus ſeſſilibus axillaribus corollæ tubuloſæ æqualibus. *Læfl. it.* 127. *
Erini ſ. Rapunculi minimum genus. *Columm. phytob.* 122. *t.* 28.

Ra-

Rapunculus minor, foliis inciſis. *Bauh. pin.* 92.
Alſine oblongo folio ſerrato, flore cæruleo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 367.
*Habitat in* Italia, Hiſpania, G. Narbonenſi. ⊙.
Genus *dubium monent Corolla inæqualis, Capſula non extus dehiſcens, Ramificatio oppoſita, Stigma ſimplex.*

## ROELLA.

1. ROELLA foliis ciliatis: mucrone recto. *ciliata.*
Roellia. *Hort. cliff.* 492. *t.* 35.
Campanula africana fruteſcens aculeoſa, flore violaceo. *Comm. hort.* 2. *p.* 77. *t.* 30.
Campanula africana humilis piloſa, flore exalbido languide purpureo. *Seb. theſ.* 1. *p.* 25. *t.* 16. *f.* 5.
Aculeoſa mauritanica, ericæ foliis hirſutis rigidis infeſto mucrone pungentibus. *Pluk. alm.* 8. *t.* 252. *f.* 4.
*Habitat in* Mauritania, Æthiopia. ♃.

2. ROELLA foliis ciliatis: mucrone reflexo. *reticulata.*
Roella foliis imbricatis. *Roy. lugdb.* 248.
Campanula capitis bonæ ſpei, foliis reticulatis ſpinoſis. *Pet. muſ.* 21. *f.* 157.
*Habitat ad* Caput b. Spei. ♃.

## PHYTEUMA.

1.* PHYTEUMA capitulo ſubfolioſo, foliis omnibus lanceolatis. *pauciflora.*
Rapunculus foliis obtuſis, ſpica pauciflora. *Hall. helv.* 497.
Rapunculus alpinus parvus comoſus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 811.
*Habitat in alpibus* Helveticis, Styriacis.
*Capſula bi-ſ. trilocularis.*

2.* PHYTEUMA capitulo ſubrotundo, foliis linearibus integerrimis. *hemiſphærica.*
Phyteuma foliis linearibus, floribus capitatis. *Roy. lugdb.* 248.
Rapunculus umbellatus, folio gramineo. *Bauh. pin.* 92.
Rapunculus ſylveſtris cæruleus umbellatus. *Thal. herc.* 94. *t.* 3.
Rapuntium alterum anguſtifolium alpinum. *Column. ecphr.* 2. *p.* 23. *t.* 26.
*Habitat in alpibus* Helvetiæ, Italiæ, Pyrenæis. ♃.

orbicularis. 3. PHYTEUMA capitulo ſubrotundo, foliis ſerratis: radicalibus cordatis.

Phyteuma foliis oblongis, ſpica orbiculari. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 34. *Dalib. pariſ.* 69.

Rapunculus folio oblongo, ſpica orbiculari. *Baub. pin.* 92. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 463 *ſ.* 5. *t.* 5. *f.* 47.

Rapuntium montanum rarius corniculatum. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 222. *t.* 224.

β Rapunculus umbellatus latifolius. *Baub. pin.* 92.

γ. Rapunculus umbellatus anguſtifolius. *Baub. pin.* 92.

Rapunculus ſylveſtris umbellatus. *Thal. herc. t.* 8. *f.* 1, 2.

*Habitat in alpibus* Italiæ, Helvetiæ, Veronæ, Suſſexiæ.

ſpicata. 4. PHYTEUMA ſpica oblonga, capſulis bilocularibus, foliis radicalibus cordatis.

Phyteuma ſpica oblonga nuda, foliis caulinis lanceotis ſerratis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 149.

Phyteuma foliis cordato-lanceolatis, ſpica oblonga. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 34. *Dalib. pariſ.* 69.

Rapunculus ſpicatus. *Baub. pin.* 92. cæruleus *prodr.* 32. *t.* 32.

Rapunculus foliis cordatis, ſpica florum oblonga. *Monnier. obſ.* 130.

Rapunculus corniculatus ſpicatus ſ. alopecuroides, flore albo & cæruleo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 463. *ſ.* 5. *t.* 5. *f.* 46.

*Habitat in Alpeſtribus* Helvetiæ, Auſtriæ, Baldi, Angliæ, Galliæ, Italiæ.

Capſula *non trilocularis*, *ſed bilocularis. Dill. giſſ.* 65.

comoſa. 5. PHYTEUMA faſciculo terminali ſeſſili, foliis dentatis: radicalibus cordatis.

Rapunculus alpinus corniculatus. *Baub. pin.* 113. *prodr.* 33. *t.* 33.

Trachelium petræum minus. *Pon. bald* 326. *t* 326.

Campanula ſphærocephalus pervenuſta, foliorum ad oras inſigniter denticulata *Pluk. alm.* 77. *t.* 152. *f.* 6.

*Habitat in* Baldi & Tyrolenſibus *montibus.* ♂.

pinnata. 6. PHYTEUMA floribus ſparſis, foliis pinnatis. *Roy. lugdb.* 248.

Rapunculus creticus ſ. Pyramidalis altera. *Baub. pin.* 93.

Ra-

Rapunculus creticus, Petromarula. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 811. *t.* 812.
*Habitat in* Creta.

## TRACHELIUM.

1. TRACHELIUM. *Hort. upſ.* 41. cæruleum.
Trachelium foliis ovatis ſerratis, corymbis compoſitis. *Vir. cliff.* 17. *Roy. lugdb.* 248.
Trachelium foliis ovatis ſerratis, caule umbella terminato. *Hort. cliff.* 66.
Cervaria valerianoides cærulea. *Bauh. pin.* 95.
*Habitat in* Italiæ & Orientis *umbroſis.* ♂.

## SAMOLUS.

1. SAMOLUS. *Hort. cliff.* 51. *Hort. upſ.* 42. *Fl. ſuec.* 165, 192. *Roy. lugdb.* 249. *Gron. virg.* 23. *Dalib. pariſ.* 69. valerandi.
Anagallis aquatica, rotundo folio non crenato. *Bauh. pin.* 252.
Alſine aquatica, foliis rotundis beccabungæ. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 323. *ſ.* 3. *t.* 24. *f.* 28.
β. Samolus africanus, folio rotundiore. *Walth. hort.* 162. *t.* 23. africanus.
*Habitat in maritimis* Europæ, Aſiæ & Americæ *borealis, ad litora, fontes.* ♂.
*Differt* africana *planta Caule magis ramoſo & firmiore; ſed vix ſufficiunt notæ pro diſtincta ſpecie.*

## NAUCLEA.

1. NAUCLEA. orientalis.
Cephalanthus foliis oppoſitis. *Fl. zeyl.* 53. *Sp. pl.* 1. *p.* 95.
Platanocephalos citri foliis bijugis, capite majore. *Vaill. act.* 1722 *p.* 259.
Arbor indica, fructu aggregato globoſo. *Raj. hiſt.* 1441.
Katu-Tſiacca. *Rheed. mal.* 3 *p.* 29. *t.* 33.
Bancalus. *Rumph. amb.* 3. *p.* 84. *t.* 55?
*Habitat in* India *Aſiatica.* ♄.

## RONDELETIA.

1. RONDELETIA foliis ſeſſilibus, panicula dichotoma. americana.

Rondeletia arboreſcens, tini facie. *Plum. gen.* 15. *ic.* 142. *f.* 1.
*Habitat in* America. ♄.
*Arbuſculæ* Folia *oppoſita, ſeſſilia, lanceolata.* Pedunculi *communes ſolitarii, longiſſimi, nudi, apice formantes* corymbum *dichotomum*; *in cujus ſingula dichotomia* Flos *ſeſſilis, cum* involucro *diphyllo.*

aſiatica. 2. RONDELETIA foliis petiolatis oblongis acutis. *Fl. zeyl.* 80.
Cupi. *Rheed. mal.* 2. *p.* 37. *t.* 23. *Raj. hiſt.* 1494.
*Habitat in* Malabaria, Zeylona. ♄.

## MACROCNEMUM.

jamaicenſe. 1. MACROCNEMUM. *Amœn. acad.* 5. *p.* 413. *
Macrocnemum arboreſcens, foliis ovatis oppoſitis, racemis ſuſtentaculis longis inſidentibus. *Brown. jam.* 165.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

## BELLONIA.

aſpera. 1. BELLONIA.
Bellonia fruteſcens, folio meliſſæ aſpero. *Plum. gen.* 19. *ic.* 47.
*Habitat in* America. ♄.
*Arbuſculæ* Folia *oppoſita, ovata, ſerrata, ſubtus aſpera: petiolis breviſſimis.* Flores *in corymbum.*

## PORTLANDIA.

grandiflora. 1. PORTLANDIA.
Portlandia floribus pentandris. *Jacq. amer.* 16.
Portlandia foliis majoribus nitidis ovatis oppoſitis, floribus ampliſſimis. *Brown. jam.* 164. *t.* 11. *f.* 1.
*Habitat in* Jamaica. ♄.
*Corolla Daturæ ſpecioſa.*

## CINCHONA.

officinalis. 1. CINCHONA panicula brachiata.
Cinchona. *Mat. med.* 71.
Quinquina. *Cond. act. pariſ.* 1738. *Godefr. mat.* 2. *p.* 180.
Arbor febrifuga peruviana. *Raj. hiſt.* 1796.
*Habitat in* Loxa *Peruviæ.* ♄.

2. CIN-

2. CINCHONA pedunculis unifloris. *Jacq. amer.* 16. †. caribæa.
*Habitat in* Caribæis. ♄.

## PSYCHOTRIA.

1. PSYCHOTRIA ſtipulis emarginatis, foliis lanceolato-ovatis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 395. aſiatica.
Pſychotrophum fruticoſum, foliis amplioribus ovatis, ſtipulis rigidis interpoſitis. *Brown. jam.* 160. *t.* 17. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaica & *India* Orientali. ♄.

2. PSYCHOTRIA caule repente, foliis cordatis petiolatis. herbacea.
Pſychotrophum herbaceum repens ſylvaticum, foliis ſubrotundo-cordatis oppoſitis, floribus paucioribus alaribus, laciniis corollæ erecto patentibus. *Brown. jam.* 161.
Jaſminum inodorum repens, violæ foliis, fructu puniceo. *Barr. æqu.* 63.
Violæ folio baccifera repens, flore albo pentapetaloide, fructu rubro diſpermo. *Sloan. jam.* 115. *hiſt.* 1. *p.* 243.
Periclymeno accedens planta indiæ, foliis periclymeni rotundioribus, fructu bipyreno. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 535.
Karinta-kali. *Rheed. mal.* 10. *p.* 41. *t.* 21. *Raj. ſuppl.* 358.
*Habitat in* Indiæ *utriusque umbroſis roridis.*

## COFFEA.

1. COFFEA floribus quinquefidis diſpermis. *Amœn. acad.* 6. *Coffea* *. arabica.
Coffea. *Hort. cliff.* 59. *Hort. upſ.* 41. *Mat. med.* 70. *Roy. lugdb.* 239.
Jaſminum arabicum, lauri folio, cujus ſemen apud nos Coffe dicitur. *Juſſ. act.* 1713. *p.* 388. *t.* 7.
Jaſminum arabicum, caſtaneæ folio, flore albo odoratiſſimo. *Till. piſ* 87. *t.* 32.
Evonymo ſimilis ægyptica, fructu baccis lauri ſimili. *Bauh. pin.* 498. *Pluk. phyt.* 272. *f.* 1.
Bon. *Alp. ægypt.* 36. *t.* 36.
*Habitat in* Arabia felici, Æthiopia. ♄.

occidentalis. 2. COFFEA floribus quadrifidis, baccis monoſpermis. *Jacq. amer.* 16.
Pavetta foliis oblongo-ovatis oppoſitis, ſtipulis ſetaceis *Brown. jam.* 142. *t.* 6. *f.* 1.
Jaſminum arboreſcens, lauri foliis, flore albo odoratiſſimo *Plum. ſpec.* 17. *ic.* 156. *f.* 2.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.
*Flores in panicula brachiata.*

## CHIOCOCCA.

racemoſa. 1. CHIOCOCCA foliis oppoſitis. *Jacq. amer.* 16.
Chiococca ſarmentoſa, foliis myrtinis, ſpicis plurimis tenuiſſimis & terminalibus & ex alis ſupremis. *Brown. jam.* 161.
Lonicera racemis lateralibus ſimplicibus laxis, floribus oppoſitis pendulis, geniculis compreſſis. *Sp. pl.* 1. *p.* 175. *n.* 13. *Hort. cliff.* 496.
Periclymenum racemoſum, flore flaveſcente, fructu niveo. *Plum. ic.* 211. *t.* 217. *f.* 2. *Dill. elth.* 306. *t.* 228. *f.* 295.
Jaſminum folio myrtino acuminato, flore albicante racemoſo. *Sloan. jam.* 196. *hiſt.* 2. *p.* 97. *t.* 188. *f.* 3. *Raj. dendr.* 64.
*Habitat in* Jamaica, Barbados, *locis confragoſis.* ♄.

nocturna. 2. CHIOCOCCA foliis alternis. *Jacq. amer.* 16. †.
*Habitat in* America. ♄.

## HAMELLIA.

patens. 1. HAMELLIA racemis patentibus. *Jacq. amer.* 16. †.
Periclymenum arboreſcens, ramulis inflexis, flore luteo. *Plum. ic.* 218?
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

## LONICERA.

* Periclymena *caule volubili.*

Caprifolium 1. LONICERA floribus verticillatis terminalibus ſeſſilibus, foliis ſummis connato-perfoliatis. *Hort. cliff.* 45. *Hort. upſ.* 42. *Virid. cliff.* 14. *Roy. lugdb.* 237. *Sauv. monſp.* 139.
Periclymenum perfoliatum. *Bauh. pin.* 302.

Ca-

Caprifolium Italicum. *Dod. pempt.* 411. *Hortul. angl. t.* 5. *f.* 1, 2, 3.
*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♄.

2. LONICERA ſpicis nudis verticillatis terminalibus, foliis ſummis connato-perfoliatis. ſempervirens.
Lonicera floribus capitatis terminalibus, foliis ſummis connatis, inferioribus perfoliatis. *Hort. cliff.* 58. *Roy. lugdb.* 237.
Periclymenum perfoliatum virginianum ſempervirens & florens. *Herm. lugdb.* 482. *t.* 483.
Periclymenum virginianum. *Riv. mon.* 116.
*Habitat in* Virginia, Mexico. ♄.

3. LONICERA capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus diſtinctis. *Hort. cliff.* 58. *Hort. upſ.* 42. * *Fl. ſvec.* 191, 193. *Roy. lugd.* 237. *Dalib. pariſ.* 69. *Sauv. monſp.* 139. *it. ſcan.* 305. *Mat. med.* 68. Periclymenum.
Periclymenum non perfoliatum germanicum. *Bauh. pin.* 302.
β. Caprifolium non perfoliatum. *Hort. angl. t.* 6. & 8. *f.* 1, 2.
Caprifolium germanicum, flore rubello, ſerotinum. *Tourneſ. inſt.* 226.
*Habitat in* Europa *media.* ♄.
*Caulis & folia pubeſcentia in* α, *at in* β *glabra.*

* * Chamæceraſa *pedunculis bifloris.*

4. LONICERA pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, foliis ellipticis integerrimis. *Roy. lugdb.* 238. *Sauv. monſp.* 140. nigra.
Chamæceraſus alpina, fructu nigro gemino. *Bauh. pin.* 451.
Periclymenum alpinum nigrum. *Geſn. faſc.* 37. *t.* 8. *f.* 48.
Periclymenum rectum, folio ſerrato. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 107.
Periclymenum rectum 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 58.
*Habitat in* Delphinatu, Gallia, Helvetia.
*Involucrum germinibus brevius. Folia integerrima, ſæpe leguntur ſerrata, ſed hæc a Papilione Camilla ſunt eroſa. Schmiedel.*

5. LONICERA pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, foliis cordatis obtuſis. *Hort. upſ.* 42. tatarica.

Chamæceraſus fructu gemino rubro, foliis glabris cordatis. *Amm. ruth.* 184.

*Habitat in* Tataria. ♄.

Folia *cordata glabra, brevius petiolata.* Pedunculi *axillares, biflori.* Involucrum *lanceolatum; involucella obovata.* Corolla *pallide incarnata: labio ſuperiore tripartito: lacinia media bifida; inferiore ſimplici.*

Xyloſteum. 6. LONICERA pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, foliis integerrimis pubeſcentibus. *Roy. lugdb.* 238. *Fl. ſvec.* 192, 194. *Dalib. pariſ.* 69. *Sauv. monſp.* 140.

Lonicera pedunculis bifloris, foliis ovatis obtuſis integris. *Hort. cliff.* 58.

Chamæceraſus dumetorum, fructu gemino rubro. *Bauh. pin.* 451.

Xyloſteum. *Dod. pempt.* 412.

*Habitat in* Europæ *frigidioris ſepibus.* ♄.

pyrenaica 7. LONICERA pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, foliis oblongis glabris.

Lonicera pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, floribus infundibuliformibus, ramis divaricatis. *Roy. lugdb.* 238.

Xyloſteum pyrenaicum. *Tournef. inſt.* 609. *Magn. hort.* 209. *t.* 209. *Raj. dendr.* 29. *Duham. arb.* 2. *p.* 374. *t.* 110.

*Habitat in* Pyrenæis. ♄.

*Differt a præcedente Corollis regularibus, Ramis divaricatis, Foliis glabris.*

alpigena. 8. LONICERA pedunculis bifloris, baccis coadunatis didymis. *Mill. dict. t.* 167. *f.* 2.

Lonicera pedunculis bifloris, foliis ovatis acutis integris. *Hort. cliff.* 58. *Sauv. monſp.* 140.

Lonicera baccis bifloris concretis, floribus bilabiatis. *Roy. lugdb.* 238.

Chamæceraſus. *Geſn. faſc.* 33. *t.* 14. *f.* 44.

Chamæceraſus alpina, fructu rubro gemino: duobus punctis notato. *Bauh. pin.* 451.

Periclymenum rectum quartum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 59.

*Habitat in Alpibus* Helveticis, Pyrenaicis, Allobrogicis. ♄.

9. LO-

9. *LONICERA pedunculis bifloris, baccis coadunato-globoſis, ſtylis indiviſis. cærulea.

Lonicera pedunculis bifloris bilabiatis, bacca ſingulari globoſa integerrima. *Roy. lugdb.* 239.

Chamæceraſus montana, fructu ſingulari cæruleo. *Bauh. pin.* 451.

Periclymenum rectum, fructu cæruleo. *Cluſ. pon.* 85. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 108. *Raj. hiſt.* 1492.

*Habitat in* Helvetia. ♄.

Rami *teretes, rigidi, rubri.* Folia *ovata, integra.* Gemmæ 2 *ſ.* 3, *altera ſupra alteram, tamquam duæ ſpinæ, ſubulatæ, compreſſæ, horizontales.* Pedunculi *ex infimis oppoſitionibus foliorum, cernui, breviſſimi.* Germen *unicum, absque viſibili perianthio, cum* Corollis *duabus, 5-fidis, regularibus, albis.*

* * * *Caule erecto pedunculis multifloris.*

10. LONICERA ſpicis terminalibus, foliis ovato-oblongis acuminatis diſtinctis ſeſſilibus. *Gron. virg.* 142. marilandica

Periclymeni virginiani flore coccineo planta marilandica, ſpica erecta, foliis conjugatis. *Raj. dendr.* 32. *Catesb. carol.* 2. *p.* 78. *t.* 78.

*Habitat in* Virginia, Marilandia, Carolina. ♄. ♃.

*Generis dubii planta a nobis non viſo fructu.*

11. LONICERA capitulis lateralibus pedunculatis, foliis petiolatis. Symphoricarpos.

Lonicera pedunculis axillaribus capitatis, foliis petiolatis. *Hort. cliff.* 58. *Roy. lugdb.* 237. *Gron. virg.* 23.

Symphoricarpos foliis alatis. *Dill. elth.* 371. *t.* 278. *f.* 360.

Vitis idæa caroliniana, foliis ſubrotundis hirſutis. *Hortul. angl.* 85. *t.* 20.

*Habitat in* Virginia, Carolina. ♄.

12. LONICERA racemis terminalibus, foliis ſerratis. Diervilla.

Diervilla. *Hort. cliff.* 63. *t.* 7.

Diervilla acadienſis fruticoſa, flore luteo. *Tournef. act.* 1706. *t.* 7 *f.* 1. *Duham. arb.* 1. *p.* 209. *t.* 87.

*Habitat in* Acadia, Noveboraco. ♄.

13. LONICERA corymbis terminalibus, foliis ovatis acutis. corymboſa.

Periclymenum foliis acutis, floribus profunde diſſectis. *Fewill. peruv.* 2. *p.* 760. *t.* 45.

*Habitat in* Peru. ♄.

## TRIOSTEUM.

perfoliatum. 1. TRIOSTEUM floribus verticillatis ſeſſilibus.
Trioſteoſpermum, latiore folio, flore rutilo. *Dill. elth.* 394. *t.* 293. *f.* 378.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ♃.

anguſtifolium. 2. TRIOSTEUM floribus oppoſitis pedunculatis.
Lonicera humilis hirſuta, caule obſolete rubente quadrato, foliis lanceolatis adverſis, flore luteo ad alas unico. *Gron. virg.* 143.
Periclymenum herbaceum rectum virginianum. *Pluk. alm.* 287. *t.* 104. *f.* 2.
*Habitat in* Virginia. ♃.

## MORINDA.

umbellata. 1. MORINDA erecta, foliis lanceolato-ovatis, pedunculis confertis *Fl. zeyl.* 81. *
Bancudus anguſtifolia. *Rumph. amb.* 3. *p.* 157. *t.* 98.
*Habitat in* India. ♄.

citrifolia. 2. MORINDA arborea, pedunculis ſolitariis. *Fl. zeyl.* 82.
Bancudus latifolia. *Rumph. amb.* 3. *p.* 158. *t.* 99.
Coda-pilava. *Rheed. mal.* 1. *p.* 97. *t.* 52. *Raj. hiſt.* 1442.
*Habitat in* India ♄.

Royoc. 3. MORINDA procumbens. *Hort. cliff.* 73. *Roy. lugdb.* 187.
Morinda americana humifuſa laurifolia. *Vaill. act.* 1722. *p.* 275.
Royoc humifuſum, fructu cupreſſino. *Plum. ſpec.* 11.
Periclymenum americanum e cujus radice fit atramentum. *Pluk. alm.* 287. *t.* 212. *f.* 4.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

## CONOCARPUS.

erecta. 1. CONOCARPUS erecta, foliis lanceolatis.
Conocarpus. *Hort. cliff.* 485.
Conocarpus foliis oblongis, petiolis brevibus, floribus in caput conicum. *Brown. jam.* 159.
Alnus maritima myrtifolia coriariorum. *Pluk. alm.* 18. *t.* 240. *f.* 3.

Alni

Alni fructu laurifolia arbor maritima. *Sloan. jam.* 135. *hiſt.* 2. *p.* 18. *t.* 161. *f.* 2. *Raj. dendr.* 11.
Rudbeckia laurifolia maritima. *Amm. herb.* 581.
Innominata. *Plum. ic.* 135. *t.* 144. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaicæ, Bermudenſium, Braſiliæ *maritimis.* ♄.

2. CONOCARPUS foliis lanceolato-ovatis obtuſiuſculis, fructibus ſejunctis. racemoſa.
Conocarpus foliis elliptico-ovatis, petiolis biglanduloſis, racemis laxis, fructibus ſejunctis. *Brown. jam.* 159.
Mangle julifera, foliis ellipticis ex adverſo naſcentibus. *Sloan. jam.* 156. *hiſt.* 2. *p.* 66. *t.* 187. *f.* 1. *Raj. dendr.* 115.
*Habitat in* Jamaicæ *maritimis.* ♄.

3. CONOCARPUS procumbens, foliis ſubrotundis.
Rudbeckia ſupina, foliis ſubrotundis. *Amm. herb.* 581.
*Habitat in* Cuba.

## ERITHALIS.

1. ERITHALIS. fruticoſa.
Erithalis fruticuloſa, foliis obovatis craſſis nitidis oppoſitis, pedunculis ramoſis ad alas ſuperiores. *Brown. jam.* 165. *t.* 17. *f.* 3.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

## MENAIS.

1. MENAIS. *Læfl. it.* 306. topiaria.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.
Caules *teretes*, *ſubvilloſi.* Folia *alterna*, *ovata*, *integra*, *aſpera.*

## GENIPA.

1. GENIPA. americana.
Genipa fructu ovato. *Plum. ſpec.* 20. *ic.* 136.
Janipaba. *Marcgr. braſ.* 92. *Piſ. braſ.* 158.
*Habitat in* America *meridionali. Monnier.* ♄.

## MUSSÆNDA.

1. MUSSÆNDA. *Herm. zeyl.* 36. *Fl. zeyl.* 84. frondoſa.
Muſſænda zeylanica, flore rubro, folio ex florum thyrſo prodeunte albo. *Burm. zeyl.* 16. *t.* 76.

Fo-

Folium principiſſæ. *Rumph. amb.* 4. *p.* 111. *t.* 51.
Belilla. *Rheed. mal.* 2. *p.* 27. *t.* 18. *Raj. hiſt.* 1493. *dendr.* 126.
*Habitat in* India. ♄.

## MIRABILIS.

Jalapa. 1. MIRABILIS floribus congeſtis terminalibus erectis.
Mirabilis. *Hort. cliff.* 53. *Hort. upſ.* 43. *Fl. zeyl.* 85. *Mat. med.* 76. *Rumph. amb.* 5. *p.* 253. *t.* 89. *Oſb. it.* 225.
Nyctage. *Roy. lugdb.* 417. *Cold. noveb.* 29.
Solanum mexicanum, flore magno. *Bauh. pin.* 168.
Admirabilis peruviana. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 87.
*Habitat in* India *utraque.* ♃.
*Flores terminales, ſubſeni, congeſti absque interjectis foliolis, nec folio longiores.*

dichotoma. 2. MIRABILIS floribus ſeſſilibus axillaribus erectis ſolitariis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 267. *
Admirabilis Jaſmini roſa. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 90.
Jalapa officinarum. *Mart. cent.* 1. *t.* 1.
Solanum mexicanum, flore parvo. *Bauh. pin.* 168. *prodr.* 91.
*Habitat in* Mexico. ♃.
*Simillima M. Jalapæ. Flores noctu fragrantiſſimi.*

longiflora. 3. MIRABILIS floribus congeſtis terminalibus longiſſimis nutantibus, foliis ſubvillofis. *act. Holmenſ.* 1756. *p.* 176. *t.* 6. *f.* 1. *Amœn. acad.* 4. *p.* 268.
Alzoyatl, Mirabilis mexicana. *Hern. mex.* 170. *f.* 2.
*Habitat in* Mexicæ *frigidis montibus. Monnier.* ♃.

## CORIS.

monſpelienſis. 1. CORIS. *Hort. cliff.* 68. *Hort. upſ.* 46. *Mat. med.* 80. *Roy. lugdb.* 304. *Sauv. monſp.* 46.
Coris cærulea maritima. *Bauh. pin.* 280.
Symphytum petræum. *Cam. epit.* 699.
*Habitat in* Europæ *auſtralis arenoſis maritimis.* ⊙.
*Caulis ruber. Folia alterna, linearia, craſſiuſcula, patentia. Flores ſpicati.*

## VERBASCUM.

Thapſus. 1. VERBASCUM foliis decurrentibus utrinque tomentoſis. *Vir. cliff.* 13. *Fl. ſvec.* 186, 195. *Mat. med.* 90. *Roy. lugdb.* 421. *Dalib. pariſ.* 71.

Ver-

Verbaſcum caule ſimplici ſuperne floribus ſeſſilibus clavato, foliis utrinque lanigeris. *Hort. cliff.* 55.

Verbaſcum mas latifolium luteum. *Bauh. pin.* 239.

Verbaſcum latius. *Dod. pempt.* 143.

*Habitat in* Europæ *glareoſis ſterilibus.* ♂.

Verbaſcum Thapsi foliis ſemidecurrentibus: caule ramoſo. app. 1669. In Europa rarius. hybrida a matre Lychnit: & patre Thapso.

2. VERBASCUM foliis cuneiformi-oblongis. *Hort. upſ.* 45. *Fl. ſvec.* 2. *p.* 196. Lychnitis.

Verbaſcum foliis ovato-acutis ſubtus villoſis crenatis, ſpicis laxis lateralibus & terminalibus. *Hort. cliff.* 54. *Roy. lugdb.* 421. *Dalib. pariſ.* 71.

Verbaſcum pulverulentum, flore luteo parvo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 812. *Raj. hiſt.* 1094.

Verbaſcum mas, anguſtioribus foliis, floribus pallidis. *Bauh. pin.* 239.

β. Verbaſcum lychnitis, flore albo parvo. *Bauh. pin.* 240.

Verbaſcum candidum femina. *Fuch. hiſt.* 847.

γ. Phlomis mas alter. *Lob. ic.* 562.

*Habitat in* Europæ *ruderatis cultis.* ♂.

3. VERBASCUM foliis ovatis utrinque tomentoſis: inferioribus petiolatis. phlomoides.

Verbaſcum femina, flore luteo magno. *Bauh. pin.* 239.

Verbaſcum montanum tomentoſum & incanum, folio ſubrotundo, caule non alato, ſtaminibus purpureis. *Till. piſ.* 171.

*Habitat in* Italia. ♂.

Caulis *erectus, ſpicatus, valde tomentoſus.* Folia *ovata, minime cordata, crenata: inferiora petiolata petiolo ſupra plano; ſuperiora ſeſſilia, ſemiamplexicaulia, non decurrentia.* Racemus *ſpiciformis ex Bracteis ſparſis, lanceolatis.* Flores *intra ſingulas bracteas quatuor, quorum intermedius primum, tum infimus, demum laterales florent.* Capſulæ *oblongæ.*

4. VERBASCUM foliis oblongo-cordatis petiolatis. *Mat. med.* 91. nigrum.

Verbaſcum foliis ovatis crenatis ſubtus tomentoſis, caule angulato. *Vir. cliff.* 13. *Fl. ſvec.* 187, 197. *Roy. lugdb.* 421. *Dalib. pariſ.* 91.

Verbaſcum foliis ovatis ſubtus incanis crenatis, ſpica laxa rarius ramoſa. *Hort. cliff.* 54.

Verbaſcum nigrum, flore ex luteo purpuraſcente. *Bauh. pin.* 240.

*Habitat in* Europa *ad pagos, vias.* ♃.

5. VER-

phoeniceum. 5. VERBASCUM foliis ovatis crenatis radicalibus, caule ſubnudo racemoſo.
Verbaſcum foliis ovatis crenatis nudis ſcabris, caule ramoſo. *Hort. cliff.* 55.
Blattaria perennis, flore violaceo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 497.
Blattaria purpurea. *Baub. pin.* 241. *Raj. hiſt.* 1096.
*Habitat in* Europa *orientali.* ♂.
*Blattariæ nimis affinis.*

Blattaria. 6. VERBASCUM foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis ſolitariis *Hort. upſ.* 46.
Verbaſcum annuum, foliis oblongis ſinuatis obtuſis. *Hort. cliff.* 15. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 309.
Verbaſcum foliis glabris ſerrato-dentatis, radicalibus ſinuatis. *Roy. lugdb.* 421. *Dalib. pariſ.* 72. *Sauv. monſp.* 276.
Blattaria lutea, folio longo laciniato. *Baub. pin.* 240.
β. Blattaria alba. *Baub. pin.* 241.
*Habitat in* Europæ *auſtralioris argillaceis.* ⊙.

Arcturus. 7. VERBASCUM foliis lyrato-pinnatis.
Verbaſcum humile creticum laciniatum. *Baub. pin.* 240.
Verbaſcum braſſicæ folio. *Columm. ecphr.* 2. *p.* 81. *t.* 82.
Verbaſcum ſylveſtre creticum. *Alp. exot.* 123. *t.* 122.
*Habitat in* Creta.

ſpinoſum. 8. VERBASCUM caule folioſo ſpinoſo fruteſcente. *Amœn. acad.* 4. *p.* 307.
Verbaſcum creticum ſpinoſum fruteſcens. *Tournef. cor.* 8.
Verbaſcum ſpinoſum creticum. *Lob. illuſt.* 113.
Leucojum creticum ſpinoſum incanum luteum. *Baub. pin.* 201.
Leucojum ſpinoſum. *Alp. exot.* 37. *t.* 36.
Glaſtivida I cretica. *Pon. ital.* 114.
*Habitat in* Creta. ♄.

ſinuatum. 9. VERBASCUM foliis radicalibus pinnatifido-repandis tomentoſis, caulinis amplexicaulibus nudiuſculis, rameis primis oppoſitis.
Verbaſcum foliis pinnato-ſinuatis hirſutis: ſubtus tomentoſis. *Roy. lugdb.* 421. *Sauv. monſp.* 276.
Verbaſcum nigrum, foliis papaveris corniculati. *Baub. pin.* 240. *Camer. hiſt.* 403. *t.* 403.

β. Ver-

β. Verbaſcum græcum fruticoſum, folio ſinuato candidiſſimo. *Tourn. cor. 8. itin. 1. p. 335. t. 335.*
*Habitat* Monſpelii, Florentiæ. ♂
Folia *radicalia repanda ſ. obtuſe ſinnato-pinnata; Caulina oblonga, undulata, baſi utrinque parum decurrentia. Ramea ovata ſ. cordata, parum decurrentia: horum prima oppoſita; reliqua alterna.*

10. VERBASCUM foliis inciſis nudis, caule folioſo, calycibus lanatis, pedunculis bifloris. *Oſb. it. 52.* Osbeckii.
Blattaria orientalis, bugulæ folio, flore maximo vireſcente lituris luteis in ſemicirculum ſtriato. *Tourn. cor. 8. it. 2 p. 83. t. 83. Buxb. cent. 5. p. 17. t. 32.*
*Habitat in* Hiſpania; *circa* Boſphorum.

11. VERBASCUM foliis lanatis radicalibus, ſcapo nudo. myconi.
Cortuſa foliis ovatis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 50. *Roy. lugdb.* 417.
Sanicula alpina, foliis boraginis, villoſa. *Bauh. pin.* 243.
Auricula urſi myconi. *Dalech. hiſt.* 837. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 869.
*Habitat in* Pyrenæorum *nemoroſis.* ♃.

## DATURA.

1. DATURA pericarpiis ſpinoſis erectis ovatis: ſpinis ſupremis maximis convergentibus. *Amœn. acad.* 3. *p.* 403.* ferox.
Datura cochinenſis ſpinoſiſſima. *Zanon. hiſt.* 1. *p.* 76.
Stramonium ſ. Datura ferox, pomo craſſioribus aculeis robuſtioribus. *Herm. lugdb.* 583. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 607. *ſ.* 15. *t.* 2. *f.* 4. *Raj. hiſt.* 748.
Stramonium ferox. *Bocc. ſic.* 50.
Stramonium longioribus aculeis. *Barr. rar.* 109. *t.* 1112.
*Habitat in* China. ⊙.
*Similis D. Stramonio, ſed minus glabra & Capſulæ 4 ſpinis ſupremis maximis: in mea erectæ erant.*

2. DATURA pericarpiis ſpinoſis erectis ovatis, foliis ovatis glabris. *Hort. cliff.* 55. *Hort. upſ.* 43 *Fl. ſvec.* 185, 198. *Gron. virg.* 23. *Roy. lugdb.* 422. *Dalib. pariſ.* 70. Stramonium

So-

Solanum fœtidum, pomo ſpinoſo oblongo, flore albo. *Bauh. pin.* 168.
Tatula. *Cam. epit.* 176.
*Habitat in* America, *nunc vulgaris per* Europam. ☉.

Tatula. 3. DATURA pericarpiis ſpinoſis erectis ovatis, foliis cordatis glabris dentatis.
Solanum ſativum, pomo ſpinoſo oblongo, flore albo. *Bauh. pin.* 168?
Stramonium majus purpureum. *Raj. hiſt.* 748.
*Habitat* - - - - - - - - ☉.
*Similis D. Stramonio, ſed duplo major.* Caulis *purpuraſcens, punctis albis adſperſus, ad angulum acutum diviſus, lævis.* Corollæ *pallide cæruleæ.* Folia *argutius dentata, ſi complanentur cordata.*

Metel. 4. DATURA pericarpiis ſpinoſis nutantibus globoſis, foliis cordatis ſubintegris pubeſcentibus. *Hort. cliff.* 55. *Hort. upſ.* 44. *Fl. zeyl.* 86. *Mat. med.* 85. *Roy. lugdb.* 422.
Datura alba. *Rumph. amb.* 5. *p.* 242. *t.* 87.
Solanum pomo ſpinoſo rotundo, longo flore. *Bauh. pin.* 168.
Hummatu. *Rheed. mal.* 2. *p.* 47. *t.* 28.
*Habitat in* Aſia, Africa. ☉.

faſtuoſa. 5. DATURA pericarpiis tuberculatis nutantibus globoſis, foliis lævibus.
Datura rubra. *Rumph. amb.* 5. *p.* 243.
Solanum fœtidum, fructu ſpinoſo rotundo, ſemine pallido. *Bauh. pin.* 68.
Nux Metella. *Cam. epit.* 175.
β. Solanum ægyptiacum, flore pleno. *Bauh. pin.* 168.
Stramonium fructu ſpinoſo rotundo, flore duplici triplicive. *Tournef. inſt.* 119.
*Habitat in* Ægypto. ☉.
Corolla *extus violacea, intus alba, ſæpe gemina, una intra alteram ſ. duplicata.*

arborea. 6. DATURA pericarpiis inermibus nutantibus, caule arboreo.
Stramonioides arboreum, oblongo & integro folio, fructu lævi. *Fewil. peruv.* 2. *p.* 761. *t.* 46.
*Habitat in* Peru. ♄.

HYO-

## HYOSCYAMUS.

1. HYOSCYAMUS foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 56. *Fl. ſvec.* 184, 199. *Mat. med.* 86. *Roy. lugdb.* 422. *Dalib. pariſ.* 70. *Hall. helv.* 512. niger.

Hyoſcyamus vulgaris & niger. *Bauh. pin.* 169.

*Habitat in* Europæ *ruderatis pinguibus.* ♂.

2. HYOSCYAMUS foliis caulinis petiolatis cordatis ſinuatis acutis; floralibus integerrimis, corollis ventricoſis. reticulatus.

Hyoſcyamus foliis caulinis lanceolatis ſubdentatis, radicalibus ſinuato-dentatis. *Gron. orient.* 51.

Hyoſcyamus, cauliculis ſpinoſiſſimis, ægyptiacus. *Bauh. pin* 169.

Hyoſcyamus ægyptius. *Raj. hiſt.* 713.

Hyoſcyamus rubello flore. *Bauh. pin.* 169.

Hyoſcyamus peregrinus. *Cluſ. pan.* 502.

Hyoſcyamus peculiaris. *Cam hort.* 77. *t.* 22.

*Habitat in* Creta, Syria, Ægypto. ⊙.

*Similis H. nigro, ſed* Folia *caulina ovata, repanda, ſupra magis glabra*; *Floralia ovata, ſeſſilia, integra.* Flores *pedunculo breviſſimo.* Corollæ *campanulatæ, rubræ, venis obſcuris pulchre reticulatæ.*

3. HYOSCYAMUS foliis petiolatis ſinuatis obtuſis, floribus ſubſeſſilibus. *Hort. cliff.* 56. *Roy. lugdb.* 422. *Sauv. monſp.* 275. albus.

Hyoſcyamus albus major. *Bauh. pin.* 169.

β. Hyoſcyamus albus minor. *Bauh. pin.* 169.

Hyoſcyamus albus vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 118.

*Habitat in* Europa *auſtrali.* ⊙.

*Variat Corollæ fauce atropurpurea & viridi.*

4. HYOSCYAMUS foliis petiolatis eroſo-dentatis acutis, floribus pedunculatis, fructibus pendulis. *Hort. cliff.* 56. *Roy. lugdb.* 422. aureus.

Hyoſcyamus creticus luteus major. *Bauh. pin.* 169. *prodr.* 92.

Hyoſcyamus albus creticus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 84.

β. Hyoſcyamus creticus luteus minor. *Bauh. pin.* 169.

Hyoſcyamus aureus. *Alp. exot.* 99. *t.* 98.

*Habitat in* Creta, Oriente ♂.

Caulis *biennis, piloſus pedalis.* Petioli *valde piloſi.* Folia *lobata, denticulata.* Pedunculi *laterales pe-*

*tiolorum, erecti ſub flore, omnino deflexi ſub fructu.* Corolla *flaviſſima, aurea, fauce atropurpurea ſtriata, limbo ſemiquinquefido: lobo exteriore majore: ſinu inferiore ultra limbum ſecto, ut in Teucriis, ad quod ſtamina & piſtillum longiſſimum declinata.*

puſillus. 5. HYOSCYAMUS foliis lanceolatis dentatis: floralibus inferioribus binis, calycibus ſpinoſis. *Hort. upſ.* 44.
Hyoſcyamus foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 56. *Roy. lugdb.* 422.
Hyoſcyamus puſillus aureus americanus, antirrhini foliis glabris. *Pluk. alm.* 188. *t.* 37. *f.* 5.
*Habitat in* Perſia. ☉.

phyſalodes. 6. HYOSCYAMUS foliis ovatis integerrimis, calycibus inflatis ſubgloboſis. *Hort. Upſ.* 44. *
*Habitat in* Sibiria. ♃.

## NICOTIANA.

puſilla. 1. NICOTIANA foliis oblongo-ovalibus radicalibus, floribus racemoſis acutis.
Nicotiana foliis ovato-lanceolatis obtuſis rugoſis, calycibus breviſſimis. *Mill. ic.* 185. *f.* 2.
*Habitat in* Vera cruce.

fruticoſa. 2. NICOTIANA foliis lanceolatis ſubpetiolatis amplexicaulibus, floribus acutis, caule fruticoſo.
Nicotiana foliis lineari-lanceolatis acuminatis ſemiamplexicaulibus, caule fruticoſo. *Mill. dict.*
*Habitat ad* Cap. b. ſpei, China. ♄.
*Simillima N. Tabaco, ut fere varietas baſi perſiſtente.*

Tabacum. 3. NICOTIANA foliis lanceolato-ovatis ſeſſilibus decurrentibus, floribus acutis.
Nicotiana foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 56. *Hort. upſ.* 45. *Mat. med.* 87. *Roy. lugdb.* 423. *Sp. pl.* 1. *p.* 180.
Nicotiana major latifolia. *Bauh. pin.* 169.
Blennochoes. *Reneal. ſpec.* 37. *t.* 38.
*Habitat in* America, *nota Europæis ab* 1560. ☉.

ruſtica. 4. NICOTIANA foliis petiolatis ovatis integerrimis, floribus obtuſis.
Nicotiana foliis ovatis. *Hort. cliff.* 56. *Hort. upſ.* 45. *Roy. lugdb.* 423. *Sp. pl.* 1. *p.* 180.
Nicotiana minor. *Bauh. pin.* 170.

Pa-

Pachyphylla. *Reneal. ſpec.* 40.
*Habitat in* America, *nunc in Europa.* ⊙.

5. NICOTIANA foliis petiolatis cordatis integerrimis, floribus paniculatis obtuſis clavatis. paniculata.
Nicotiana foliis cordatis, floribus paniculatis: tubis clavatis. *Sp. pl.* 1. *p.* 180.
Nicotiana minor, folio cordiformi, tubo floris prælongo. *Fewill. peruv.* 1. *p.* 717. *t.* 10.
*Habitat in* Peru. ⊙.
Differt *a N. ruſtica* Caule *teneriore, altiore, paniculato.* Corollis *anguſtioribus*: *limbo breviſſimo, obtuſiſſimo, tubo longo clavato*; calycibus capſulisque *acutis.*

6. NICOTIANA foliis petiolatis cordatis integerrimis, floribus racemoſis ſecundis ringentibus. glutinoſa.
Nicotiana foliis cordatis, corollis racemoſis ſubringentibus, calycibus inæqualibus. *Sp. pl.* 1. *p.* 181.
Nicotiana militaris. *Act. holm.* 1753. *p.* 41. *t.* 2.
*Habitat in* Peru. *B. Juſſieu.* ⊙.
Folia *magis cordata, glutinoſa.* Flores *in racemos paucos, longos.* Corollæ *ferme ſpeciei primæ, ſed magis inæquales & fere ringentes, fauce hiantes.* Stamina *ad latus ſuperius inflexa.* Calycis *una lacinia reliquis duplo major.*

7. NICOTIANA foliis petiolatis cordatis crenatis, racemis recurvatis caule aculeato pruriginoſo fruteſcente. urens.
Nicotiana arboreſcens ſpinoſiſſima, flore exalbido. *Plum. ſpec.* 3. *ic.* 211.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.
*Fructificatio Racemis ſecundis revolutis, Corollis campanulatis, Foliaque cordata præcedentis, ſed crenata & tota arbor aculeata.*

## ATROPA.

1. ATROPA acaulis, ſcapis unifloris. Mandragora.
Mandragora. *Hort. cliff.* 51. *Roy. lugdb.* 423. *Mat. med.* 88. *Sp. pl.* 1. *p.* 181.
Mandragora fructu rotundo. *Bauh. pin.* 169.
Mandragoras. *Dod. pempt.* 457.
*Habitat in* Hiſpaniæ, Italiæ, Cretæ, Cycladum *apricis.*

Belladonna. 2.* ATROPA caule herbaceo, foliis ovatis integris.
Atropa. *Hort. cliff.* 57. *Hort. upſ.* 45. *Roy. lugdb.* 423.
Solanum melanocerasus. *Bauh. pin.* 166.
Solanum lethale. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 86.
*Habitat in* Auſtriæ, Angliæ, Italiæ *montibus ſylvoſis.* ♃.

phyſalodes. 3. ATROPA caule herbaceo, foliis ſinuato-angulatis, calycibus clauſis acutangulis.
Alkekengi amplo flore violaceo. *Few. peruv.* 724. *t.* 16.
*Habitat in* Peru. *B. Juſſieu.* ☉.
Radix *fibroſa, annua.* Caulis *bipedalis, patulus, erectus, ramis angulatis.* Folia *alterna, glabra, oblonga, per petiolum decurrentia, obtuſe ſinuata* (Daturæ). Pedunculi *ad latus petiolorum, ſolitarii, nudi, uniflori.* Calyx *ovatus, baſi exciſus, angulis quinque compreſſis, profunde* 5-*partitus: foliolis ſagittato-ovatis.* Corolla *campanulata, parum quinqueloba, obtuſa: Limbo erecto, ſubplicato, cæruleſcente.* Stamina 5, *ſubulata, baſi dilatata, ſubvilloſa, corolla longe breviora, ſuperne divergentia.* Antheræ *erectæ.* Germen *intra baſin ſtaminum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *capitatum.* Fructus *cernuus, tectus calyce majore, quinquangulari angulis compreſſis arcte clauſis, baſi mucronatis.* Bacca *exſucca,* 3. 4. *ſ.* 5-*locularis.* Semina *ſubrotunda, compreſſa.* Media *inter Atropam & Phyſalidem; a Phyſalide differt figura corollæ, ſtaminibus diſtantibus, calyce quinquepartito, capſula loculamentis pluribus.*

fruteſcens. 4. ATROPA caule fruticoſo, pedunculis confertis, foliis cordato-ovatis obtuſis.
Bella-donna fruteſcens rotundifolia hiſpanica. *Tournef. inſt.* 77. *Barr. ic.* 1173.
*Habitat in* Hiſpania. ♄.
*Habitus & omnia* Phyſalidis ſomniferæ, *ut limites generum in ſolo calyce quinquepartito.*

arboreſcens. 5. ATROPA caule fruteſcente, pedunculis confertis, corollis revolutis, foliis oblongis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 307.
Bella-donna fruteſcens, flore albo, nicotianæ foliis. *Plum. ſpec.* 1. *ic.* 46. *f.* 1.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

PHY-

## PHYSALIS.

** perennes.*

1. PHYSALIS caule fruticoſo, ramis rectis, floribus confertis. ſomnifera.
Phyſalis caule fruticoſo tereti, foliis ovatis integerrimis, floribus confertis. *Hort. cliff.* 62. *Roy. lugdb.* 426.
Solanum ſomniferum verticillatum. *Bauh. pin.* 166.
Solanum ſomniferum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 85.
*Habitat in* Mexico, Creta, Hiſpania. ♄.
*Fructus* Phyſalidis; *Flos* Atropæ; *Herba præcedentis, cui ita ſimilis, ut vix genere ſeparari queat.*

2. PHYSALIS caule fruticoſo, ramis flexuoſis, floribus confertis. flexuoſa.
Baccifera indica, floribus ad foliorum exortus, fructu ſulcato decapyreno. *Raj. hiſt.* 1632.
Pevetti. *Rheed. mal.* 4. *p.* 113. *t.* 55.
*Habitat in* India. ♄.
*Habitus & ſtatura P. ſomniferæ;* Flores *itidem ſparſi ad axillas foliorum;* Calyces *etjam enaſcuntur & involvunt baccam; Manifeſte vero differt floribus minoribus, ramis bifariam valde flexuoſis, hinc folia quaſi diſtiche diſpoſita, flexuræ angulis exterioribus inſerta.*

3. PHYSALIS caule fruticoſo, foliis ovatis piloſis, floribus ſubſolitariis, corollis revolutis. arboreſcens.
Phyſalis foliis ovato-lanceolatis integerrimis oppoſitis, caule fruticoſo. *Mill. dict. t.* 206. *f.* 2.
*Habitat in* Campechia. ♄.

4. PHYSALIS caule fruticoſo, foliis ovatis tomentoſis. *Vir. cliff* 16 *Roy. lugdb.* 426. curaſſavica.
Phyſalis caule perenni, foliis ovatis ſolitariis, ramis annotinis ſimpliciſſimis. *Hort. cliff.* 62. *
Solanum veſicarium curaſſavicum, ſolano antiquorum ſimile, foliis origani ſubincanis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 527. *Pluk. alm.* 352. *t.* 111. *f.* 5.
*Habitat in* Curaſſao. ♄.

5. PHYSALIS foliis geminis repandis obtuſis ſubtomentoſis, caule herbaceo ſuperne paniculato. viſcoſa.
Phyſalis foliis cordatis integerrimis obtuſis ſcabris, corollis glabris. *Sp. pl.* 1. *p.* 183.

Phyſalis radice perenni, foliis cordatis obtuſis. *Hort. cliff.* 496. *Roy. lugdb.* 426. *Gron. virg.* 24.
Alkekengi bonarienſe repens, bacca turbinata viſcoſa. *Dill. elth.* 11. *t.* 10. *f.* 10.
*Habitat in* Virginia, Bonaria. ♃.

Alkekengi. 6. PHYSALIS foliis geminis integris acutis, caule herbaceo inferne ſubramoſo.
Phyſalis caule ſimplici annuo, foliis integerrimis geminatis, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 62. *Hort. upſ.* 49. *Mat. med.* 93. *Dalib. pariſ.* 73.
Phyſalis radice perenni, foliis lanceolato-cordatis. *Vir. cliff.* 16. *Roy. lugdb.* 426.
Solanum veſicarium. *Bauh. pin.* 166. *Dod. pempt.* 454.
*Habitat in* Italiæ, Germaniæ, Japoniæ *ſcrobibus.* ♃.
Calyces *maturi fructus ſaturatiſſime ſanguinei.*

* * *Annuæ.*

angulata. 7. PHYSALIS ramoſiſſima, ramis angulatis glabris, foliis ovatis dentatis.
Phyſalis annua ramoſiſſima, ramis anguloſis glabris, foliis dentato-ſerratis. *Hort. cliff.* 62. *Hort. upſ.* 50. *Fl zeyl.* 97. *Roy. lugdb.* 427.
Halicacabum ſ. Solanum indicum. *Cam. hort.* 70. *t.* 17.
Solanum veſicarium indicum. *Bauh. pin.* 166.
Alkekengi indicum glabrum, chenopodii folio. *Dill. elth.* 13. *t.* 12. *f.* 12.
β. Alkekengi indicum glabrum, capſicii folio. *Dill. elth.* 12. *t.* 11 *f.* 11.
*Habitat in* India *utraque.* ☉.

pubeſcens. 8. PHYSALIS ramoſiſſima, foliis villoſo-viſcoſis, floribus pendulis.
Phyſalis annua ramoſiſſima, ramis teretibus pubeſcentibus: geniculis nodoſis. *Hort. cliff.* 62.
Alkekengi virginianum, fructu luteo. *Fewill. peruv.* 3. *p.* 5. *t.* 1.
Solanum veſicarium virginianum procumbens annuum, folio lanuginoſo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 527. *ſ.* 13. *t.* 3. *f.* 24.
*Habitat in* India *utraque, inprimis in* Virginia. ☉.
Fructus *villoſo viſcoſus, nec glaber; maculæ* corollæ *fuſcæ, nec pallidæ.* Pedunculi *nutantes, nec cernui.*

9. PHY-

9. PHYSALIS ramoſiſſima, pedunculis fructiferis folio villoſo longioribus. *Hort. cliff.* 62. *Roy. lugdb.* 427. minima.
Solanum veſicarium indicum minimum. *Herm. lugdb.* 569. *t.* 571.
Pee-inota-inodien. *Rheed. mal.* 10. *t.* 140. *f.* 71.
*Habitat in* Indiæ *aridis ſordidis.* ☉.

10. PHYSALIS ramoſiſſima, foliis villoſis, pedunculis ſtrictis. pruinoſa.
Alkekengi indicum glabrum, chenopodii folio. *Dill. elth.* 12. *t.* 12. *f.* 12.
*Habitat in* America. ☉.
Facies *antecedentium* 7, 8, 9, *ſed* antheræ *flavæ, nec cæruleæ*; rami *teretes*: *ſupra plani villoſi*; Folia *villoſo-viſcoſa*; *Alæ ramificationum viridi quaſi* pruina *germinant.* Pedunculi *floriferi longi, erecti, ſtricti.* Flores *cernui.* Calyces *fructus maximi, quinquanguli, pedunculo ſtricto penduli.*

## SOLANUM.

* *inermia.*

1. SOLANUM caule inermi fruticoſo, foliis ovatis tomentoſis integerrimis, umbellis compoſitis. verbaſcifolium.
Solanum arboreſcens, verbaſci folio. *Plum. ſpec.* 4.
Solanum maxime tomentoſum, ſpinis carens, virginianum. *Pluk. alm.* 351. *t.* 216. *f.* 1.
*Habitat in* America. ♄.

2. SOLANUM caule inermi fruticoſo, foliis ovatis integerrimis; pedunculis lateralibus filiformibus. guineenſe.
Solanum caule inermi perenni, foliis ovatis integris, floribus ad baſin ramulorum confertis. *Roy. lugdb.* 424.
Solanum africanum lignoſum, folio atroviridi anguſto oblongo obtuſo. *Bœrh. lugdb.* 2. *p.* 68.
*Habitat in* Guinea. ♄.

3. SOLANUM caule inermi fruticoſo, foliis lanceolatis repandis, umbellis ſeſſilibus. Pſeudocapſicum.
Solanum caule inermi fruticoſo, foliis ovato-lanceolatis integris, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 61. *Hort. upſ.* 48. *Roy. lugdb.* 424.
Solanum fruticoſum bacciferum. *Baub. pin.* 61.

Pſeudocapſicum. *Dod. pempt.* 718.
*Habitat in* Madera. ♄.

diphyllum. 4. SOLANUM caule inermi fruticoſo, foliis geminis: altero minore, floribus cymoſis.
Solanum caule inermi perenni, foliis ovato-lanceolatis geminis: altero minimo. *Vir. cliff.* 15. *Hort. cliff.* 61. *Roy. lugdb.* 424.
Solanum americanum ſtrychnodendro accedens, fructu medio quaſi fiſſo. *Pluk. alm.* 349. *t.* 111. *f.* 4. *mala.*
*Habitat in* America? ♄.

Dulcamara. 5. SOLANUM caule inermi fruteſcente flexuoſo, foliis ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis. *Hort. cliff.* 60. *Fl. ſvec.* 189, 201. *Mat. med.* 95. *Roy. lugdb.* 424. *Dalib. pariſ.* 73.
Solanum ſcandens ſ. Dulcamara. *Bauh. pin.* 167.
β. Solanum dulcamarum africanum, foliis craſſis hirſutis. *Dill. elth.* 365. *t.* 273. *f.* 352.
*Habitat in* Europæ *ſepibus humentibus.* ♄.

quercifolium. 6. SOLANUM caule inermi herbaceo angulato flexuoſo ſcabro, foliis pinnatifidis, racemis cymoſis.
Solanum foliis quernis. *Few. peruv.* 722. *t.* 15.
*Habitat in* Peru *D. Juſſieu.* ♃.
*Habitus S. Dulcamaræ.* Caules *angulati, erecti, ſcabri.* Folia *oblonga, in petiolum decurrentia, venoſa, glabra, ſubtus ſcabra, pinnatifida.* Pedunculi *ramoſi.* Corollæ *violaceæ, obtuſiores quam Dulcamaræ: maculis duabus viridibus ad baſin ſinguli lobi.* Antheræ *flavæ, ſtylo breviores.* Baccæ *ovatæ.*

radicans. 7. SOLANUM caule inermi herbaceo lævi teretiuſculo proſtrato radicante, foliis pinnatifidis, racemis cymoſis. *Linn. decad.* 1. *t.* 10. *.
*Habitat in* Peru. ♃.

bonarienſe. 8. SOLANUM caule ſubfruteſcente ſubinermi, foliis cuneiformibus ſinuato-repandis.
Solanum bonarienſe arboreſcens, papas floribus. *Dill. elth.* 364. *t.* 272. *f.* 351.
Solanum arboreſcens, foliis angulatis, fructu aureo. *Plum. ſpec.* 4. *ic.* 224. *f.* 2.
*Habitat in agro* Bonarienſi. ♄.

*Fo-*

*Folia & Flores maximi; Aculei aliquot in tenella planta, non vero in adulta.* Flores *plures ſteriles.* Fructus *globoſi, grandes, lutei.*

9. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis ovatis repando-angulatis, pedunculis fertilibus unifloris cernuis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 367. *. æthiopicum.
Solanum pomiferum, fructu rotundo ſtriato duro. *Bauh. pin.* 167. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 620.
Solanum pomiferum herbariorum. *Lob. ic.* 265.
*Habitat in* Æthiopia. *Burſerus.* China. ☉.
Caulis *rigidulus.* Folia *S. bonarienſis, palmaria, obtuſa.* Fructus *ruber, magnus, depreſſus, profunde torulosus & quaſi in lobos ſectus, durus.*

10. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis pinnatis integerrimis, pedunculis ſubdiviſis. *Vir. cliff.* 15. *Hort. cliff.* 60. *Hort. upſ.* 48. *Roy. lugdb.* 423. *Dalib. pariſ.* 73. tuberoſum.
Solanum tuberoſum eſculentum. *Bauh. pin.* 167. *prodr.* 89. *t.* 89.
*Habitat in* Peru: *innotuit* 1590 *C. Bauhino.* ☉. ♃.

11. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis pinnatis inciſis, racemis ſimplicibus. *Vir. cliff.* 15. *Hort. cliff.* 60. *Roy. lugdb.* 423. Lycoperſicum.
Solanum pomiferum, fructu rotundo ſtriato molli. *Bauh. pin.* 167.
Pomum amoris. *Cam. epit.* 821. *Rumph. amb.* 5. *p.* 416. *t.* 154. *f.* 1.
β. Solanum racemoſum ceraſorum forma. *Bauh. pin.* 167. *prodr.* 90.
*Habitat in* America *calidiore.* ☉. β. ♃.

12. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis pinnatis integerrimis, racemis ſimplicibus. *Amœn. acad.* 4. *p.* 268. *. pimpinellifolium.
*Habitat in* Peru. ♄.

13. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis pinnatis tomentoſis inciſis, racemis bipartitis folioſis, baccis ſubpiloſis. peruvianum
Lycoperſicon pimpinellæ folio. *Few. peruv.* 3. *p.* 37. *t.* 25.
*Habitat in* Peru. *B. Juſſieu.* ♃.
Radix *perennis, vix vel parum ſupra radicem fruticans.* Folia *pinnata, tomentoſa, incana, pinnata*

 *abs-*

*abſque foliolis alternis minutis.* Racemi *bipartiti foliolo ad quemcunque pedicellum ovato.* Corollæ *læte flavæ, multo majores quam in Lycoperſico.*

*montanum.* 14. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis ſubcordatis repandis.
Solanum tuberoſum minus, atriplicis folio, vulgo Papa montana. *Fev. peruw.* 3. *p.* *t.* 46.
*Habitat in* Peru. ♃.

*nigrum.* 15. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, umbellis nutantibus.
*vulgatum.* Solanum caule inermi herbaceo, foliis ovatis angulatis. *Vir. cliff.* 15. *Hort. cliff.* 60. *Hort. upſ.* 48. *Fl. ſvec.* 188, 200. *Mat. med.* 94. *Gron. virg.* 24. *Roy. lugdb.* 433. *Dalib. pariſ.* 72.
Solanum officinarum. *Bauh. pin.* 166.
*patulum.* β. — *ramis teretibus glabris, foliis integerrimis glabris.*
Solanum procerius patulum vulgaris fructu. *Dill. elth.* 367. *t.* 275. *f.* 355.
*villoſum.* γ. — *ramis teretibus villoſis, foliis angulatis ſubvilloſis.*
Solanum annuum hirſutius, baccis luteis. *Dill. elth.* 366. *t.* 274. *f.* 353.
*guineenſe.* δ. — *ramis angulatis dentatis, foliis integerrimis glabris.*
Solanum guineenſe, fructu magno inſtar ceraſi. *Dill. elth.* 360. *t.* 274. *f.* 354.
*virginicum.* ε. — *ramis angulatis dentatis, foliis repandis glabris.*
Solanum nigrum vulgari ſimile, caulibus exaſperatis. *Dill. elth.* 368. *t.* 275. *f.* 256.
*judaicum.* ζ. — *ramis aculeis incurvis, foliis repandis nudis.*
*Habitat in* Orbis *totius cultis.* ☉
*Tot varietates* β. γ. δ. ε. ζ. *videntur eſſe hybridæ proles.*

* * *Spinoſa.*

Melongena. 16. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis ovatis tomentoſis integris, calycibus aculeatis, fructu pendulo.
Solanum calycibus aculeatis, foliis ovatis integerrimis tomentoſis. *Hort. cliff.* 61. *Hort. upſ.* 49. *Fl. zeyl.* 93. *Roy. lugdb.* 426.
Solanum pomiferum, fructu oblongo. *Bauh. pin.* 167.
Mala inſana. *Dod. pempt.* 458.
Trongum hortenſe. *Rumph. amb.* 5. *p.* 238. *t.* 85.
*Habitat in* Aſia, Africa, America. ☉.

17.

17. SOLANUM caule aculeato herbaceo, foliis cordatis angulatis tomentoſis aculeatis, baccis hirtis calyce obtectis. ferox.

*Habitat in* Malabaria.

Statura *S. Melongenæ.* Caulis *herbaceus.* Folia *cordata, angulata, ampla, petiolata, venis aculeis erectis adſperſa, ſupra villoſa, ſubtus tomentoſa.* Aculeati *ſunt petioli, pedunculi, calyces.* Pedunculi *axillares, ſimplices, breves.* Calyces *campanulati, tomentoſi, valide aculeati, obtegentes totas baccas.* Baccæ *admodum hirtæ.*

18. SOLANUM caule aculeato herbaceo hirto, foliis cordatis ſinuatis ſubtomentoſis, calycibus aculeatiſſimis. *Vir. cliff.* 16. *Hort. cliff.* 61. Campechienſe.

Solanum campechienſe, calycibus echinatis. *Dill. elth.* 361. *t.* 268. *f.* 347.

*Habitat in* America *ad ſinum* Campechienſe.

*Folia utrinque tecta ſetis ſtellatis divergentibus.*

19. SOLANUM caule aculeato herbaceo, foliis cordatis angulato-lobatis: utrinque villoſis aculeatis. *Vir. cliff.* 15. *Hort. cliff.* 61. *Hort. upſ.* 49. *Roy. lugdb.* 425. mammoſum

Solanum barbadenſe ſpinoſum annuum, fructu aureo rotundiore pyri parvi inverſi forma & magnitudine. *Pluk. alm.* 350. *t.* 225. *f.* 1. *Merian ſurin.* 27. *t.* 27.

*Habitat in* Virginia, Barbados. ☉.

*Folia longitudine & latitudine æqualia, obtuſiuſcula.*

20. SOLANUM caule petiolisque aculeatis, foliis ſinuato-angulatis ſupra glabris, floribus paniculatis. paniculatum.

Jurepeba. *Piſ. braſ.* 181.

*Habitat in* Braſilia.

Caules & *Petioli albo-tomentoſi aculeis rectis, rarioribus, nudis.* Folia *tomentoſa, lata, cordata, profunde angulata, acutiuſcula, inermia, ſupra glabra.* Panicula *terminalis, compoſita, tomentoſa, uti Calyces inermis.*

21. SOLANUM caule aculeato herbaceo, foliis pinnatifidis utrinque aculeatis: laciniis ſinuatis obtuſis, calycibus aculeatis. *Roy. lugdb.* 425. * virginianum.

Solanum americanum laciniatum ſpinoſiſſimum. *Dill. elth.* 360. *t.* 267. *f.* 346.

So-

Solanum annuum virginianum nigricans ſpinoſiſſimum, flore cæruleo. *Pluk. alm.* 351. *t.* 62. *f.* 3.
*Habitat in* America. ⊙.

indicum. 22. SOLANUM caule aculeato fruticoſo, foliis cuneiformibus angulatis ſubvilloſis integerrimis: aculeis utrinque rectis. *Fl. zeyl.* 94. *
Solanum caule aculeato fruticoſo, foliis ovatis ſinuatis integerrimis: ſpinis utrinque erectis. *Hort. cliff.* 61. *Roy. lugdb.* 424.
Solanum indicum ſpinoſum, flore boraginis. *Robert. ic.* 28. *Dill. elth.* 362. *t.* 270. *f.* 349.
Solanum americanum perenne ſubincanum, fructu pyriformi longiore, ſpinis plurimis armatum. *Pluk. alm.* 350. *t.* 225. *f.* 6.
*Habitat in* India *utraque.* ♄.

fuſcatum. 23. SOLANUM caule aculeato fruticoſo, foliis ovatis obtuſe lobatis: aculeis utrinque rectis: ſuperioribus coloratis.
Solanum americanum, caule & pedunculo nigro, folio acanthi ſpinoſis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 68.
*Habitat in* America. ♄. ⊙.
Rami *varie ſpinoſi, latere ſolari fuſceſcentes.* Folia *repanda, ſinuata, obtuſa, utrinque viridia: Spinis in ſuperiore pagina læte purpureis, ſæpe faſcia pallida cinctis.* Pedunculi *ſpinis validioribus.* Flores *violacei.*

carolinenſe. 24. SOLANUM caule aculeato annuo, foliis haſtato-angulatis: aculeis utrinque tectis, racemis laxis.
Solanum caule aculeato fruticoſo, foliis ovatis lateribus laciniatis: aculeis utrinque rectis. *Hort. cliff.* 61. * *Vir. cliff.* 15. *Roy. lugdb.* 424.
Solanum carolinenſe ſpinoſum, boraginis floribus ſpicatis. *Dill. elth.* 362. *t.* 269. *f.* 348.
*Habitat in* Carolina. ⊙.
Caulis *quaſi fruticoſus, ſed annuus.* Folia *baſi integra, ſinuata angulis acutiuſculis, ſpinis in coſta nec lateribus.* Racemi *foliis longiores laxi, ſimplices.*

ſodomeum. 25. SOLANUM caule aculeato fruticoſo, foliis obovatis pinnatifido-ſinuatis obtuſis ſparſe aculeatis nudis, calycibus aculeatis.
Solanum caule aculeis recurvis, foliis ſinuatis ſubtus to-

tomentoſis undique aculeatis, pedunculis aculeatis. *Fl. zeyl.* 95. * *Hort. upſ.* 49.

Solanum caule aculeato fruticoſo, foliis oblongis pinnato-laciniatis: ſpinis ſupinis erectis, pronis recurvis. *Hort. cliff.* 61. *Vir. cliff.* 15. *Roy. lugdb.* 424.

Solanum pomiferum fruteſcens africanum ſpinoſum nigricans, boraginis flore, foliis profunde laciniatis. *Herm. lugdb.* 573. *t.* 575. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 521. *ſ.* 13. *t.* 1. *f.* 15.

Solanum ſpinoſum, profunde laciniatis foliis ſubtus lanuginoſis, maderaſpatanum. *Pluk. alm.* 351. *t.* 316. *f.* 4?

*Habitat in* Africa. ♄.

26. SOLANUM caule aculeato fruticoſo, aculeis tomentoſis foliisque oblique ovatis repandis. ſanctum.

Solanum caule aculeato fruticoſo, foliis repandis, calycibus aculeatis. *Roy. lugdb.* 425.

Solanum ſpinoſum, fructu rotundo. *Bauh. pin.* 167, *a quo Burſerus.*

*Habitat in* Palæſtina. ♄.

Caulis *tomentoſus, cinereus, aculeis craſſis, rectis, brevibus, flaveſcentibus, excepto apice tomentoſis.* Folia *ovata, altera baſi breviore, tomentoſa, craſſa, obtuſa: tenellis pinnatim ſinuatis margine albidis; aculeis in coſta tribus.* Petioli *ſubtus aculeati.* Pedunculi *ex latere caulis; pedicello primario cum calyce ſpinoſo, reliquis maſculis inermibus.* Corolla *Boraginis, cæruleo-purpuraſcens.*

27. SOLANUM caule aculeato fruticoſo, aculeis aceroſis, foliis cordatis inermibus ſubrepandis: tenellis purpureo-pulverulentis. tomentoſum

Solanum caule aculeato fruticoſo, foliis cordatis villoſis repandis, calycibus inermibus. *Hort. cliff.* 61. *Roy. lugdb.* 425.

Solanum africanum ſpinoſum, folio caneſcente undulato. *Triumf. præl.* 46. *t.* 6. *Raj. ſuppl.* 355.

Solanum foliis & caule ſpinoſis. *Moriſ. blæſ.* 310.

Solanum ſpinoſum maxime tomentoſum. *Bocc. ſic.* 8. *t.* 5.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

Caulis *& tota planta tomentoſa aculeis anguſtiſſimis, nudis.* Folia *cordata, obtuſa, repanda, fere ſola coſta ſpinoſa: tenella prodeuntia margine pulvere violá-*

*olaceo ex pilis ſtellatis.* Baccæ *fulvæ, magnitudine Groſſulariæ.*

bahamenſe. 28. SOLANUM caule aculeato fruticoſo, foliis lanceolatis repandis obtuſis margine reflexis, racemis ſimplicibus. *Hort. cliff.* 61. *Roy. lugdb.* 424.

Solanum bahamenſe ſpinoſum, petalis anguſtis reflexis. *Dill. elth.* 263. *t.* 271. *f.* 250.

Solanum fruticoſum bacciferum ſpinoſum, flore cæruleo. *Sloan. jam.* 108. *hiſt.* 1. *p.* 38. *t.* 11. *f.* 3.

*Habitat in* Americæ *inſula* Providentia. ♄.

igneum. 29. SOLANUM caule aculeato fruticoſo, foliis lanceolatis acuminatis baſi utrinque revolutis, racemis ſimplicibus.

Solanum ſpiniferum fruteſcens, ſpinis igneis, americanum. *Pluk alm.* 350. *t.* 225. *f.* 5.

*Habitat in* America. ♄.

*Simillimum* S. bahamenſi, *ſed Flores albi, nec violacei; Folia acuminata, nec obtuſiuſcula. Spinæ validiores, copioſiores, rubro ignei.*

trilobatum. 30. SOLANUM caule aculeato fruticoſo, foliis cuneiformibus ſubtrilobis glabris obtuſis inermibus.

Solanum ſpinoſum jamaicenſe glabrum, foliis parvis minus profunde laciniatis. *Pluk. alm.* 351. *t.* 316. *f.* 5.

*Habitat in* Jamaica, ad Cap. b. Spei. ♄.

Caulis *ſubfruteſcens, altus, anguſtus.* Folia *parva, glabra, obtuſa, ſubtri-ſ. quinqueloba, raro etjam ad baſin lobata.* Aculei *reflexi in caule, petiolis, foliis, pedunculis.* Pedunculi *uniflori*; Calyces *minimi, inermes aut aculeati.* Stylus *adſcendens.* Baccæ *parvæ, Sambuci: An duæ ſpecies cum una floribus parvis, albis; altera magnis, violaceis.*

## CAPSICUM.

annuum. 1. CAPSICUM caule herbaceo, pedunculis ſolitariis. *Roy. lugb.* 426.

Capſicum annuum. *Hort. cliff.* 59. *Hort. upſ.* 47. *Fl. zeyl.* 92. *Mat med.* 96.

Capſicum ſiliquis longis propendentibus. *Tournef. inſt.* 152.

Piper indicum vulgatiſſimum. *Bauh. pin.* 102.

Vallia-capo-molago. *Rheed. mal.* 2. *p.* - *t.* 35.

*Ha-*

*Habitat in* America *meridionali.* ☉.
*Fructus hujus & ſequentis ſpeciei mire variat figura.*

2. CAPSICUM caule fruticoſo, pedunculis geminis. *Roy. lugdb.* 476. frutescens.
Capſicum fruteſcens. *Hort. cliff.* 59.
Capſicum braſilianum. *Cluſ. exot.* 340. *f.* 2.
Capſicum indicum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 247. *t.* 88. *f.* 1, 3, 4.
β. Capſicum fructu minimo conico rubro. *Brown. jam.* 176.
Capſicum minus, fructu parvo pyramidali erecto. *Sloan. jam.* 112. *hiſt.* 1. *p.* 240. *t.* 146. *f.* 2.
Piper ſiliquoſum magnitudinis baccarum aſparagi. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 944.
Piper braſilianum Petita. *Cluſ. cur.* 55. *Rumph. amb.* 5. *p.* 247. *t.* 88. *f.* 2.
*Habitat in* Indiis. ♄.

## STRYCHNOS.

1. STRYCHNOS foliis ovatis, caule inermi. *Fl. zeyl.* 91. *Mat. med.* 77. Nux vomica.
Strychnos foliis quinquenerviis. *Wach. ultraj.* 32.
Nux Vomica officinarum. *Bauh. pin.* 511. *Raj. hiſt.* 1814.
Colubrini ligni tertium genus in malabar. *Bauh. pin.* 301.
Caniram. *Rheed. mal.* 1. *p.* 67. *t.* 37. *Raj. hiſt.* 1661.
*Habitat in* India. ♄.

2. STRYCHNOS foliis ovatis acutis, cirrhis ſimplicibus. *Mat. med.* 78. *Amœn. acad.* 2. *p.* 119. colubrina.
Strychnos foliis trinerviis ovatis binatis. *Wach. ultraj.* 32.
Clematis indica ſpinoſa, foliis luteis. *Bauh. pin.* 301.
Fructus orbicularis major fuſcus ſtriatus. *Bauh. pin* 405.
Modira-caniram. *Rheed mal.* 7. *p.* 10. *t.* 5. *Raj. hiſt.* 1661.
*Habitat in* India. ♄.

## JAQUINIA.

1. JAQVINIA foliis lanceolatis acuminatis. *Jacq. amer.* 15. ruſcifolia.
Medeola *aculeata* foliis verticillatis, ramis aculeatis. *Sp. pl.* 1. *p.* 339.

Fru-

Fruticulus foliis ruſci ſtellatis. *Dill. elth.* 148. *t.* 123. *f.* 149.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

armillaris. 2. JAQVINIA foliis obtuſis cum acumine. *Jacq. amer.* 15. †.
Chryſophyllum Barbaſco. *Lœfl. it.* 204. 277.
*Habitat in* America. ♄.

linearis. 3. JAQVINIA foliis linearibus acuminatis. *Jacq. amer.* 15. *t.* 40.
*Habitat in* America. ♄.

## CHIRONIA.

trinervia. 1. CHIRONIA herbacea, calycinis foliolis membranaceo-carinatis. *Fl. zeyl.* 90. *
Chironia foliis lanceolatis trinerviis. *Hort. cliff.* 54.
Lyſimachia folio ſinuato acuminato trinervio, flore cæruleo amplo, calyce carinato alato. *Burm. zeyl.* 145. *t.* 67.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ☉.

linoides. 2. CHIRONIA herbacea, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 54. *Roy. lugdb.* 433.
Rapuntio affinis, lini facie, capitis b. ſpei. *Breyn. cent.* 175. *t.* 90.
*Habitat in* Capitis b. Spei *herbidis.* ♃.

jaſminoides. 3. CHIRONIA herbacea, foliis lanceolatis. *Amœn. acad.* 6. *afr.* 5. *
*Habitat ad* Cap. b. ſpei.

campanulata. 4. CHIRONIA herbacea, foliis ſublinearibus, calycibus longitudine corollæ.
*Habitat in* Canada. *Kalm.*
Caulis *pedalis, teres: Ramis longis.* Folia *lanceolato-linearia, lævia.* Flores *terminales, ſolitarii, rotati, purpurei, pedunculo longo inſidentes;* calycis *foliola longitudine corollæ ſubulata.* Antheræ *ſpirales.*

angularis. 5. CHIRONIA herbacea, caule acutangulo, foliis ovatis amplexicaulibus.
*Habitat in* Virginia. *Kalm.*
Facies *Centaurii minoris.* Caulis *pedalis, tetragonus: alis membranaceis.* Folia *ovata, hyperici, oppoſita, ſeſ-*

*ſeſſilia & ſemiamplexicaulia.* Flores *congeſti, ut in Hyperico*; Antheræ *ſpirales*; Stylus *bifidus*.

6. CHIRONIA floribus duodecimfidis. dodecandra.
Gentiana floribus duodecim-petalis, foliis diſtinctis. *Grou. virg.* 27.
*Habitat in* Virginia.

7. CHIRONIA fruteſcens baccifera. baccifera.
Centaurium minus arboreſcens pulpiferum. *Comm. rar.* 9. *t.* 9.
Centaurium minus africanum arboreſcens anguſtifolium. *Old. afr.* 26.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

8. CHIRONIA fruticoſa, foliis linearibus ſubtomentoſis, calycibus campanulatis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 308. *n.* 130. * fruteſcens.
Chironia fruteſcens capſulifera. *Sp. pl.* 1. *p.* 190. *Mill. dict. t.* 97.
Centaurium minus africanum arboreſcens latifolium, flore ruberrimo. *Comm. rar.* 8. *t.* 8. *Old. afr.* 26.
Centaurium foliis binis oppoſitis anguſtis linearibus, flore magno rubente. *Burm. afric.* 205. *t.* 74. *f.* 1.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
*Calyx tubo corollæ multo amplior. Stylus deflexus.*

## CORDIA.

1. CORDIA foliis ovatis tomentoſis, corymbis lateralibus, calycibus decemſtriatis. Myxa.
Cordia foliis ſubovatis ſerrato dentatis. *Hort. cliff.* 63. *Mat. med.* 171. *Sp. pl.* 1. *p.* 190.
Sebeſtena ſylveſtris & domeſtica. *Bauh. pin.* 446. *Alp. ægypt.* 30.
Sebeſtena domeſtica ſ. Myxa. *Comm. hort.* 1. *p.* 139. *t.* 72.
Vidi-maram. *Rheed. mal.* 4. *p.* 77. *t.* 37.
*Habitat in* Ægypto, Malabaria. ♄.

2. CORDIA foliis lanceolato-ovatis ſcabris, panicula terminali, calycibus decemſtriatis. Geraſchanthus.
Geraſchanthus foliis ovato-oblongis utrinque productis, racemis terminalibus. *Brown. jam.* 170. *t.* 29. *f.* 3.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

Sebeſtena. 3. CORDIA foliis oblongo-ovatis repandis ſcabris. *Haſſelq. it.* 458.
Cordia nucis juglandis folio. *Plum. gen.* 13. *ic.* 105.
Cordia foliis amplioribus hirtis, tubo floris ſubæquali. *Brown. jam.* 202.
Sebeſtena ſcabra, flore miniato criſpo. *Dill. elth.* 341. *t.* 255. *f.* 331.
Caryophyllus ſpurius inodorus, folio ſubrotundo ſcabro, flore racemoſo hexapetaloide coccineo. *Sloan. jam.* 136. *hiſt.* 2. *p.* 20. *t.* 64. *Raj. ſuppl.* 86. *Cateſb. car.* 2. *p.* 91. *t.* 91.
Novella nigra. *Rumph. amb.* 2. *p.* 226. *t.* 75.
*Habitat in* Indiis. ♄.
Folia *juniora ſerrata, adulta vix repanda, ſuprema certe integerrima, ovato-oblonga, ſcabra.* Petioli *teretes.* Stipulæ *nullæ.* Calyx *cylindricus, oblongus ore trifido.* Corolla *figura Mirabilis, fulvo-lutea, æſtivatione rugoſiſſima Papaveris.* Stamina 5. Stylus *bis bifidus.*

macrophylla. 4. CORDIA foliis ovatis villoſis ſeſquipedalibus.
Collococcus platyphyllos major, racemis umbellatis. *Brown jam.* 168.
Prunus racemoſa, foliis oblongis hirſutis maximis, fructu rubro. *Sloan. jam.* 184. *hiſt.* 2. *p.* 130. *t.* 221. *f.* 1. *Raj. dendr.* 43.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

Collococcus. 5. CORDIA foliis oblongo-ovatis integerrimis, floribus ſubcorymboſis, calycibus interne tomentoſis.
Cordia glabra. *Sp. pl.* 1. *p.* 191.
Collococus foliis rugoſis venoſis oblongo-ovatis, floribus laxe racemoſis. *Brown. jam.* 167.
Ceraſo affinis arbor baccifera racemoſa, flore pentapetalo herbaceo guttato, fructu coccineo monopyreno viſcido, ſemine rugoſo. *Sloan. jam.* 169. *hiſt.* 2 *p.* 95 *t.* 203. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

## EHRETIA.

tinifolia. 1. EHRETIA foliis oblongo-ovatis integerrimis glabris, floribus paniculatis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 395.
Ehretia foliis alternis oblongis acuminatis, ſpica florum ſparſa, petalis reflexis albis. *Trew. ehret. t.* 24.

Ehre-

Ehretia arborea, foliis oblongo-ovatis alternis, racemis terminalibus. *Brown jam.* 168. *t.* 16. *f.* 1.
Ceraſo affinis arbor baccifera racemoſa, flore albo pentapetalo, fructu flavo monopyreno eduli dulci. *Sloan. jam.* 2. *p.* 94. *t.* 203. *f.* 1. *Raj. dendr.* 45.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

2. EHRETIA ſpinoſa. *Jacq. amer.* 14. †. ſpinoſa.
*Habitat in* America. ♄.

3. EHRETIA foliis ovatis integerrimis lævibus, floribus ſubcorymboſis, calycibus glabris. Bourreria.
Cordia Bourreria. *Amœn. acad.* 5. *p.* 395. *
Bourreria fructibus ſucculentis. *Jacq. amer.* 14.
Bourreria arborea foliis ovatis alternis, racemis rarioribus terminalibus. *Brown. jam.* 168. *t.* 15. *f.* 2.
Meſpilus americana laurifolia glabra, fructu rubro mucaginoſo. *Com. hort.* 1. *p.* 153. *t.* 79.
Pittoniæ ſimilis laureolæ foliis, floribus albis, baccis rubris. *Cateſb. car.* 2. *p.* 79. *t.* 79.
Jaſminum periclymeni folio, flore albo, fructu flavo rotundo tetrapyreno. *Sloan. jam.* 169. *hiſt.* 2. *p.* 96. *t.* 204. *f.* 1. *Raj dendr.* 63.
*Habitat in* Jamaica. ♄.
*Folia exacte ovata, utraque pagina lævia. Corollæ tubus longitudine tantum Calycis. Bourreria affinitate jungit Ehretias cum* Cordiis.

4. EHRETIA foliis cuneiformi-lanceolatis margine reflexis. † exſucca.
Bourreria exſucca. *Jacqu. amer.* 14.
Rhamnus cumanenſis. *Læfl. it.* 182.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

## VARRONIA.

1. VARRONIA foliis lanceolatis lineatis, pedunculis lateralibus petiolo adnatis, ſpicis globoſis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 394. * lineata.
Lantana *corymboſa*, foliis alternis, floribus corymboſis. *Sp. pl.* 628.
Ulmi anguſtifoliæ facie baccifera jamaicenſis, foliis ſuperne ſcabris, ſubtus villoſis, floribus flavis perpuſillis, fructu botryoide monoſpermo. *Pluk. alm.* 393. *t.* 328. *f.* 5.
*Habitat in* America. ♄.

*Folia lanceolata, utrinque attenuata.* Pedunculi *laterales, elongati, filiformes, baſi petiolo adnati.*

bullata. 2. VARRONIA foliis ovatis venoſo-rugoſis, ſpicis globoſis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 394.
Varronia *mirabiloides*, ſpicis ſubrotundis inæqualibus, corollis hypocrateriformibus. *Jacqu. amer.* 14.
*Habitat in* America. ♄.

globoſa. 3. VARRONIA foliis lanceolato-oblongis, caule dichotomo, pedunculis axillaribus elongatis nudis, ſpicis globoſis.
Varronia *globoſa* ſpicis æqualibus globoſis. *Jacq. amer.* 14.
*Habitat in* America. ♄.
*Pedunculus e dichotomia nudus. Calycis dentes lineares, longi, recurvati.*

curaſſavica. 4. VARRONIA foliis lanceolatis, ſpicis oblongis. *Jacq. amer.* 14.
Varronia aſſurgens ſarmentoſa, foliis & capitulis oblongis. *Brown. jam.* 172.
Lantana foliis alternis, ſpicis oblongis. *Sp. pl.* 1. *p.* 627.
Periclymenum rectum, ſalviæ folio rugoſo majore oblongo bullato, flore albo, fructu longiore *Sloan. jam.* 163. *hiſt.* 2. *p.* 81. *Raj. dendr.* 31.
*Habitat in* America. ♄.

alba. 5. VARRONIA foliis cordatis, floribus cymoſis. *Jacqu. amer.* 14.
Meſpilus americana, alni vel coryli foliis, fructu mucaginoſo albo. *Comm. hort.* 1. *p.* 155. *t.* 80.
*Habitat in* America. ♄.

## LAUGIERIA.

odorata. 1. LAUGIERIA. *Jacq. amer.* 16. †
Edechia. *Lœfl. it.* 306, 271, 259.
*Habitat in* America. ♄.

## BRUNSFELSIA.

americana. 1. BRUNSFELSIA.
Brunsfelſia flore albo, fructu croceo molli. *Plum. gen.* 12. *ic.* 65.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

Fo-

Folia *oblonga*, *obtuſa*, *integerrima*, *petiolata*; Flores *in apice ramorum plures*; Antheræ *extra corollæ tubum prominentes*.

## CESTRUM.

1. CESTRUM floribus pedunculatis. *Hort. cliff.* 490. nocturnum.
Jaſminoides foliis pishaminis, flore vireſcente noctu odoratiſſimo. *Dill. elth.* 183. *t.* 153. *f.* 185.
Jaſminum laurinis foliis, flore pallido luteo, fructu atrocæruleo polypyreno venenato. *Sloan. jam.* 169. *hiſt.* 2. *p.* 96. *t.* 204. *f.* 2. *Raj. dendr.* 63. *Brown. jam.* 173.
Syringa laurifolia jamaicenſis, floribus ex flavo palleſcentibus. *Pluk. alm.* 35. *t.* 64. *f.* 3.
Parxui. *Fewill. peruv.* 2. *p.* 32. *t.* 32. *f.* 1.
*Habitat in* Jamaica, Chilli. ♄.

2. CESTRUM floribus ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 491. diurnum.
Jaſminoides laureolæ folio, flore candido interdiu odorato. *Dill. elth.* 186. *t.* 154. *f.* 186.
Laureola ſempervirens americana, latioribus foliis, floribus albis odoratis. *Pluk. alm.* 209. *t.* 95. *f.* 1. *Raj. dendr.* 53.
Hediunda jaſmini flore. *Fewill. peruv.* 2. *p.* 25. *t.* 20. *f.* 3.
*Habitat in* Chilli, Havana. ♄.

## LYCIUM.

1. LYCIUM foliis linearibus. *Hort. cliff.* 57. *Hort. upſ.* 47. *Mill. dict. t.* 171. *f.* 1. *Trew. ehret.* 4. *t.* 24. afrum.
Jaſminoides africanum, jasmini aculeati foliis & facie. *Niſſ. act.* 1711 *p.* 420. *t.* 12.
Jaſminoides aculeatum, ſalicis folio. *Mich. gen.* 224. *t.* 105. *f.* 2.
Rhamnus alter, foliis ſalſis, flore purpureo. *Bauh. pin.* 477.
*Habitat in* Africa *&* *in Regno* Valentino. ♄.
*Caulis rectus*, *rigidus*. *Flores atropurpurei*. *Baccæ globoſæ*, *atrorubræ*.

2. LYCIUM foliis lanceolatis craſſiuſculis, calycibus bifidis. barbarum.
Rhamnus peregrinus, roſmarini folio, candidior. *Pluk. alm.* 317. *mant.* 160. *t.* 322. *f.* 2. *mala*.

Jaſminoides aculeatum humile, halimi minoris folio, fructu per maturitatem flaveſcente. *Mich. gen.* 224. *t.* 105. *f.* 1.

Jaſminoides ſinenſe, halimi folio longiore & anguſtiore. *Duham. arb.* 1. *p.* 306. *t.* 121. *f.* 4.

Jaſminoides aculeatum, polygoni folio, floribus parvis albidis. *Schaw. afric.* 349. *f.* 349?

*Habitat in* Aſia, Africa, Europa. ♄.

*Calycis ore bilobo, aut interdum trilobo, a reliquis ſpeciebus diverſum. Frutex debilis, ni ſuſtentetur nutans & decumbens. Flores intus pallide rubicundi. Baccæ ovatæ, flavæ. Cortex ramorum exalbidus. Hyemes noſtrates fert.*

capſulare, 3. LYCIUM foliis lanceolatis tenuibus glabris, pedunculis calycibusque pubeſcentibus, pericarpiis capſularibus. *Amœn. acad.* 4. *p.* 308. *

*Habitat in* Mexico. *Miller.* ♄.

## CHRYSOPHYLLUM.

Cainito, 1. CHRYSOPHYLLUM foliis ovatis parallele ſtriatis ſubtus tomentoſo-nitidis. *Jacq. amer.* 15.

Chryſophyllum foliis ovatis ſuperne glabris parallele ſtriatis, ſubtus tomentoſo-nitidis. *Hort. cliff.* 491.

Anona foliis ſubtus ferrugineis, fructu rotundo majore lævi purpureo, ſemine nigro partim rugoſo partim glabro. *Sloan. jam.* 206. *hiſt.* 2. *p.* 170. *t.* 229. *Raj. dendr.* 78.

Cainito. *Laet. amer.* 390.

Cainito folio ſubtus aureo, fructu maliformi. *Plum. gen.* 10.

β. Cainito folio ſubtus aureo, fructu oliviformi. *Plum. gen.* 10. *ic.* 69.

Sideroxylon Pacurero. *Lœfl. it.* 204.

*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

Folia *alterna, petiolata, ovata, integerrima.* Pedunculi *laterales, uniflori, numeroſi, breviſſimi.*

glabrum, 2. CHRYSOPHYLLUM foliis utrinque glaberrimis. *Jacq. amer.* 15. *

*Habitat in* America. ♄.

## SIDEROXYLON.

inerme, 1. SIDEROXYLON inerme. *Hort. cliff.* 69.

Side-

Sideroxylon primum ſ. dein Coriæ indorum nomine data arbor. *Dill. elth.* 357 *t.* 265. *f.* 344.
Padus foliis oblongis, fructu ſolitario. *Burm. afric.* 238. *t.* 84. *f.* 2.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

2. SIDEROXYLON ſpinoſum, foliis deciduis. *Duham. arb.* 2. *p.* 260. *t.* 69. lycioides.
Lycioides. *Hort. cliff.* 488. *
Arbor folio ſalicis viridi alterno ſplendente, ſpinis longioribus alternis ad alas foliorum. *Bœrh. lugdb.* 2. *p.* 263.
*Habitat in* Canada. ♄.

3. SIDEROXYLON ſpinoſum, foliis perennantibus. *Hort. cliff.* 69. ſpinoſum.
Caro-mœlli. *Rheed. mal.* 5. *p.* 77. *t.* 39. *Raj. hiſt.* 1634.
*Habitat in* Malabaria. ♄.

## RHAMNUS.

* *Spinoſi.*

1. RHAMNUS ſpinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ovatis. *Hort. cliff.* 70. *Fl. ſvec.* 193, 202. *Mat. med.* 72. *Roy. lugdb.* 224. catharticus.
Rhamnus catharticus. *Bauh. pin.* 478.
Cervispina. *Cord. hiſt.* 175.
*Habitat in* Europæ *ſepibus.* ♄.

2. RHAMNUS ſpinis terminalibus, foliis linearibus. lycioides.
Rhamnus tertius flore herbaceo, baccis nigris. *Bauh. pin.* 477.
Rhamnus tertius forte niger. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 110.
*Habitat in* Hiſpania. ♄.

3. RHAMNUS ſpinis terminalibus, foliis oblongis integerrimis. Oleoides.
Rhamnus hiſpanicus, oleæ folio. *Tournef. inſt.* 539.
*Habitat in* Hiſpania. *C. Alſtrömer.* ♄.
Similis *R. carthartico, ſed minor.* Folia *ad gemmas* 2 *ſ.* 3, *Oleæ ſimilia & minora, lævia, conſiſtentia, integerrima, quaſi venis marginata, brevius petiolata, obtuſiuſcula, reticulato-venoſa.* Fructus *ſolitarii, ſimiles R. carthartico.*

* * *inermes.*

alpinus. 4. RHAMNUS inermis, floribus dioicis, foliis duplicato-crenatis.
Rhamnus inermis, foliis glabris crenatis. *Act. gott.* 349. *t.* 16.
Frangula ora folii ſerrata. *Hall. helv.* 164.
Frangula rugoſiore & ampliore folio. *Tournef. inſt.* 612.
Frangula altera polycarpos. *Baub. prodr.* 160.
Alnus nigra baccifera, rugoſiore folio ſ. major. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 562.
Alnus nigra polycarpos. *Baub. pin.* 428.
*Habitat in alpibus* Helveticis. ♄.

Frangula. 5. RHAMNUS inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. *Hort. cliff.* 70. *Fl. ſvec.* 194, 203. *Mat. med.* 73. *Roy. lugdb.* 224.
Rhamnus inermis, foliis annuis. *Fl. lapp.* 60.
Alnus nigra baccifera. *Baub. pin.* 428.
Frangula. *Dod. pempt.* 784.
*Habitat in* Europæ *borealis nemoroſis humidiuſculis.* ♄.

Sarcomphalus. 6. RHAMNUS inermis, foliis ovalibus coriaceis integerrimis emarginatis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 395. *
Sarcomphalus foliis ovatis glabris alternis apice leviter emarginatis, cortice interiore ferrugineo. *Brown. jam.* 179.
*Habitat in* America. ♄.

micranthus. 7. RHAMNUS inermis, foliis ovato-lanceolatis obliquis pubeſcentibus, ſtipulis lanceolatis deciduis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 395. *
Rhamnus an zizyphus arboreſcens, foliis oblongo-ovatis hirſutis & leniter ſerratis. *Brown. jam.* 173. *t.* 12. *f.* 2.
Muntingia folio corni, fructu minore. *Plum. gen.* 41. *ic.* 206. *f.* 1.
*Habitat in* America. ♄.

colubrinus. 8. RHAMNUS inermis, floribus monogynis hermaphroditis, capſulis trilocularibus, ramis horizontalibus, floribus erectis. *Jacq. amer.* 16.
Arbor baccifera indica, foliis majoribus ſplendentibus, flore pentapetalo. *Comm. hort.* 1. *p.* 175. *t.* 90.

*Ha-*

*Habitat in* America. ♄.
*Folia magna, ovata, integerrima.*

* 9. RHAMNUS inermis, floribus dioicis, ſtigmate triplici, foliis ſerratis. *Vir. cliff.* 19. *Hort. upſ.* 47. *Sauv. monſp.* 95. **Alaternus.**
Rhamnus inermis, floribus polygamis, ſtigmate triplici, foliis ſerratis. *Hort. cliff.* 70. *Roy. lugdb.* 225.
Phylica elatior. *Baub. pin.* 477.
Phylica humilior. *Baub. pin.* 477.
Alaternus 1, 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 50.
*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♄.

10. RHAMNUS inermis, floribus hermaphroditis, capſulis trilocularibus, foliis rugoſis integerrimis ciliatis. *Jacqu. amer.* 16. **cubenſis.**
*Habitat in* America. ♄.
*Hic uti R. colubrinus Fructu capſulari eſt.*

11. RHAMNUS inermis, floribus hermaphroditis, foliis ovatis lineatis repandis ſubtus reticulatis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 308. * **lineatus.**
Rhamnus lineata. *Oſb. it.* 219. *t.* 7.
*Habitat in* Chinæ *elevatis.* ♄.

* * * *Aculeati.*

12. RHAMNUS aculeis geminatis: inferiore reflexo, floribus trigynis. *Hort. cliff.* 69. *Hort. upſ.* 47. *Roy. lugdb.* 224. *Sauv. monſ.* 306. **Paliurus.**
Rhamnus folio ſubrotundo, fructu compreſſo. *Baub. pin.* 477.
Paliurus. *Dod. pempt.* 576.
*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♄.

13. RHAMNUS aculeis geminatis: altero recurvo, foliis ovato-oblongis. **Lotus.**
Zizyphus ſylveſtris. *Tournef. inſt.* 627. *Shaw. afr.* 631. *f.* 631.
*Habitat in* Regno Tunetano. ♄.
Frutex *ramulis teretibus.* Aculei *duo ad exortum foliorum: altero horizontali, altero recurvo ut in Paliuro, ſed* Folia *omnia zizyphi, figura, nervis, glabritie, magnitudine, at margo obſolete & rarius crenatus.*

Napeca. 14. RHAMNUS aculeis ſubgeminatis recurvis, pedunculis corymboſis, floribus ſemidigynis, foliis ſerratis utrinque lævibus. *Fl. zeyl.* 87. *
Jujuba indica ſpinoſa, folio & fructu longiore. *Pluk. alm.* 199 *t.* 216. *f.* 2. *Raj. dendr.* 44.
Vidara littorea. *Rumph. amb.* 2. *p.* 119. *t.* 42. 37.
*Habitat in* Zeylona. ♄.

Jujuba. 15. RHAMNUS aculeis ſolitariis recurvis, pedunculis aggregatis, floribus ſemidigynis, foliis retuſis ſubtus tomentoſis. *Fl. zeyl.* 89. *
Jujuba indica ſpinoſa, folio & fructu rotundo. *Pluk. alm.* 199. *Raj. dendr.* 44.
Malus indica. *Rumph. amb.* 2. *p.* 117. *t.* 36.
Perim toddal. *Rheed. mal.* 4. *p.* *t.* 41.
*Habitat in* India. ♄.

Œnoplia. 16. RHAMNUS aculeis ſolitariis recurvis, pedunculis aggregatis ſubſeſſilibus, foliis ſemicordatis ſubtus tomentoſis. *Fl. zeyl.* 88. *
Jujuba aculeata, nervoſis foliis infra ſericeis flavis. *Burm. zeyl.* 131. *t.* 61.
*Habitat in* Zeylona. ♄.

iguaneus. 17. RHAMNUS aculeis geminatis altero patente, racemis axillaribus monoicis, foliis nudis. *Jacq. amer.* 16.
Jujube americana ſpinoſa, loti arboris foliis & facie, fructu rotundo parvo dulci. *Comm. hort.* 1. *p.* 141. *t.* 73.
*Habitat in* America. ♄.

Zizyphus. 18. RHAMNUS aculeis geminatis rectis, floribus digynis, foliis ovato-oblongis glabris. *Hort. cliff.* 69. *Mat. med.* 74. *Roy. lugdb.* 224. *Sauv. monſp.* 59.
Jujuba ſylveſtris. *Bauh. pin.* 446.
Zizyphus. *Dod. pemt.* 807.
β. Jujubæ majores oblongæ. *Bauh. pin.* 446.
*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♄.

Spina Chriſti. 19. RHAMNUS aculeis geminatis rectis, foliis ovatis. *Hort. cliff.* 69. * *Roy. lugdb.* 224.
Oenoplia ſpinoſa. *Bauh. pin.* 477. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 313.
Nabca Paliurus athenæi credita. *Alp. ægypt.* 16. *t.* 19.
Jujube ſ. Zizyphus africana, mucronatis foliis, ſpina gemella. *Pluk. alm.* 199. *t.* 197. *f.* 3.

Ha-

*Habitat in* Æthiopia, Palæſtina. ♄.
*Arbuſcula e ſeminibus miſſis ſub nomine* Spinæ Chriſti. *Hieroſolyma a D. Haſſelquiſt.*

## PHYLICA.

1. PHYLICA foliis linearibus verticillatis. ericoides.
Phylica foliis ovato-linearibus. *Hort. cliff.* 70. *Roy. lugdb.* 199.
Alaternoides africana, ericæ foliis, floribus albicantibus & muſcoſis. *Comm. hort.* 2. *p.* 1. *t.* 1.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

2. PHYLICA foliis lineari-ſubulatis: ſummis hirſutis. *Roy. lugdb.* 199. plumoſa.
Ricinus arboreſcens africanus, tomentoſis capitulis. *Seb. theſ.* 1. *p.* 38. *t.* 23. *f.* 4, 5.
Chamælea africana tricoccos & tetracoccos taxifolia, villoſa cæſarie coronata. *Pluk. mant.* 45. *t.* 342. *f.* 3.
Chamælea foliis anguſtis ſubtus incanis, floribus capitatis muſcoſis. *Burm. afr.* 117. *t.* 43. *f.* 2.
Alaternoides africana, roriſmarini latiore & piloſiore folio. *Comm. prælud.* 63. *t.* 13.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

3. PHYLICA foliis linearibus triquetris ſparſis, caule piloſo, bracteis apice glabris coloratisque. *Amæn. acad.* 4. *p.* 938. * radiata.
Chryſanthemum ericoides coronatum. C. B. S. *Breyn. cent.* 165. *t.* 82. *Pluk. mant.* 47. *t.* 454. *f.* 7.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.

4. PHYLICA foliis cordato-ovatis patentibus, caule prolifero. cordata.
Alaternoides africana, chamæmeſpilio folio. *Comm. rar.* 62. *t.* 12.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.
*Differt a.* PH. *buxifolia, quod Folia non ovata, ſed cordata exquiſite attenuato apice. Caulis prolifer, nec capitula lateralia.*

5. PHYLICA foliis cordatis, floribus dioicis. dioica.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.

6. PHYLICA foliis ovatis ſparſis ternisque ſubtus tomentoſis. buxifolia.

Chamælea folio ſubrotundo ſubtus incano, floribus in capitulum collectis. *Burm. afr.* 119. *t.* 44. *f.* 1.
Chamælea africana, foliis ſubrotundis *Herm. afr.* 6.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

## CEANOTHUS.

americanus. 1. CEANOTHUS foliis trinerviis. *Mill. dict. t.* 86. *Duham. arb.* 1. *p.* 138. *t.* 51.
Ceanothus corymbis folio longioribus. *Hort. upſ.* 51.
Ceanothus. *Act. upſ.* 1741. *p.* 77.
Celaſtrus inermis, foliis ovatis ſerratis trinerviis, racemis ex ſummis alis longiſſimis. *Hort. cliff.* 73. *Grew. virg* 25. *Roy. lugdb.* 435.
Evonymus novi belgii, corni feminæ foliis. *Comm. hort.* 1. *p.* 167. *t.* 86. *Raj. dendr.* 69.
Evonymus, jujubinis foliis, carolinenſis, fructu parvo fere umbellato. *Pluk. alm.* 139. *t.* 28. *f.* 6.
*Habitat in* Virginia, Carolina. ♃. ♄.

aſiaticus. 2. CEANOTHUS foliis ovatis enerviis.
Ceanothus racemis folio brevioribus. *Fl. zeyl.* 98. *
Groſſularia ſpinis vidua, baccis in racemo congeſtis ſpadiceis, foliis crenatis ovato-acuminatis. *Burm. zeyl.* 111. *t.* 48.
Spireæ theophraſti ſimilis frutex indicus, latiori folio. *Pluk. alm.* 350. *t.* 63. *f.* 2?
*Habitat in* Zeylona. ♄.

africanus. 3. CEANOTHUS foliis lanceolatis enerviis, ſtipulis ſubrotundis.
Celaſtrus inermis, foliis lanceolatis obtuſe ſerratis petiolatis appendiculatis. *Hort. cliff.* 73. *Roy. lugdb.* 435.
Alaternoides africana, lauri ſerratæ folio. *Comm. præl.* 61. *t.* 11.
Ricinoides africana arboreſcens, folio phillyreæ longifoliæ ſerratæ. *Seb theſ.* 1. *p.* 35. *t.* 22. *f.* 6.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

## BYTTNERIA.

ſcabra. 1. BYTTNERIA. *Læfl. it.* 313.
Chætæa *aculeata. Jacq. amer.* 17.
*Habitat in* America *meridionali*. ♄.

*Fru-*

*Frutex aculeatus. Folia lanceolata.* Flores *racemoſi, albi.*

## MYRSINE.

1. MYRSINE. *Hort. cliff.* 72. * *Zinn. gœtt.* 202. africana.
Vitis idæa æthiopica, myrti tarentinæ folio, flore atropurpureo. *Comm. hort.* 1. *p.* 123. *t.* 64.
Buxus africana rotundifolia ſerrata. *Pluk. alm.* 74. *t.* 80. *f.* 5.
Frutex æthiopicus baccifera, foliis myrtilli. *Breyn. cent.* 9. *t.* 5.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

## CELASTRUS.

1. CELASTRUS inermis, foliis ovatis integerrimis. bullatus.
Evonymoides virginiana, foliis non ſerratis, fructu coccineo eleganter bullato. *Iſuard. act.* 1716. *p.* 369.
Evonymus virginianus rotundifolius, capſulis coccineis eleganter bullatis. *Pluk. alm.* 139. *t.* 28 *f.* 5.
*Habitat in* Virginia. ♄.

2. CELASTRUS inermis, caule volubili, foliis ſerrulatis. ſcandens.
Evonymoides canadenſis ſcandens, foliis ſerratis. *Iſn. act.* 1716. *p.* 369. *Duham. arb.* 1. *p.* 223 *t.* 95.
Frutex viminibus lentis infirmis, foliis profunde ſerratis, *Gron. virg.* 55.
*Habitat in* Canada. ♄.

3. CELASTRUS inermis, foliis ovatis ſerrulatis, floribus racemoſis, caule erecto. *Hort. cliff.* 72. myrtifolius.
Myrtifolia arbor, foliis latis ſubrotundis, flore albo. *Sloan. jam.* 162. *hiſt.* 2. *p.* 79. *t.* 193. *f.* 1. *Raj. dendr.* 36.
*Habitat in* Virginia, Jamaica. ♄.

4. CELASTRUS ſpinis folioſis, ramis angulatis, foliis obtuſis. *Hort. cliff.* 73. *Roy. lugdb.* 434. buxifolius.
Lycium portoricenſe, buxi foliis anguſtioribus. *Pluk. alm.* 234. *t.* 202. *f.* 3.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
Rami & *ramuli angulati.* Folia *obovata, obtuſa, acute ſerrata.* Cymæ *pedunculatæ, ex alis.*

5. CELASTRUS ſpinis nudis, ramis teretibus, foliis acutis. *Hort. cliff.* 72. *Mill. dict. t.* 87. pyracanthus

Ly-

Lycium æthiopicum, pyracanthæ folio. *Comm. hort.* 1. *p.* 163. *t.* 84. *Raj. dendr.* 72.

Evonymo affinis æthiopica, lycii foliis & aculeis, fructu evonymi. *Pluk. alm.* 139. *t.* 280. *f.* 5.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

Rami *&* *ramuli teretiuſculi.* Folia *ovali-lanceolata, utrinque acuta, in petiolos deſinentia, ſuperne ſerraturis acuminatis ut fere ſpinoſis, perſiſtentia;* Cymæ *pedunculatæ, laterales.*

## EVONYMUS.

europæus. 1. EVONYMUS floribus plerisque quadrifidis.

Evonymus foliis oblongo-ovatis. *Hort cliff* 38. *Fl. ſvec.* 133. 204. *Roy. lugdb.* 436. *Hall. helv.* 523.

tenuifolius. Evonymus vulgaris, granis rubentibus. *Bauh. pin.* 428.

Evonymus 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 57.

latifolius. β. Evonymus latifolius. *Bauh. pin.* 428.

Evonymus 1. ſ. latifolia. *Cluſ. hiſt.* 2. *p* 56.

*Habitat in* Europæ *ſepibus*; β *in* Pannonia. ♄.

Ex *flore primario convenit cum congeneribus. Phil. Bot.* 178.

americanus. 2. EVONYMUS floribus omnibus quinquefidis.

Evonymus foliis lato-lanceolatis ſerratis. *Hort. upſ.* 30.

Evonymus foliis lanceolatis. *Gron. virg.* 17

Evonymus virginianus, pyracanthæ foliis, capſula verrucarum inſtar exaſperata. *Pluk. alm.* 139. *t.* 115. *f.* 5.

Celaſtrus foliis oppoſitis ovatis integerrimis, floribus ſubſolitariis. *Hort. cliff.* 32.

Rhus virginianum, folio myrti. *Comm. hort.* 1. *p.* 157 *t.* 81 *Raj. dendr.* 57.

*Habitat in* Virginia. ♄.

## DIOSMA.

oppoſitifolia. 1. DIOSMA foliis ſubulatis acutis oppoſitis. *Hort. cliff.* 71. *Roy. lugdb.* 434.

Spiræa africana, foliis cruciatim poſitis. *Comm. rar.* 1. *t.* 1.

Hypericum africanum vulgare. *Seb. theſ.* 2. *p.* 41. *t.* 40. *f.* 5.

*Habitat ad* Caput b. Spei. ♄.

hirſuta. 2. DIOSMA foliis linearibus hirſutis. *Hort. cliff.* 71. *Roy. lugdb.* 434.

Spi-

Spiræa africana odorata, foliis piloſis. *Com. rar.* 3. *t.* 3.
*Habitat ad* Caput b. Spei. ♄.

3. DIOSMA foliis linearibus mucronatis glabris carinatis ſubtus bifariam punctatis. rubra.
Dioſma foliis ſetaceis acutis. *Hort. cliff.* 72.
Spiræa africana odorata, floribus ſuave rubentibus. *Comm. rar.* 2. *t.* 2.
Erica æthiopica, roſmarini ſylveſtris folio eleganter punctato, flore tetrapetalo purpureo. *Pluk. mant.* 68. *t.* 347. *f.* 4.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
*Habitus juniperi. Folia juniperina, glabra, ſubtriquetra, ſubtus punctis pertuſa.*

4. DIOSMA foliis lineari-lanceolatis ſubtus convexis bifariam imbricatis. ericoides.
Spiræa africana, ericæ bacciferæ foliis. *Raj dendr.* 91.
Ericæformis, coridis folio, æthiopica, floribus pentapetalis in apicibus. *Pluk. amalth.* 2,6. *t.* 279. *f.* 5.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
*Hæc valde fragrans in Emplaſtris Hottentottorum.*

5. DIOSMA foliis lanceolatis ciliatis. ciliata.
Spiræa forte genus africanum, ſerpilli hirſutis foliis, fruticoſum, floribus albis umbellatis. *Pluk. amalth.* 197. *t.* 411. *f.* 3. *Seb. muſ.* 2. *t.* 17. *f.* 5.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

6. DIOSMA foliis lanceolatis glabris. lanceolata.
Spiræa africana, ſaturejæ foliis brevioribus. *Raj. dendr.* 91.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

7. DIOSMA foliis lanceolato-ovalibus glanduloſo-crenatis, floribus ſolitariis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 308. * crenata.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

8. DIOSMA foliis ovato-oblongis, floribus ſolitariis terminalibus. uniflora.
Ciſtus humilis æthiopicus, inferioribus foliis roſmarini ſylveſtris punctatis, cæteris autem ſerpilli ſubrotundis, flore carneo. *Pluk. mant.* 49. *t.* 342. *f.* 5.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
Folia *rigidiora, & longe majora, quam in præcedentibus.*

*tibus.* Flos *etjam ſextuplo major, margine ut & ſubtus punctatus.*

pulchella. 9. DIOSMA foliis ovatis obtuſis glanduloſo-crenatis, floribus geminis axillaribus.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
Fruticulus *pulcherrimus Ramis virgatis.* Folia *exquiſita.* Floſculi *cærulei, minimi, axillares, gemini propriis pedunculis.*

## HARTOGIA.

capenſis. 1. HARTOGIA.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.
*Statura Dioſmæ aut Bruniæ. Folia oppoſita, ſubulata, triquetra. Flores albi in Corymbum.*

## BRUNIA.

nodiflora. 1. BRUNIA foliis quadrifariam imbricatis. *Hort. cliff.* 70.
Cupreſſo-Pinulus capitis b. ſpei. *Breyn. cent.* 22. *t.* 10.
Erica capitata ſ. nodiflora cupreſſiformis africana. *Pluk. mant.* 69. *t.* 346. *f.* 4.
Scabioſæ affinis Arbuſcula africana ericoides ſphærocephalos. *Raj. hiſt.* 1444.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

lanuginoſa. 2. BRUNIA foliis linearibus patulis apice calloſis. *Hort. cliff.* 71.
Tamariſcus monomopatenſis, ericæ tenuiſſimo folio, pilulifera, ramulis lanugine aranearum inſtar implexis *Pluk. alm.* 361. *t.* 318. *f.* 4.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

ciliata. 3. BRUNIA foliis ovatis acuminatis ciliatis.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

abrotanoides. 4. BRUNIA foliis lineari-lanceolatis patentibus triquetris apice calloſis.
Brunia foliis creberrimis lanceolatis, floribus conglobatis. *Burm. afric.* 266. *t.* 100. *f.* 1.
Leviſanus africanus, ericæ folio, capitulo majore. *Raj. dendr.* 130.
Leviſanus capenſis, ſerpylli folio. *Pet. gaz.* 9. *t.* 5. *f.* 7.
Erica capitata ſ. nodiflora, corios foliis rectis, æthiopica. *Pluk. mant.* 69. *t.* 346. *f.* 7.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

5. BRU-

5. BRUNIA foliis ſpatulatis acutis carnoſis. *Leviſanus.*
Brunia foliis oblongis incanis, florum capitulo ramulum terminante. *Burm. afric.* 267. *t.* 100. *f.* 2.
Protea *fuſca* foliis ovatis obtuſis imbricatis, capitulis globoſis. *Sp. pl.* 1. *p.* 95.
Protea foliis oblongo-ovatis lana obvolutis. *Roy. lugdb.* 187.
Conocarpodendron folio ſubrotundo breviſſimo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 202. *t.* 202.
Chryſanthemum fruticoſum, polygoni foliis, africanum, caulibus ſcabris, flore minore. *Pluk. mant.* 47. *t.* 343. *f.* 9.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

6. BRUNIA floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 71. *uniflora.*
Ericæformis æthiopica, cupreſſi foliis compreſſiuſculis. *Pluk. alm.* 136. *t.* 279. *f.* 2.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

## ITEA.

1. ITEA *Gron. virg.* 143. *Duham. arb.* 1. *p.* 219. *t.* 126. *virginica.*
Diconangia. *Mitch. gen.* 5.
*Habitat in* Virginia. ♄.
*Folia Padi integra. Racemi anguſti.*

## GALAX.

1. GALAX. *aphylla.*
Viticella. *Mitch. gen.* 24.
Anonymos ſ. Belvedere. *Gron. virg.* 25.
*Habitat in* Virginia. ♃.

## CEDRELA.

1. CEDRELA floribus paniculatis. *odorata.*
Cedrela Cedro. *Løfl. it.* 183.
Cedrela foliis pinnatis, floribus laxe racemoſis, ligno levi odorato. *Brown. jam.* 158. *t.* 10. *f.* 1.
Cedrus barbadenſium, alatis fraxini foliis. *Pluk. alm.* 92. *t.* 157. *f.* 1.
Pruno forte affinis arbor maxima materie rubra laxa odorata. *Sloan. jam.* 182. *hiſt.* 2. *p.* 128. *t.* 220. *f.* 2. *Raj. dendr.* 43.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

## MANGIFERA.

indica. 1. MANGIFERA.
Mangifera arbor. *Bon. jav.* 95. *Fl. zeyl.* 471.
Manga domeſtica. *Rumph. amb.* 1. *p.* 93. *t.* 25.
Manga indica, fructu magno reniformi. *Raj. hiſt.* 1550.
Perſicæ ſimilis, putamine villoſo. *Bauh. pin.* 440.
Mao ſ. Mau ſ. Manghos. *Rheed. mal.* 4. *p.* 1. *t.* 1. 2.
*Habitat in* India. ♄.
*Racemus compoſitus, brachiatus; an flores omnes hermaphroditi? utrum una aut plures ſpecies alius dies determinet?*

## CUPANIA.

americana. 1. CUPANIA.
Cupania caſtaneæ folio, fructu ſericeo & ramoſo. *Plum. gen.* 45. *ic.* 110.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.
Folia *alterna, obovata, oblonga, obtuſa, dentato-ſerrata: nervis transverſalibus craſſis.* Flores *racemoſi, an Monoici?*

## HIRTELLA.

americana. 1. HIRTELLA. *Hort. cliff.* 17. *
Frutex innominatus. *Marcgr. braſ.* 78. *f.* 2. *mala.*
*Habitat in* Braſilia. ♄.
*Facies Royenæ lucidæ. Racemus ſimplex, erectus.*

## RIBES.

* *Ribeſia inermia.*

rubrum. 1. RIBES inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiuſculis.
Ribes inerme, floribus planiuſculis, racemis pendulis. *Hort. cliff.* 82. *Fl. ſuec.* 197, 205. *Hort. upſ.* 51. *Mat. med.* 99. *Vir. cliff.* 21. *Roy. lugdb.* 270. *Dalib. pariſ.* 75.
Ribes vulgare acidum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 97. *Fl. lapp.* 68.
Groſſularia, multiplici acino, ſ. non ſpinoſa hortenſis rubra. *Bauh. pin.* 455.
β. Groſſularia hortenſis, fructu margaritis ſimili. *Bauh. pin.* 455.
*Habitat in* Sueciæ *borealibus.* ♄.

Germ. Johannisbeeren / Gall. Groseilles rouges, Ribetts / Angl. Red currans; red gooseberries / Bat. roode aalbessen / Suec. Winbär. / Gall. groseilles perlees.

2. RI-

2. RIBES inerme, racemis erectis, bracteis flore longioribus. alpinum.
Ribes inerme, floribus planiuſculis, racemis erectis. *Hort. cliff.* 82. *Fl. ſvec.* 198, 206.
Ribes alpinum dulce. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 98. *Fl. lapp.* 97.
Groſſularia vulgaris, fructu dulci. *Bauh. pin.* 455.
Groſſularia diſtinctis baccis. *Bauh. pin.* 455.
β. Ribes montana, oxyacanthæ ſapore. *Bauh. prodr.* 160. *Amœn. acad.* 1. *p.* 170.
*Habitat in* Sueciæ, Helvetiæ, Angliæ *ſepibus ſiccis.* ♄.

3. RIBES inerme, racemis piloſis, floribus oblongis. nigrum.
Ribes inerme, floribus oblongis. *Hort. cliff.* 269. *Hort. upſ.* 51. *Fl. ſvec.* 196, 207. *Mat. med.* 100. *Roy. lugdb.* 269. *Dalib. pariſ.* 74.
Ribes vulgaris, fructu nigro. *Rudb. vall.* 32. *Fl. lapp.* 99.
Groſſularia non ſpinoſa, fructu nigro. *Bauh. pin.* 455.
β. Ribeſium nigrum penſylvanicum, floribus oblongis. *Dill. elth.* 3 4. *t.* 244 *f.* 315.
*Habitat in* Suecia, Helvetia, Penſylvania. ♄.

* * *Groſſulariæ aculeatæ.*

4. RIBES ramis ſubaculeatis reclinatis, pedunculi bractea triphylla. reclinatum.
Ribes ramis ſubaculeatis reclinatis. *Hort. cliff.* 82. *Hort. upſ.* 51. *Roy. lugdb.* 270.
Groſſularia ſpinoſa ſativa altera, foliis latioribus. *Bauh. pin.* 455.
*Habitat in* Germania, Helvetia. ♄.

5. RIBES ramis aculeatis, petiolorum ciliis piloſis, baccis hirſutis. Groſſularia.
Ribes ramis aculeatis, racemis erectis, baccis hirſutis. *Hort. cliff.* 82.
Ribes ramis aculeatis erectis, fructu hiſpido. *Vir. cliff.* 21. *Roy. lugdb.* 269.
Groſſularia, fructu maximo hiſpido margaritarum fere colore. *Raj. hiſt.* 1484.
*Habitat in* Europa. ♄.

6. RIBES ramis undique aculeatis. *Hort. upſ.* 51. oxyacanthoides.
Groſſularia, oxyacanthæ foliis amplioribus, e ſinu hudſonis. *Pluk. amalth.* 212. *Dill. elth.* 166. *t.* 139. *f.* 116.
*Habitat in* Canada. ♄.

Uva criſpa. 7. RIBES ramis aculeatis, baccis glabris, pedicellis bractea monophylla.

Ribes ramis aculeatis erectis, fructu glabro. *Hort. cliff.* 82. *Fl. ſvec.* 195, 208. *Roy. lugdb.* 273. *Hall. helv.* 346. *Dalib. pariſ.* 74.

Groſſularia ſimplici acino vel ſpinoſa ſylveſtris. *Bauh. pin.* 455.

*Habitat in* Europa *boreali.* ♄.

Cynosbati. 8. RIBES aculeis ſubaxillaribus, baccis aculeatis racemoſis.

*Habitat in* Canada. *Kalm.* ♄.

Facies *præcedentium.* Folia *parum fiſſa. Aculeus inſtar ſpinæ ſub alis.* Pedunculi *ſæpius triflori.* Germen *in flore hiſpidum, nec aculeatum.* Corolla *R. Groſſulariæ.* Baccæ *magnitudine nucis coryli, undique armatæ aculeis robuſtis.*

## GRONOVIA.

ſcandens. 1. GRONOVIA. *Hort. cliff.* 74.

Gronovia ſcandens lappacea, pampinea fronde. *Houſt. Mart. cent.* 1. *p.* 40. *t.* 40. *Amm. herb.* 346.

*Habitat in* Vera Cruce.

## HEDERA.

Helix. 1. HEDERA foliis ovatis lobatiſque. *Fl. lapp.* 91. *Fl. ſvec.* 190, 209. *Hort. cliff.* 74. *Mat. med.* 98. *Roy. lugdb.* 223. *Hall. helv.* 164.

Hedera arborea. *Bauh. pin.* 305.

β. Hedera poëtica. *Bauh. pin.* 305.

γ. Hedera major ſterilis. *Bauh. pin.* 305.

δ. Hedera humi repens. *Bauh. pin.* 305.

*Habitat in* Europæ *arboribus putreſcentibus, inque ſepibus.* ♄.

quinquefolia 2. HEDERA foliis quinatis ovatis ſerratis. *Hort. cliff.* 74. *Roy. lugdb.* 223. *Gron. virg.* 24.

Vitis hederacea indica. *Stapel. theatr.* 364.

Edera quinquefolia canadenſis. *Corn. canad.* 99. *t.* 100.

Helix. *Mitch. gen.* 30.

*Habitat in* Canada. ♄.

Capſula *utrinque turbinata, bilocularis, polyſperma.* Flores *maſculi a femineis diſtincti. D. Mitchell.*

VI-

## VITIS.

1. VITIS foliis lobatis ſinuatis nudis. vinifera.
Vitis foliis palmato-angulatis. *Hort. cliff.* 74. *Hort. upſ.* 50. *Mat. med.* 97. *Gron. virg.* 144. *Roy. lugdb.* 222.
Vitis vinifera. *Bauh. pin.* 299.
β. Vitis corinthiaca ſ. apyrena. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 72. apyrena.
*Habitat in* Orbis *quatuor partibus temperatis.* ♄.
*Cirrhus oppoſitifolius racemifero-floriferus.*

2. VITIS foliis cordatis dentatis ſubtus villoſis, cirrhis racemiferis. *Fl. zeyl.* 99. * indica.
Vitis ſylveſtris indica, acinis rotundis. *Raj. dendr.* 67.
Scembra Valli. *Rheed. mal.* 7. *p.* *t.* 6.
*Habitat in* India. ♄.

3. VITIS foliis cordatis ſubtrilobis dentatis ſubtus tomentoſis. Labruſca.
Vitis hederæ folio ſerrato. *Plum. ſpec.* 18. *ic.* 259. *f.* 1.
Vitis ſylveſtris virginiana. *Bauh. pin.* 299.
Vitis vinifera ſylveſtris americana, foliis averſa parte denſa lanugine tectis. *Pluk. phyt.* 249. *f.* 1.
Vitis fructu minore rubro acerbo, folio ſubrotundo minus laciniato, ſubtus alba lanugine tecto. *Sloan. hiſt.* 2. *p.* 104. *t.* 210. *f.* 4.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ♄.

4. VITIS foliis cordatis dentato-ſerratis utrinque nudis. vulpina.
Vitis vulpina dicta virginiana nigra. *Pluk. alm.* 392.
Vitis aceris folio. *Raj. dendr.* 68.
*Habitat in* Virginia. ♄.

5. VITIS foliis ternatis, foliolis ſubrotundis ſerratis. trifolia.
Vitis pearme doorica, foliis ternis ſubrotundis ſerratis. *Raj. dendr.* 68.
Folium Cauſſonis. *Rumph. amb.* 5. *p.* 450. *t.* 166. *f.* 2.
*Habitat in* India. ♄.
*Flores non vidi, hinc dubius utrum Vitis ſ. Ciſſi generis.*

6. VITIS foliis quinatis: foliolis multifidis. *Hort. cliff.* 74. *Roy. lugdb.* 223. laciniosa.
Vitis laciniatis foliis. *Corn. canad.* 182. *t.* 183.
Vitis apii folio. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 73.
*Habitat* - - - - ♄.

arborea. 7. VITIS foliis ſupradecompoſitis: foliolis lateralibus pinnatis.
Vitis caroliniana, foliis apii, uva corymboſa purpuraſcente. *Act. bonon.* 2 *part.* 2. *p.* 365. *t* 24.
Frutex ſcandens, petroſelini foliis, virginianus claviculis donatus. *Pluk. mant.* 85. *t.* 412. *f.* 2.
*Habitat in* Carolina, Virginica. ♄.

## LAGOECIA.

Cuminoides. 1. LAGOECIA. *Hort cliff.* 73. *Hort. upſ.* 52.
Cuminum ſylveſtre, capitulis globoſis. *Bauh. pin.* 146.
Cuminum ſylveſtre. *Cam. epit.* 518. *Geſn. epiſt.* 50.
*Habitat in* Creta, Lemno, Lyſia, Galatia. ⊙.

## SAUVAGESIA.

erecta. 1. SAUVAGESIA.
Ireon herbaceus minor, foliis oblongis tenuiſſime crenatis, ſtipulis ciliatis, floribus ſingularibus ad alas. *Brown. jam.* 179. *t.* 12. *f.* 3.
*Habitat in* Domingo, Jamaica, Surinamo. ⊙.
*Habitus Hyperici aut Corchori.* Caulis *erectus.* Folia *alterna, ovato-lanceolata, obtuſe ſerrata.* Stipulæ *acutæ, ciliatæ.*

## CLAYTONIA.

virginica. 1. CLAYTONIA foliis linearibus.
Claytonia. *Gron. virg.* 25.
Ornithogalo affinis virginiana, flore purpureo pentapetaloide. *Pluk. alm.* 272. *t.* 102. *f.* 3. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 139. *f.* 6.
*Habitat in* Virginia. ♃.

ſibirica. 2. CLAYTONIA foliis ovatis. *Hort. upſ.* 52. *
Limnia. *Act. ſtockh.* 1746. *p.* 130. *t.* 5. *
*Habitat in* Sibiria ♃.

## ACHYRANTHES.

ſangvinolenta. 1. ACHYRANTHES caule erecto ſimpliciſſimo, ſpicis brachiatis lævibus.
Verbena rubra *Rumph. amb.* 7. *p.* 60. *t.* 27. *f.* 2.
*Habitat in* India. ♃.
Caulis *humanæ altitudinis, ſimpliciſſimus.* Folia *oppoſita, ovata, integra, petiolata, ſubtus ſanguinolenta.*

*ta.* Spicæ *terminales*, *brachiatæ*, *læves.* Flores *parvi*, *Stamina* 5 *alterna caſtrata.*

2. ACHYRANTHES caule patulo, floribus ſpicatis remotis ovatis, calycibus ſquarroſo-patulis, foliis alternis. muricata.

Blitum fruteſcens. *Rumph. amb.* 5. *p.* 235. *t.* 83. *f.* 2.

*Habitat in* India. ♄.

Frutex *Caule patulo.* Folia *alterna*, *petiolata*, *ovata*, *integra*, *nudiuſcula.* Spicæ *alternæ*, *pedunculatæ*, *longæ*, *A. aſperæ*, *at* Flores *remotiores*, *magis ovati*, *non reflectuntur*, *ſed calycis ſquamæ tres breviores patulæ.*

3. ACHYRANTHES caule erecto, calycibus reflexis ſpicæ adpreſſis. *Fl. zeyl.* 105. aſpera.

Achyranthes caule erecto. *Hort. cliff.* 42. *Roy. lugdb.* 418.

α. Amaranthus ſiculus ſpicatus. *Bocc. ſic.* 16. *t.* 9. *Pluk. phyt.* 260. *f.* 2. ſicula.

β. Amaranthus ſpicatus zeylanicus, foliis obtuſis amarantho ſiculo bocconi ſimilis. *Burm. zeyl.* 16. *t.* 5. *f.* 3. indica.

Amaranthus ſpicatus, dictamni cretici folio, maderaſpatenſis. *Pluk. alm.* 26. *t.* 10. *f.* 4. *Mill. dict. t.* 11. *f.* 2.

*Habitat in* Sicilia, Zeylona, Jamaica. ♄.

Indica β. *caule & fructificatione ſimillima*, *ſed folia obovata obtuſa*, *craſſa*, *undulata quintuplo majora*, *hybridam indicant.*

4. ACHYRANTHES caule patulo, ſpicis interruptis: floſculis ternis: lateralibus utrinque faſciculo ſetarum uncinato. lappacea.

Achyranthes caule erecto, ſpica interrupta, floribus externe lanatis. *Sp. pl.* 1. *p.* 204.

Achyranthes floribus externe lanatis interrupte ſpicatis. *Fl. zeyl.* 103.

Blitum ſcandens, fructu lappaceo. *Burm. zeyl.* 47. *t.* 18. *f.* 1.

Centaurium ciliare minus, circææ foliis firmioribus, ſpicatis floribus. *Pluk. alm.* 93. *t.* 82. *f.* 2.

Wellia Codiveli. *Rheed. mal.* 10. *p.* *t.* 59.

*Habitat in* India.

Spicæ *longæ*, *ſolitariæ*, *interruptæ*: *ad ſingulos dentes pedunculi* Flores 3 *tranſverſe poſiti*: *ad latera flo-*

*rum lateralium utrinque* penicillus *purpureus*, *e ſetis rigidis uncinatis*, *ſenſim ſe pandentibus in pilulam lappaceam*, *maturo fructu diſcedentem & adhærentem.*

proſtrata. 5. ACHYRANTHES caulibus proſtratis, ſpicis oblongis: floſculis binatis utrinque faſciculo ſetarum uncinato

Auris canina femina. *Rumph. amb.* 6. *p.* 26. *t.* 11.

Verbena indica *Bont. jav.* 150. *t.* 150.

*Habitat in* India. ♃.

Caules *proſtrati*, *ſæpe repentes*, *ſeſquipedales*, *divaricati*, *bipedales*, *atropurpurei*, *piloſi.* Folia *oppoſita*, *obovata*, *ſubpetiolata*, *ſubpiloſa*, *acuta*, *margine purpurſcentia.* Spicæ *e dichotomia*, *pedunculatæ*, *ſolitariæ*, *oblongæ*, *virides*, *apice purpuraſcentes.* Flores *minuti*, *ſubpedicellati*, *gemini*, *calyce communi triphyllo mucronato*; *ad latera alterius floſculi penicillus purpureus ſetis uncinatis.* Fructus *reflexi*, *ovati*, *obtuſi.*

lanata. 6. ACHYRANTHES caule proſtrato, ſpicis ovatis lateralibus, calycibus tomentoſis. *Mill. dict. t.* 11. *f.* 1.

Chenopodium incanum racemoſum, folio majore minori oppoſito. *Burm. zeyl.* 60. *t.* 26. *f.* 1.

Amaranthus indicus verticillatus albus, foliis lanugine incanus. *Pluk. alm.* 27. *t.* 57. *f.* 8.

Scherubala. *Rheed. mal.* 10. *p.* 75. *t.* 29.

*Habitat in* India.

corymboſa. 7. ACHYRANTHES foliis oppoſitis linearibus, panicula dichotoma. *Fl. zeyl.* 100.

Paronychia foliis ad genicula confertis acutis, floribus umbellatis. *Burm. zeyl.* 184. *t.* 65. *f.* 2.

Amaranthus folio tenuiſſimo incano mollugini æmulante. *Bocc. muſ.* 44. *t.* 39.

Elichryſo affinis herba indica polygonoides ramoſior, foliis caulium nodos ambientibus. *Pluk. alm.* 134. *t.* 86. *f.* 6.

*Habitat in* Zeylona.

## CELOSIA.

argentea. 1. CELOSIA foliis lanceolatis, ſtipulis ſubfalcatis, pedunculis angulatis, ſpicis ſcarioſis.

Ce-

Celoſia foliis lineari-lanceolatis. *Hort. cliff.* 43. * *Roy. lugdb.* 419.
Amaranthus ſpica albeſcente habitiore. *Mart. cent.* 7. *t.* 7.
*Habitat in* China. ☉.

2. CELOSIA foliis ovatis, ſtipulis falcatis, pedunculis angulatis, ſpicis ſcarioſis. margaritacea.
Amaranthus ſimplici panicula. *Bauh. pin.* 121.
Amaranthus ſpica albeſcente habitiore. *Mart. cent.* 7. *t.* 7.
*Habitat in* America ☉.
*Simillima C. argenteæ, ut fere varietas, ſed Folia fere ovata, ſtamina purpurea.*

3. CELOSIA foliis lanceolato-ovatis recurvis ſubundatis, pedunculis angulatis, ſpicis oblongis criſtatis. criſtata.
Celoſia foliis oblongo-ovatis, pedunculis teretibus ſubſtriatis, ſpicis oblongis. *Sp. pl.* I. *p.* 205.
Celoſia foliis lanceolato ovatis. *Hort. cliff.* 43. *Hort. upſ.* 52.
Amaranthus panicula conglomerata. *Bauh. pin.* 121.
β. Amaranthus major, paniculis, ſurrectis flaveſcentibus. *Herm. lugdb.* 30.
*Habitat in* Aſia. ☉.

4. CELOSIA foliis lanceolato-ovatis lineatis acuminatiſſimis, ſtipulis falcatis, ſpicis criſtatis. caſtrenſis.
Amaranthus criſtatus. *Cam. epit.* 792.
Amaranthus minor, ſpica ſingulari, lunatis circum caulem foliis. *Barr. rar.* 471. *t.* 1195. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 77. *t.* 66.
Amaranthus vulgaris. *Rumph. amb.* 5. *p.* 236. *t.* 84.
*Habitat in* India. ☉.
Rami *laterales ex ſingulis alis.* Folia *ſubtus venis rubris ſtriata: inferiora ſæpe terna.* Stipulæ *dimidiatæ, falcatæ.*

5. CELOSIA foliis ovatis ſtrictis inauriculatis, caule ſulcato, ſpicis multiplicibus criſtatis. coccinea.
Amaranthus panicula incurva. *Bauh. pin.* 121.
Amaranthus panicula ſpecioſa criſtata. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 969.
*Habitat in* India.
*Differt ab C. criſtata* foliis *triploc raſſioribus, fragilibus.*

Floribus *penitus purpureis*, *nec rubicundis carina purpurea.* Staminibus *corolla brevioribus*, *nec longioribus.*

paniculatus. 6. CELOSIA foliis oblongo-ovatis, caule aſſurgente, ſpicis terminalibus alternis remotis.
Celoſia major ſarmentoſa aſſurgens, foliis majoribus ovatis. *Brown. jam.* 179.
Blitum album majus ſcandens. *Sloan. jam.* 49. *hiſt.* 1. *p.* 142. *t.* 91. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaica.
Caulis *proſtratus*, *teres*, *ramoſus.* Folia *alterna*, *ovata*, *acuminata.* *Rami terminati* panicula *e ſpicis alternis*, *ſæpe ramoſis.* Flores *alterni*, *diſtincti.* Stamina *corolla breviora.* Stigma *trifidum.*

lanata. 7. CELOSIA foliis lanceolatis tomentoſis obtuſis, ſpicis confertis, ſtaminibus lanatis. *Fl. zeyl.* 102. *.
*Habitat in* Zeylona.

nodiflora. 8. CELOSIA foliis cuneiformibus acutiuſculis, ſpicis globoſis lateralibus. *Fl. zeyl.* 101. *.
Amaranthoides indicum nodiflorum, capitulis ex albo vireſcentibus. *Burm. zeyl.* 16. *t.* 5. *f.* 2.
Amaranthoides indicum globoſum, ad caulium nodos floridum, foliis ſolitariis ſummo apice barbatis. *Pluk alm.* 27. *t.* 133. *f.* 2.
*Habitat in* Zeylona.

## ILLECEBRUM.

* *Caulibus proſtratis.*

verticillatum. 1. ILLECEBRUM floribus verticillatis nudis, caulibus procumbentibus.
Illecebrum caulibus procumbentibus. *Roy. lugdb.* 214. *Dalib. pariſ.* 76, 126.
Illecebrum. *Hort. cliff.* 492.
Paronychia ſerpillifolia paluſtris. *Vaill. pariſ.* 157. *t.* 15. *f.* 1.
Polygala repens nivea. *Baub. pin.* 215.
*Habitat in* Europæ *paludis udis.*

ſuffruticoſum. 2. ILLECEBRUM floribus lateralibus ſolitariis, caulibus ſuffruticoſis.
Illecebrum caule erecto. *Roy. lugdb.* 214.

Po-

Polygonum herniariæ foliis. *Lob. adv.* 404? *Dalech. hiſt.* 1124?
Paronychia hiſpanica fruticoſa, myrti folio. *Tournef. inſt.* 508.
*Habitat in* Hiſpania.

3. ILLECEBRUM ſpicis cymoſis ſecundis, caule diffuſo, foliis quaternis. cymoſum.
Polygonum capitula inter genicula echinata. *Bocc. ſic.* 41. *t.* 20. *f.* 3. *Raj. hiſt.* 214.
Polygoni hiſpanici genus Cluſii. *Dalech. hiſt.* 1125?
*Habitat* Monſpelii. *D. Sauvages.* Luſitania, *Ilva.* ☉.
*Planta facie Sedi aut Polygoni*; Caulis *filiformis, brachiatus.* Folia *ubquaterna, linearia, craſſiuſcula.* Flores *digeſti in ſpicas ſecundas, Spicæ in cymas tam laterales quam terminales.* Calyces *pentaphylli, colorati, apice fornicati ariſtati; in viva Generis certitudinem inquirant autoptæ.*

4. ILLECEBRUM floribus bracteis nitidis obvallatis, caulibus procumbentibus. Paronychia.
Herniaria ſquamis nitidis flores ſuperantibus. *Hort. cliff.* 41. *Hort. upſ.* 54. *Roy. lugdb.* 25. *Sauv. monſp.* 129.
Paronychia hiſpanica. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 183.
Polygonum minus candicans. *Baub. pin.* 281.
*Habitat in* Hiſpania & Narbona. ♃.

5. ILLECEBRUM floribus bracteis nitidis occultantibus capitula terminalia, caulibus erectis, foliis ciliatis. capitatum.
Herniaria erecta, ſquamis nitidis flores occultantibus. *Sauv. monſp.* 129.
Paronychia narbonenſis erecta. *Tournef. inſt.* 508.
Polygonum minus candicans, capitulis ſurrectis. *Magn. monſp.* 209.
Polygonum montanum niveum minimum. *Lob. ic.* 420.
*Habitat in* G. Narbonenſi, Hiſpania, Oriente.
*Folia ciliata, ſubtus villoſa.*

* * *Caulibus repentibus.*

6. ILLECEBRUM caulibus repentibus piloſis, foliis ovatis mucronatis oppoſito minore, capitulis ſubgloboſis ſubſpinoſis. Achyranthes.

A-

Achyranthes repens, caule repente, capitulis lateralibus ſeſſilibus. *Sp. pl.* 1. *p.* 205.
Achyrantha repens, foliis bliti pallidi. *Dill. elth.* 8. *t* 7 *f.* 7.
*Habitat in* Turcomannia. ⊙.

polygonoides. 7. ILLECEBRUM caulibus repentibus hirtis, foliis lato-lanceolatis petiolatis, capitulis orbiculatis nudis.
Gomphrena polygonoides. *Sp. pl.* 1. *p.* 225.
Herniaria hirſuta repens ad nodos alternos florida. *Browm. jam.* 184.
Amaranthoides humile curaſſavicum, foliis polygoni. *Herm. prodr.* 17. *t.* 17. *Sloan. jam.* 48. *hiſt.* 1. *p.* 141 *t.* 86. *f.* 2. *Raj. ſuppl.* 126.
β. Amaranthoides marina hirſuta, halimi folio. *Plum. ic.* 94. *t.* 21. *f.* 2.
*Habitat in* Americæ *littoribus maris.*
*Simillima ſequenti, ſed caule, non flore villoſo.*

5. SWERTIA corollis quadrifidis ecornibus. *Amœn. acad.* 2. *p.* 345. *. dichotoma.
*Habitat in* Sibiria. *D. Gmelin.* ⊙.

## GENTIANA.

* *Corollis quinquefidis ſubcampaniformibus.*

1. GENTIANA corollis quinquefidis rotatis verticillatis, calycibus ſpathaceis. *Hall. helv.* 479. lutea.
Gentiana floribus lateralibus confertis pedunculatis, corollis rotatis. *Hort. cliff.* 80. *Fl. ſvec.* 201, 227. *Mat. med.* 110. *Roy. lugdb.* 432. *Sauv. monſp.* 136.
Gentiana major lutea. *Bauh. pin.* 187. *Fl. lapp.* 96.
Gentiana. *Cam epit.* 415.
Aſterias. *Reneal. ſpec.* 64. *t.* 63.
*Habitat in alpibus* Norvegicis, Helveticis, Apenninis, Auſtriacis, Pyrenæis, Tridentinis. ♃.

2. GENTIANA corollis quinquefidis campaniformibus verticillatis, calycibus ſubſpathaceis. purpurea.
Gentiana corollis campaniformibus verticillatis, foliis imis petiolatis ellipticis. *Hall. helv.* 479.
Gentiana major purpurea. *Bauh. pin.* 187.
Gentiana major, flore purpureo. *Oed. dan. t.* 50.
Gentiana major alia. *Cam. epit.* 416.
Coilantha. *Reneal. ſpec.* 65.
*Habitat in alpibus* Helveticis, Pyrenæis, Norvegicis. ♃. In monte Mola Geneva. Corolla quinque- vel sex- & septemfida; stamina quinque, plerumque sex.
*Planta, quam ſub nomine* Gentianæ majoris luteæ, floribus punctis carentibus campanulæ forma C. B. 187. *meminit, hujus ſpecies erat, lecta a Burſero.*

3. GENTIANA corollis quinquefidis campanulatis punctatis verticillatis, calycibus quinquedentatis. punctata.
Gentiana major, flore punctato. *Bauh. pin.* 187.
*Habitat in* Helvetiæ, Sibiriæ, Auſtriæ, Stiriæ, Rhetiæ *alpinis.* ♃.
*Hujus varietatem legit Cl. Gmelinus in Sibiria foliis lineari-lanceolatis, Floribus terminalibus ternis, pedunculis propriis, corollis flavis punctis ſparſis purpuraſcentibus.*

4. GENTIANA corollis quinquefidis campanulatis oppoſitis ſeſſilibus, foliis amplexicaulibus. aſclepiadea.
Gentiana foliis ovato-lanceolatis, floribus campanulatis in alis ſeſſilibus. *Hall. helv.* 478.

 Gen-

Gentiana floribus lateralibus ſolitariis ſeſſilibus, corollis erectis. *Hort. cliff.* 80. *Roy. lugdb.* 432.
Gentiana aſclepiadis folio. *Bauh. pin.* 187.
Daſyſtephana. *Reneal. ſpec.* 67. *t.* 68.
*Habitat in alpibus* Helvetiæ, Pannoniæ, Mauritaniæ. ♃.
*Folia & Caulis cruciatim oppoſita; Calyces longitudine Corollæ.*

Pneumonanthe. 5. GENTIANA corollis quinquefidis campanulatis oppoſitis pedunculatis, foliis linearibus.
Gentiana floribus terminalibus raris, corollis erectis plicatis, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 80. *Fl. ſuec.* 202, 228. *Roy. lugdb.* 432. *Dalib. pariſ.* 81.
Gentiana anguſtifolia autumnalis major. *Bauh. pin.* 188.
Gentiana paluſtris anguſtifolia. *Bauh. pin.* 188.
Cyana. *Reneal. ſpec.* 69. *t.* 68.
*Habitat in* Europæ *paſcuis humidiuſculis.* ♃.

ſaponaria. 6. GENTIANA corollis quinquefidis campanulatis ventricoſis verticillatis, foliis trinerviis.
Gentiana floribus ventricoſis campanulatis erectis quinquefidis, foliis ovato-lanceolatis. *Gron. virg.* 29.
Gentiana major virginiana, floribus amplis ochroleucis. *Pluk. alm.* 165. *t.* 186. *f.* 1.
Gentiana virginiana, ſaponariæ folio, flore cæruleo longiore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 484. *ſ.* 12. *t.* 5. *f.* 4. *Catesb. car.* 1. *p.* 70. *t.* 70.
*Habitat in* Virginia. ♃.

villoſa. 7. GENTIANA corollis quinquefidis campanulatis ventricoſis, foliis villoſis.
Gentiana floribus ventricoſis campanulatis erectis quinquefidis, foliis oblongis acuminatis leviter villoſis. *Gron. virg.* 145.
*Habitat in* Virginia. ♃.

acaulis. 8. GENTIANA corolla quinquefida campanulata caulem excedente.
Gentiana corolla campanulata caulem longitudine excedente. *Hort. cliff.* 81. *Roy. lugdb.* 432. *Hall. helv.* 477. *Sauv. monſp.* 136.
Gentiana alpina latifolia, magno flore. *Bauh. pin.* 187. *prodr.* 97.
β. Gentiana alpina anguſtifolia, magno flore. *Bauh. pin.* 187.

Thy-

Thylacitis. *Reneal. ſpec.* 70. *t.* 68.
*Habitat in alpibus* Helveticis, Auſtriacis, Pyrenaicis. ♃.

9. GENTIANA corollis quinquefidis coronatis crenatis, pedunculo terminali longiſſimo dichotomo. exaltata.
Centaurium minus maritimum, amplo flore cæruleo. *Plum. ſpec.* 3. *ic.* 81. *f.* 1.
*Habitat in* America. ⊙.

* * *Corollis quinquefidis infundibuliformibus.*

10. GENTIANA corolla quinquefida infundibuliformi caulem excedente, foliis radicalibus confertis majoribus. verna.
Gentiana flore unico tubuloſo, foliis ad terram congeſtis acutis. *Hall. helv.* 476.
Gentiana alpina verna major. *Bauh. pin.* 188.
Gentianella verna minor. *Cluſ. hiſt.* 315.
Ericoila. *Reneal. ſpec.* 75. *t.* 68.
*Habitat in alpibus* Helvetiæ, Auſtriæ, Rhetiæ, Pyrenæis. ♃.

11. GENTIANA corolla quinquefida infundibuliformi ſerrata, foliis obtuſis. bavarica.
Gentiana foliis ovatis, caule unifloro, flore ſerrato. *Hall. helv.* 476
Gentiana caule unifloro, flore hypocrateriformi quinquefido: laciniis ſubrotundis crenatis. *Hort. cliff.* 81.
Gentianella elegantiſſima bavarica. *Cam. hort.* 65. *t.* 15. *f.* 2.
*Habitat in alpibus* Helvetiæ, Bavariæ, Sveviæ.

12. GENTIANA corollis quinquefidis infundibuliformibus acuminatiſſimis: fauce imberbi mutica, ramis oppoſitis. aurea.
Gentiana alpina pumila, flore aureo. *Barr. rar.* 3. *t.* 104. *f.* 1.
*Habitat in alpibus* Burdegalenſibus & Lapponiæ *Norvegicæ. D. C. Solander.* ⊙.
Caulis *erectus, ſpithamæus.* Rami *ad radicem plures, parvi, & laterales oppoſiti valde erecti.* Folia *Radicalia ovata, glabra, parva; Caulina ſimilia, majora, ſeſſilia, obtuſiuſcula.* Flores *terminales pauci in capitulum.* Calyces *anguſti, ſubpedunculati, in lacinias* 5 *ſubulatas diviſi.* Corollæ *infundibuliformes, tubo longitudine calycis; Limbo flavo: laci-*

*niis*

*niis* 5, *valde acuminatis*, *integerrimis*, *absque dentibus interjectis.*

nivalis. 13.* GENTIANA corollis quinquefidis infundibuliformibus, ramis unifloris alternis.
Gentiana corollis infundibuliformibus quinquedentatis, ramis alternis unifloris. *Fl. ſvec.* 204, 231.
Gentiana corolla infundibuliformi: denticulo laciniis interpoſito. *Fl. lapp.* 95. *
Gentiana humillima, caule ramoſo, tubo floris longiſſimo. *Hall. helv.* 475. *t.* 7. *f.* 5.
Gentiana alpina æſtiva, centaureæ minoris folio. *Bauh. pin.* 188.
Gentiana IX. *Oed. dan. t.* 17.
*Habitat in* Laponiæ, Helvetiæ, Pyrenæis *ſummis alpibus.* ☉.

aquatica. 14. GENTIANA corollis quinquefidis infundibuliformibus terminalibus ſeſſilibus, foliis margine membranaceis.
Gentiana foliis margine membranaceis baſi coadunatis. *Amœn. acad.* 2. *p.* 343.
Gentiana humilis aquatica verna. *Amm. ruth.* 4. *t.* 1. *f.* 1.
*Habitat in* Sibiria. *Amman.* ☉.

utriculoſa. 15.* GENTIANA corollis quinquefidis hypocrateriformibus, calycibus plicato-alatis. *Scop. carn.* 299.
Gentiana utriculis ventricoſis. *Bauh. pin.* 188.
Gentianella cærulea cordata. *Column. ecphr.* 220. *t.* 221.
Gentianella annua, azureo flore. *Barr. rar.* 18. *t.* 48.
*Habitat in Alpibus* Helvetiæ, Auſtriæ, Italiæ. ☉.

Exacoides. 16. GENTIANA corollis quinquefidis hypocrateriformibus, calycibus membranaceo-carinatis, caule dichotomo, foliis cordatis.
Centaurium perfoliatum, florum calyce membranaceo ventricoſo. *Burm. afr.* 208. *t.* 74. *f.* 5.
Centaurium luteum flore amplo, capſula quatuor alis membranaceis. *Pluk. alm.* 208. *t.* 275. *f.* 4. *Seb. muſ.* 1. *t.* 22. *f.* 1.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ☉.

Centaurium 17.* GENTIANA corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo.

Gen-

Gentiana foliis lineari-lanceolatis, caule dichotomo, corollis infundibuliformibus quinquefidis. *Hort. cliff.* 81. *Fl. ſvec.* 205, 232. *Mat. med.* 112. ſtylis ſimplicibus. *Vir. cliff.* 21. *Roy. lugdb.* 7. *Dalib. pariſ.* 31.
Centaurium minus. *Bauh. pin.* 278.
Erithræa. *Renealm. ſpec.* 77. *t.* 76.
β. Centaurium minus pumilum ramoſiſſimum. *It. œl.* 157. *Roſen. ſcan.* 10.
Centaurium minus paluſtre ramoſiſſimum, flore purpureo. *Vaill. pariſ.* 32. *t.* 6. *f.* 1.
*Habitat in* Europæ *apricis, præſertim maritimis.* ☉.
Centaurium paluſtre minimum, flore inaperto. *Vaill. pariſ.* 32. *t.* 6. *f.* 2. *vel huic affinis vel Sarothræ ſpecies ut D. Aymen.*

18. GENTIANA corollis quinquefidis infundibuliformibus, floribus alternis ſeſſilibus. ſpicata.
Gentiana corollis infundibuliformibus quinquefidis laxe ſpicatis, foliis lanceolatis. *Sauv. monſp.* 132.
Centaurium minus ſpicatum album. *Bauh. pin.* 278. *prodr.* 130. *t.* 130. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 353.
Centaurium minus album. *Tabern. ic.* 780.
β. Centaurium minus ſpicatum, flore rubello. *Tournef. inſt.* 122.
*Habitat in* Euganeis *&* Monſpelii, Italiæ *pratis humidis herboſis.* ☉.

19. GENTIANA corollis quinquefidis infundibuliformibus, floribus verticillatis, caule ſimpliciſſimo. verticillata.
Centaurium minus ad alas floridum. *Plum. ſpec.* 3. *ic.* 81. *f.* 2.
*Habitat in* America.

20. GENTIANA corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule acutangulo, foliis ovatis amplexicaulibus. quinquefolia.
*Habitat in* Penſylvania. *Kalm.*
Planta *magnitudine & ſtatura ſequentis.* Caulis *indiviſus, tetragonus angulis membranaceis.* Folia *ovata, ſeſſilia, amplexicaulia, trinervia, acuta.* Pedunculi *oppoſiti, apice ferentes* Flores *quinque, ſubpedicellatos.* Calyces *breviſſimi, anguſti.* Corollæ *infundibuliformes, ſubcærulea: limbo parvo, fauce pervia.*

aphylla. 21. GENTIANA corollis quinquefidis hypocrateriformibus, caule aphyllo. *Jacq. amer.* 17. *hiſt. t.* 60. *f.* 2.
*Habitat in* America.
*Planta minima filiformis vix ramoſa.*

Amarella. 22. GENTIANA corollis quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis.
Gentiana corollis hypocrateriformibus fauce barbatis. *Hort. cliff.* 81. *Fl. ſvec.* 203, 229. *Roy. lugdb.* 432. *Dalib. pariſ.* 81. *Mat. med.* 111.
Gentiana floribus confertis faucibus membranula laciniata clauſis, foliis ovato-acuminatis. *Guett. ſtamp.* 303.
Gentiana pratenſis, flore lanuginoſo. *Bauh. pin.* 188.
Gentiana autumnalis ramoſa. *Bauh. pin.* 188.
Opſantha. *Renal. ſpec.* 71.
*Habitat in* Europæ *pratis.* ⊙.

* * * *Corollis non quinquefidis.*

campeſtris. 23. GENTIANA corollis quadrifidis fauce barbatis.
Gentiana corolla hypocrateriformi tubo villis clauſo, calycis foliis alternis majoribus. *Fl. lapp.* 94. *Fl. ſvec.* 203. β. 230.
Gentiana purpurea minima. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 223. *t.* 221. *Barr. ic.* 97. *f.* 2.
Gentianella alpina verna minor. *Bauh. pin.* 188.
Eyrythalia. *Renealm. ſpec.* 72.
*Habitat in* Europæ *pratis ſiccis.* ⊙.
*Præcedenti nimis affinis & fere varietas aut hybrida.*

ciliata. 24.* GENTIANA corollis quadrifidis margine ciliatis.
Gentiana corollis hypocrateriformibus laciniis margine barbatis. *Hort. cliff.* 81.
Gentiana anguſtifolia autumnalis minor, floribus ad latera piloſis. *Bauh. pin.* 188.
Gentianella cærulea oris piloſis. *Bauh. pin.* 108.
Gentianella cærulea fimbriata anguſtifolia autumnalis. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 222 *t.* 221. *f.* 1.
*Habitat in* Helvetiæ, Italiæ, Canadæ *montibus.*

Cruciata. 25.* GENTIANA corollis quadrifidis imberbibus, floribus verticillatis ſeſſilibus.
Gentiana floribus confertis terminalibus, corollis quadrifidis imberbibus interjecto denticulo. *Hort. cliff.* 81. *Roy. lugdb.* 432. *Dalib. pariſ.* 80.

Gen-

Gentiana cruciata. *Baub. pin.* 188.
Gentiana minor. *Cam. epit.* 417.
Tretorrhiza. *Renealm. ſpec.* 74. *t.* 73.
*Habitat in* Pannoniæ, Apenninorum, Helvetiæ *montoſis apricis, ad vias, in ſterilibus.* ♃.
*Corollæ denticuli bifidi ſunt.*

26. GENTIANA corollis quadrifidis, floribus acaulibus, foliis ovatis. ſeſſilis.
Gentianoides flore luteo. *Fewill. peruv.* 3. *p.* 20. *t.* 14.
*Habitat in* Chilli.

27. GENTIANA corollis quadrifidis imberbibus, caule dichotomo filiformi. filiformis.
Gentiana corollis infundibuliformibus quadrifidis, pedunculis ternis, foliis linearibus. *Sauv. monſp.* 132.
Gentiana caule dichotomo, foliis lineari-lanceolatis, floribus infundibuliformibus quadrifidis longiſſime pedunculatis. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 305. *Dalib. pariſ.* 82.
Centaurium paluſtre luteum minimum. *Raj. hiſt.* 1092. *Vaill. pariſ.* 32. *t.* 6. *f.* 3.
Centaurium puſillum luteum. *C. B.* 278. *Magn. monſp.* 232.
*Habitat in* Gallia. ☉.

28.* GENTIANA corollis octifidis, foliis perfoliatis. *Læfl. hiſp.* 33. perfoliata.
Gentiana caule dichotomo, foliis connatis, corollis octifidis. *Hort. cliff.* 81. & 496. *Roy. lugdb.* 433. *Dalib. pariſ.* 82. *Sauv. monſp.* 136. *Læfl. it.* 133 *
Centaurium luteum perfoliatum. *Baub. pin.* 278. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 565. *ſ.* 5. *t.* 26. *f.* 1, 2.
Centaurium parvum, flore luteo. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 180.
Chlora. *Reneal. ſpec.* 80. *t.* 76.
*Habitat in* Gallia, Anglia, Hiſpania, Oriente. ☉.

Gentiana quadrifida foliis quaternis. app. 1641 In Europa australi.

## PHYLLIS.

1. PHYLLIS ſtipulis dentatis. *Roy. lugdb.* 92. nobla.
Phyllis. *Hort. cliff.* 87. *Hort. upſ.* 57.
Valerianella canarienſis fruteſcens Simpla nobla dicta. *Dill. elth.* 405. *t.* 299. *f.* 386.
Bupleuroides quæ Arbor umbellifera. *Walth. hort.* 11. *t.* 6.
*Habitat in* Canariis. ♄.

2. PHYL-

indica. 2. PHYLLIS ſtipulis integerrimis. *Roy. lugdb.* 92. †.
*Habitat in* India. ♄.
*Flores hujus mihi ignoti ſunt.*

## ERYNGIUM.

fœtidum. 1. ERYNGIUM foliis radicalibus ſubenſiformibus ſerratis; floralibus multifidis, caule dichotomo.
Eryngium foliis gladiatis utrinque laxe ſerratis: denticulis ſubulatis. *Gron. virg.* 30.
Eryngium fœtidum, foliis inferioribus anguſtis ſerratis; ſuperioribus laciniatis & aculeatis. *Brown. jam.* 185.
Eryngium americanum fœtidum. *Herm. lugdb.* 236. *t.* 237.
Eryngium, foliis anguſtis ſerratis, fœtidum. *Sloan. jam.* 127. *hiſt.* 1. *p.* 264. *t.* 156. *f.* 3, 4.
*Habitat in* Virginia, Jamaica, Mexico, Surinamo. ♃.
*Planta fœtida, antihyſterica, Serpentibus adverſa. Capitula cylindrica.*

aquaticum. 2. ERYNGIUM foliis gladiatis ſerrato-ſpinoſis: floralibus indiviſis, caule ſimplici.
Eryngium foliis gladiatis utrinque laxe ſerratis, denticulis ſubulatis. *Hort. cliff.* 88. *Roy. lugdb.* 529.
Eryngium foliis gladiatis utrinque laxe ſerratis: ſummis tantum dentatis ſubulatis. *Gron. virg.* 146.
Eryngium americanum, yuccæ folio, ſpinis ad oras molliuſculis. *Pluk alm.* 13. *t.* 175. *f.* 4. *Raj. ſuppl.* 239. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 167. *ſ.* 7. *t.* 37. *f.* 21.
Scorpii ſpina. *Hern. mex.* 222.
β. Eryngium lacuſtre virginianum, floribus, ex albido cæruleis, caule & foliis ranunculi flammei minoris. *Pluk. alm.* 137. *t.* 396. *f.* 3.
*Habitat in* Virginia. ♃.
*Facies & Folia Bromeliæ minoris, ſed hæc ciliata ſpinis capillaribus flexilibus mitibus. Paleæ Florum majores ſunt.*

planum. 3. ERYNGIUM foliis radicalibus ovalibus planis crenatis, capitulis pedunculatis. *Hort. cliff.* 87. *Hort. upſ.* 37. *Roy. lugdb.* 92. *Dalib. pariſ.* 83.
Eryngium latifolium planum. *Bauh. pin.* 87.
Eryngium pannonicum latifolium. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 158.
*Habitat in* Ruſſia, Polonia, Auſtria, Helvetia. ♃.

4. ERYN-

4. ERYNGIUM foliis radicalibus oblongis inciſis, caule dichotomo, capitulis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 87. *Roy. lugdb.* 93. putillum

Eryngium planum minus. *Baub. pin.* 386.

Eryngium puſillum planum moutoni. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 158.

*Habitat in* Hiſpania, Oriente.

5. ERYNGIUM foliis radicalibus ſubrotundis plicatis ſpinoſis, capitulis pedunculatis. *Hort. cliff.* 87. *Fl. ſvec.* 220, 233. *Roy. lugdb.* 93. maritimum.

Eryngium maritimum. *Baub. pin.* 386.

Eryngium marinum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 169. *Cam. epit.* 448.

*Habitat ad* Europæ *littora arenoſa maritima.*

6. ERYNGIUM foliis radicalibus cordatis oblongis, caulinis pinnatifidis, capitulis ſubcylindricis. alpinum.

Eryngium alpinum cæruleum, capitulis dipſaci. *Baub. pin.* 386.

Eryngium cæruleum genevenſe.

*Habitat in alpibus* Helvetiæ, Italiæ. ♃.

7. ERYNGIUM foliis radicalibus cordatis, caulinis palmatis auriculis retroflexis, paleis tricuſpidatis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 405. *. tricuſpidatum.

Eryngium foliis radicalibus ovatis crenatis petiolatis, capitulis pedunculatis. *Gron. orient.* 76.

Eryngium ſyriacum ramoſius, capitulis minoribus cæruleis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 166. *ſ.* 7. *t.* 37. *f.* 13.

Eryngium capitulis pſyllii. *Bocc. ſic.* 80.

*Habitat in* Hiſpania, Sicilia, Oriente. ♂.

8. ERYNGIUM foliis amplexicaulibus pinnato-laciniatis. *Hort. cliff.* 87. *Mat. med.* 114. *Roy. lugdb.* 93. campeſtre.

Eryngium vulgare. *Baub. pin.* 386.

Eryngium campeſtre vulgare. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 157.

*Habitat in* Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ, Italiæ *incultis.* ♃.

9. ERYNGIUM foliis trifidis baſi ſubpinnatis. amethyſtinum.

Eryngium montanum amethyſtinum. *Baub. pin.* 386. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 165. *ſ.* 7. *t.* 35. *f.* 2.

Eryngium totum cæruleum. *Beſl. eyſt.* o. 11. *t. f.* 4.

β. Eryngium minus trifidum hiſpanicum. *Barr. ic.* 36. *Bocc. muſ. t.* 71.

*Habitat in* Styriæ *montibus.* ♃.

*Folia linearia, ſemitrifida, inferne ſubpinnata. Involucrum baſi obvallatum ſetis ſubulatis interjectis.* Varietas β *minor, involucri foliolis trifidis diſtincta.*

## HYDROCOTYLE.

vulgaris. 1. HYDROCOTYLE foliis peltatis, umbellis quinquefloris.

Hydrocotyle foliis peltatis orbiculatis undique emarginatis. *Hort. cliff.* 88. *Fl. ſvec.* 221, 234. *Roy. lugdb.* 93. *Hall. helv.* 425. *Dalib. pariſ.* 83.

Ranunculus aquaticus, cotyledonis folio. *Bauh. pin.* 180.

Cotyledon aquatica. *Lob. ic.* 387.

*Habitat in* Europæ *inundatis.* ♃.

umbellata. 2. HYDROCOTYLE foliis peltatis, umbellis multifloris. *Brown. jam.* 185.

Hydrocotyle repens, flore albo, cotyledonis folio. *Gron. virg.* 30

Hydrocotyle maxima, folio umbilicato, floribus in umbellam naſcentibus. *Plum. ſpec.* 7. ?

Cotyledon aquatica. *Sloan. jam.* 93. *hiſt.* 1. *p.* 212.

Erva de capitaon. *Marcgr. braſ.* 27.

Acaricoba. *Piſ. braſ.* 90.

*Habitat in* America.

*Planta ſimillima præcedenti, hinc cum ea mixta; differt ſcapo foliis duplo longiore, floſculis non* 5, *ſed pluribus quam viginti, in umbellam ſimplicem digeſtis.*

americana. 3. HYDROCOTYLE foliis reniformibus ſublobatis crenatis. *Læfl. it.* 281.

*Habitat in* America *ſeptentrionali & meridionali.*

Plantæ *facies primæ & magnitudo.* Folia *antice ſinu vix hiante ad centrum uſque diſſecta, margine in* 9 *lobos obſoletos diviſa, quorum ſinguli tribus crenis minoribus notata. Umbella quinqueflora.*

aſiatica. 4. HYDROCOTYLE foliis reniformibus æqualiter crenatis. *Hort. cliff.* 88. *Fl. zeyl.* 118. *Roy. lugdb.* 94.

Valerianella zeylanica paluſtris repens, hederæ terreſtris folio. *Herm. par.* 238. *t.* 238.

Ranunculo affinis umbelliferis accedens, chelidonii minoris folio, zeylanica minor. *Pluk. alm.* 314. *t.* 106. *f.* 5.

Pes equinus. *Rumph. amb.* 5. *p.* 455 *t.* 169. *f.* 1.
Codagam. *Rheed. mal.* 10. *p.* 91 *t.* 46.
*Habitat in* India.
*Differt a præcedente marginis denticulis ſ. crenis æqualibus, conſiſtentia foliorum duplo craſſiore & fere incana; petiolis pluribus ad genicula caulis, cum in præcedente folia ſolitaria.*

5. HYDROCOTYLE foliis linearibus, umbellis multifloris. chinenſis.
*Habitat in* China.
*Magnitudo præcedentium; Caulis repens.* Folia *linearia, lævia, obtuſa, plana, ſæpius bina ad articulos. Scapi longitudine folii. Umbella multiflora.*

## SANICULA.

1. SANICULA foliis radicalibus ſimplicibus, floſculis omnibus ſeſſilibus. *Fl. ſuec.* 222, 235. *Mat. med.* 115. europæa.
Sanicula floſculis omnibus ſeſſilibus. *Gron. virg.* 147.
Sanicula. *Hort. cliff.* 88. *Roy. lugdb.* 93.
Sanicula officinarum. *Bauh. pin.* 319.
Diapenſia. *Cam. epit.* 763.
*Habitat in* Europæ *ſylvis montoſis.* ♃.

2. SANICULA foliis radicalibus compoſitis: foliolis ovatis. *Gron. virg.* 146. canadenſis.
Sanicula canadenſis, ampliſſimo laciniato folio. *Tournef. inſt.* 326.
*Habitat in* Virginia. ♃.
Structura *ita præcedentis, ut vix differentia, ſed planta decuplo ſæpe omnibus partibus major.*

3. SANICULA floſculis maſculis pedunculatis, hermaphroditis ſeſſilibus. *Gron. virg.* 31. marilandica.
Sanicula foliis ſeptilobatis inæqualibus, floſculis maſculis pedunculatis. *Hort. upſ.* 57.
Sanicula marilandica, caule & ramulis dichotomis, echinis minimis in eodem communi pediculo ternis. *Raj. ſuppl.* 260.
*Habitat in* Marilandia, Virginia. ♃.

## ASTRANTIA.

1. ASTRANTIA foliis quinquelobis: lobis trifidis. *Hall. helv.* 439. major.

Aſtrantia. *Hort. cliff.* 88.
Helleborus niger, ſaniculæ folio. *Bauh. pin.* 186.
Veratrum nigrum. *Dod. pempt.* 387.
*Habitat in alpibus* Helvetiæ, Hetruriæ, Bohemiæ, Pyrenæis. ♃.

minor. 2. ASTRANTIA foliis digitatis ſerratis.
Aſtrantia foliis digitatis ſeptenis integris dentatis. *Hall. helv.* 440.
Helleborus, ſaniculæ folio, minor. *Bauh. pin.* 186. *prodr.* 97. *Raj. hiſt.* 475.
Helleborus minimus alpinus, aſtrantiæ flore. *Bocc. ſic.* 10. *t.* 6.
*Habitat in Alpibus* Helvetiæ, Hetruriæ, Pyrenæis. ♃.

## BUPLEURUM.

* *Herbacea.*

rotundifolium. 1. BUPLEURUM involucris univerſalibus nullis, foliis perfoliatis. *Hort. upſ.* 64. *Mat. med.* 136.
Bupleurum foliis ovatis perfoliatis. *Hort. cliff.* 104. *Roy. lugdb.* 109. *Hall. helv.* 437.
Perfoliata vulgatiſſima arvenſis. *Bauh. pin.* 277.
Perfoliata. *Dod. pempt.* 104.
β. Perfoliata minor, ramis inflexis. *Bauh. pin.* 277. *prodr.* 130.
Perfoliata flore multiplici. *Bauh. pin.* 277.
Perfoliata criſpa ſ. muſcoſa. *Cam. hort. t.* 37.
*Habitat inter* Europæ *auſtralis ſegetes.* ⊙.

ſtellatum. 2. BUPLEURUM involucellis coadunatis, univerſali triphyllo.
Bupleurum alpinum, anguſtis nervoſis foliis, calyce univerſali leviter inciſo. *Hall. helv.* 438. *t.* 10.
Perfoliata alpina anguſtifolia media. *Bauh. pin.* 277. *prodr.* 129. *Burſ. VI:* 5.
*Habitat in alpibus* Helveticis.
Folia *radicalia linearia; ſumma ovata, lanceolata, ſeſſilia;* involucri *univerſalis foliola ovata, æqualia: partialis* 5, *coalita ultra medium.*

petræum. 3. BUPLEURUM involucellis coadunatis, univerſali pentaphyllo.
Bupleurum foliis anguſtis & nervoſis, umbella univerſali quinquefolia, peculiari ſexfida ſtellata. *Hall. helv.* 438.
Perfoliata alpina, gramineo folio. *Bauh. pin.* 277.

*Ha-*

Sedum petræum, bupleuri folio. *Pon. bald.* 247.
*Habitat in alpibus* Helvetiæ, Baldi. ♃.
Folia *linearia*, *ſeſſilia.* Involucri *univerſalis foliola* 5, *æqualia*, *latiora*; *partialium* 5, *coalita ad medium.*

4. BUPLEURUM involucellis pentaphyllis orbiculatis, univerſali triphyllo ovato, foliis amplexicaulibus cordato-lanceolatis. angulosum.
Perfoliata alpina anguſtifolia major, folio anguloſo. *Bauh. pin.* 277. *prodr.* 129. *Burſ. VI*: 4.
β. Perfoliata alpina anguſtifolia minor. *Bauh. pin.* 277. *prodr.* 129. *Burſ. VI*: 6.
*Habitat in* Pyrenæis. β. *in* Valleſiæ *alpibus.* ♃.
Planta *affinis maxime* 2, *uti patuit ex Burſeri collectione*, *licet involucri partialis foliola in hac diſtincta. In varietate* β. *folia anguſtiſſima ſtriata*, *in* α. *vero lanceolata*, *nec nervoſo-ſtriata.*

5.* BUPLEURUM involucellis pentaphyllis ovatis: univerſali ſubpentaphyllo, foliis amplexicaulibus. longifolium
Bupleurum foliis imis petiolatis, ſuperioribus ovatis perfoliatis. *Hall. helv.* 437.
Perfoliata montana latifolia. *Bauh. pin.* 277.
Perfoliata montana. *Cam. hort.* 120. *t.* 38.
*Habitat* Gœttingæ, *inque monte Jura* Helvetiæ.
Folia *ovata*, *profunde amplexicaulia*: *radicalia petiolata*; *Involucr. univerſ.* 3. *vel pentaphyllum*; *partiale pentaphyllum*, *longitudine floſculorum.*

6.* BUPLEURUM involucellis pentaphyllis acutis, univerſali ſubpentaphyllo, foliis lanceolatis, caule flexuoſo. falcatum.
Bupleurum foliis radicalibus pedunculatis: ſummo ſubrotundo, caulinis linearibus ſeſſilibus. *Guett. ſtamp.* 59.
Bupleurum foliis petiolatis falcato-ellipticis acutis. *Hall. helv.* 439.
Bupleurum folio ſubrotundo ſ. vulgatiſſimum. *Bauh. pin.* 278.
Bupleurum. *Riv. pent.* 44.
Auricula leporis umbella lutea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 200. *f.* 1.
Iſophyllum. *Cord. hiſt.* 69.
*Habitat in* Miſniæ, Valleſiæ *ſepibus.* ♃.
Involucrum *univerſale pentaphyllum*, *ſæpe diphyllum*, *inæquale*; *partiale pentaphyllum*, *mucronatum. Umbellæ parvæ.* Caulis *altus flexuoſus.*

odontites. 7. BUPLEURUM involucellis pentaphyllis acutis; univerſali triphyllo, floſculo centrali altiore, ramis divaricatis.
Bupleurum foliis gramineis, calyce peculiari quinquefido ariſtato rigido. *Hall. helv.* 438.
Perfoliata minor anguſtifolia, bupleuri folio. *Bauh. pin.* 277.
Perfoliata minima, bupleuri folio. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 84. *t.* 247.
*Habitat in alpibus* Valleſiæ; *in* Italiæ *rupibus, vineis.* ⊙.
Folia *lineari-lanceolata.* Caulis *ramoſiſſimus, angulatus, divaricatus ramis baſi nodoſis.* Involucrum *univerſ. ſubpentaphyllum: foliolis latioribus rigidis venoſis acutis;* partiale *pentaphyllum ſimile;* floſculi 9: *intermedii petiolus duplo altior.*

ſemicompoſitum. 8. BUPLEURUM umbellis compoſitis ſimulque ſimſimplicibus. *Amœn. acad.* 3. *p.* 405. *.
*Habitat in* Hiſpania. ⊙.
*Affine B. Odontiti, vix tamen pro varietate aſſumendum.*

ranunculoides. 9. BUPLEURUM involucellis pentaphyllis lanceolatis longioribus: univerſali triphyllo, foliis caulinis lanceolatis.
Bupleurum foliis amplexicaulibus, inferioribus linearibus, ſummo cordato-oblongo. *Hort. cliff.* 104. *Hall. helv.* 437. *Roy. lugdb.* 110.
Perfoliata alpina anguſtifolia minima. *Bauh. pin.* 277. *prodr.* 130. *Burſ. XVI:* 8.
Perfoliatum gramineum helveticum alpinum pumilum facie ranunculi. *Lob. illuſtr.* 137. *Park. theatr.* 335. *t.* 338.
*Habitat in* Helvetia, & Pyrenæis. ♃.
*Folia Radicalia linearia, acuta; Caulina lanceolata, ſeſſilia.*

rigidum. 10. BUPLEURUM caule dichotomo ſubnudo, involucris minimis acutis.
Bupleurum foliis lanceolatis rigidis: radicalibus obtuſis, caulinis acutis. *Roy. lugdb.* 110. *Sauv. monſp.* 76.
Bupleurum folio rigido. *Bauh. pin.* 278.
Bupleurum alterum latifolium. *Dod. pempt.* 633.
*Habitat* Monſpelii. ♃.

Fo-

Folia *Radicalia lato-lanceolata, nervoſa, rigida.* Caulis *dichotomus, ſubnudus: foliolis minutiſſimis, linearibus, acutis.* Umbellæ *terminales, bi-ſ. trifidæ, totidem foliolis aceroſis. Umbellulæ parvæ, ſexfloræ.*

11. BUPLEURUM umbellis ſimplicibus alternis pentaphyllis ſubtrifloris. tenuiſſimum

Bupleurum foliis linearibus acutis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 104. *Roy. lugdb.* 110.

Bupleurum tertium minimum. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 85. *t.* 247. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 300. *ſ.* 9. *t.* 14. *f.* 4.

Bupleurum anguſtiſſimo folio. *Baub. pin.* 278.

*Habitat in* Germania, Anglia, Gallia, Italia. ☉.

Caulis *ramoſiſſimus; Ramis alternis.* Folia *linearia, acuta.* Umbellulæ *axillares, parvæ.*

12. BUPLEURUM caule erecto paniculato, foliis linearibus, involucris triphyllis, involucellis pentaphyllis. junceum.

Bupleurum annuum anguſtifolium. *Magn. monſp.* 42. *Allion. nic.* 192.

Bupleurum minus anguſtifolium monſpelienſe. *Raj. hiſt.* 474.

Bupleurum anguſtifolium. *Dod. pempt.* 474.

*Habitat in* Gallia, Italia. ☉.

Caulis *ſexpedalis, junceus, lævis: Ramis alternis, erectis.* Folia *graminea, bifaria, lævia, lacteſcentia.* Involucrum *lanceolatum, longitudine umbellæ.* Involucella *minora.* Umbella *radiis* 4: umbellula 5. *ſ.* 6. *floſculis luteis.*

* * *Fruteſcentia.*

13. BUPLEURUM fruteſcens, foliis amplexicaulibus dentatis ſubtus villoſis. villoſum

Perfoliata foliis oblongis ſinuoſis ſubtus incanis. *Burm. afr.* 196. *t.* 71. *f.* 2.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

14. BUPLEURUM fruteſcens, foliis obovatis integerrimis. fruticoſum.

Bupleurum, foliis obverſe ovatis in petiolum attenuatis. *Hort. cliff.* 104. *Roy. lugdb.* 109. *Sauv. monſp.* 60. *Gron. orient.* 77.

Seſeli æthiopicum, ſalicis folio. *Baub. pin.* 161.

Seſeli æthiopicum, frutex. *Dod. pempt.* 312.
*Habitat in* Galliæ *auſtralis* & Orientis *ſaxoſis maritimis.* ♄.

Fruticeſcens 15. BUPLEURUM fruteſcens, foliis linearibus, involucro univerſali partialique. *Amœn. acad.* 4. *p.* 269.*. *Lœfl. it.* 134. *
Bupleurum hiſpanicum arboreſcens, gramineo folio. *Tournef. inſt.* 310.
Bupleurum fruticans anguſtifolium hiſpanicum. *Barr. rar.* 623. *t.* 1255.
*Habitat in* Hiſpaniæ *collibus.* ♄.

difforme. 16. BUPLEURUM fruteſcens, foliis vernalibus decompoſitis planis inciſis, æſtivalibus filiformibus angulatis trifidis.
Bupleurum foliis radicalibus pinnato-inciſis, caulinis faſciculatis tetragonis. *Roy. lugdb.* 110.
Bupleurum fruteſcens, foliis ex uno puncto plurimis junceis tetragonis. *Burm. afr.* 195. *t.* 71. *f.* 1?
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
Folia *hyemalia Petroſelini*, *æſtivalia Spartii.* Involucrum *foliolis ſubulatis*, *pluribus*, *baſi connexis*, *marceſcentibus*; *involucella foliolis quinis*,

## ECHINOPHORA.

ſpinoſa. 1. ECHINOPHORA foliolis ſubulato-ſpinoſis integerrimis.
Echinophora foliis decompoſitis. *Wach. ultr.* 200.
Caucalis caule lignoſo, foliolis ſubulato-ſpinoſis integerrimis. *Roy. lugdb.* 96. *Sauv. monſp* 258.
Crithmum maritimum ſpinoſum. *Bauh. pin.* 288.
Crithmum ſpinoſum. *Dod. pempt.* 705.
*Habitat ad litora maris*, *præſertim* mediterranei. ♃.

tenuifolia. 2. ECHINOPHORA foliolis inciſis inermibus.
Echinophora foliis ſupradecompoſitis. *Wach. ultr.* 200.
Caucalis caule lignoſo, foliis inciſis. *Roy. lugdb.* 96.
Paſtinacha ſylveſtris anguſtifolia, fructu echinato. *Bauh. pin.* 151.
Paſtinaca echinophora apula. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 98. *t.* 101
*Habitat in* Apuliæ *maritimis apricis*, *ſalſis.* ♃.

TOR-

## TORDYLIUM.

1\. TORDYLIUM involucris umbella longioribus. *Hort. cliff.* 90. *Hort. upſ.* 58. *Roy. lugdb.* 95. *Sauv. meth.* 230. *Gron. orient.* 78. ſyriacum.

Tordylium ſyriacum humilius, ſemine granulato majore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 317. *ſ.* 9. *t.* 16. *f.* 7.

Gingidium foliis paſtinacæ latifoliæ. *Baub. pin.* 151.

*Habitat in* Syria. ☉.

2\. TORDYLIUM involucris partialibus longitudine florum, foliolis ovatis laciniatis. *Hort. cliff.* 90. *Hort. upſ.* 58. *Roy. lugdb.* 95. *Mat. med.* 145. *Sauv. monſp.* 230. officinale.

Seſeli creticum minus. *Bauh. pin.* 161.

Seſeli creticum. *Dod. pempt.* 314.

*Habitat in* Narbona, Italia, Sicilia. ☉.

3\. TORDYLIUM umbellulis remotis, foliis pinnatis: pinnis ſubrotundis laciniatis. *Hort. cliff.* 90. *Roy. lugdb.* 94. apulum.

Tordylium apulum minimum. *Column. ecphr.* 1. *p.* 122. *t.* 124.

Seſeli creticum minimum. *Bauh. pin.* 161.

*Habitat in* Italiæ, Apuliæ *incultis.*

*Umbellulæ ſingulæ floſculi marginales tres majores ſ. radiati.*

4\. TORDYLIUM umbellis confertis radiatis, foliolis lanceolatis inciſo-ſerratis. *Hort. cliff.* 90. *Roy. lugdb.* 94. *Sauv. monſp.* 230, 259. maximum.

Tordylium. *Riv. pent.* 1.

Caucalis maxima, ſphondylii aculeato ſemine. *Bauh. pin.* 152.

Caucalis major. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 101.

Seſeli creticum majus. *Bauh. pin.* 161.

*Habitat in* Italiæ *ruderatis ſepibus.*

5\. TORDYLIUM umbellis confertis nudiuſculis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis inciſo-ſerratis. *Mill. dict. t.* 8. latifolium.

Caucalis umbella univerſali trifida: partialibus pentaſpermis, foliis pinnatis ſerratis. *Hort. cliff.* 91. *Roy. lugdb.* 95. *Dalib. pariſ.* 84. *Sauv. monſp.* 236. *Gron. orient.* 80.

Caucalis arvenſis echinata latifolia. *Baub. pin.* 152.

Lappula canaria latifolia. *Bauh. hiſt* 3. *p.* 81.
*Habitat in* Gallia, Italia, Oriente *inter ſegetes.* ☉.

Anthriſcus. 6. TORDYLIUM umbellis confertis, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis. *Hort. cliff.* 90. *Fl. ſvec.* 224, 236. *Roy. lugdb.* 94.
Caucalis umbella conferta, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 81.
Caucalis ſemine aſpero, floſculis rubentibus. *Bauh. pin.* 152. *prodr.* 80.
Caucalis minor, flore rubente. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 308. *ſ.* 9. *t.* 14. *f.* 8.
*Habitat in* Europæ *ſeptentrionalis arvis ruderatis.* ♂

nodoſum. 7. TORDYLIUM umbellis ſimplicibus ſeſſilibus, ſeminibus exterioribus hiſpidis.
Caucalis umbellis ſeſſilibus ſimplicibus. *Hort. upſ.* 58. *Hort. cliff.* 91 *Roy. lugdb.* 95. *Dalib. pariſ.* 85.
Caucalis nodoſa, echinato ſemine. *Bauh. pin.* 153. *prodr.* 80. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 83.
*Habitat in* Gallia, Italia *ad vias.* ☉.

## CAUCALIS.

grandiflora. 1. CAUCALIS involucris pentaphyllis: foliolo unico duplo majore. *Hort. cliff.* 91. *Roy. lugdb.* 95. *Sauv. monſp.* 255.
Caucalis involucro univerſali pinnatifido, partialibus indiviſis, umbella multifida. *Fl. ſvec.* 225. *Dalib. pariſ.* 84.
Caucalis arvenſis echinata, magno flore. *Bauh. pin.* 152.
Echinophora flore magno. *Riv. pent.* 25.
Echinophora pycnocarpos. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 91. *t.* 94.
*Habitat in* Europa *auſtraliori inter ſegetes.*

daucoides. 2. CAUCALIS involucro univerſali longitudine umbellæ lanceolato
Caucalis dauci ſylveſtris folio, echinato magno fructu. *Magn. monſp.* 292.
*Habitat* Monſpelii *D. Sauvages.*
Folia *ſupradecompoſita Dauci vulgaris.* Involucrum *univerſale pentaphyllum: foliolis lanceolatis, longitudine totius umbellæ, acuminatis.* Involucra *partialia lato-lanceolata, lateribus membranacea, acuta.*

Flo-

Floſculi *copioſi albi: hermaphroditi 3 in radio; floſculis diſci, ſ. maſculis parvis, æqualibus; radii floſculis petalis maximis bipartitis albis. In præcedente involucrum umbella dimidio brevius & radii petala rotundiora.*

3. CAUCALIS involucro univerſali monophyllo, partialibus triphyllis. *Mœhr. E. N. C.* 1742. *vol.* 6. *p.* 401. †. mauritanica

Caucalis mauritanica vulgari ſimilis, ſed ſemine majore. *Walth. hort.* 127.

*Habitat in* Mauritania.

4. CAUCALIS umbellis trifidis umbellulis triſpermis, involucris triphyllis. *Hort. cliff.* 91. *Hort. upſ.* 58. *Roy. lugdb.* 95. *Sauv. monſp.* 258. platycarpos.

Caucalis monſpelica echinata, magno fructu. *Bauh. pin.* 153.

Echinophora altera aſperior platycarpos. *Col. ecphr.* 1. *p.* 95. *t.* 94.

*Habitat in* Italia, Monſpelii. ☉.

5. CAUCALIS umbellis patentibus, foliolis partialibus ſupradecompoſitis laciniatis: laciniulis linearibus. *Roy. lugdb.* 95. orientalis.

Caucalis orientalis altiſſima, folio ferulæ. *Tournef. cor.* 23.

*Habitat in* Oriente. ♂.

6. CAUCALIS ſeminum aculeis triglochidibus uncinatis: pilis verticillatis hiſpidis. *Guett. ſtamp.* 80. *Dalib. pariſ.* 85. leptophylla.

Caucalis involucro univerſali monophyllo, laciniis foliorum peranguſtis. *Hall. helv.* 448.

Caucalis arvenſis echinata, parvo flore & fructu. *Bauh. pin.* 152.

~~Echinophora tertia leptophyllon purpurea. *Column. ecphr.* 1. *p.* 96. *t.* 97.~~

*Habitat in* Gallia, Italia, Anglia. ♂.

## ARTEDIA.

1. ARTEDIA ſeminibus ſquamatis. *Hort. cliff.* 89. *Hort. upſ.* 58. *Roy. lugdb.* 96. *Gron. orient.* 81. ſquamata.

Thapſia orientalis, anethi folio, ſemine eleganter crenato. *Tournef. cor.* 22. *itin.* 3. *p.* 298. *.

Gin-

Gingidium fœniculi folio. *Baub. pin.* 151. *Raj. hiſt.* 443. 466.
Gingidium rauwolffii. *Cam. hort.* 67. *t.* 16.
*Habitat in* Libano. ☉.

## DAUCUS.

Carota. 1. DAUCUS ſeminibus hiſpidis, petiolis ſubtus nervoſis. *Hort. cliff.* 89. *Hort. upſ.* 59. *Fl. ſvec.* 223, 237. *Mat. med.* 142. *Roy. lugdb.* 97. *Gron. virg.* 31. *Dalib. pariſ.* 85.
Daucus vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 198.
Paſtinaca tenuifolia ſylveſtris dioſcoridis. *Baub. pin.* 151.
β. Paſtinaca tenuifolia ſativa, radice lutea. *Baub. pin.* 151.
γ. Daucus ſativus, radice atrorubente. *Tournef. inſt.* 307.
*Habitat in* Europæ *campis exaridis.* ♂.

mauritanicus. 2. DAUCUS ſeminibus hiſpidis, floſculo centrali ſterili carnoſo, receptaculo communi hemiſphærico.
Daucus hiſpanicus, umbella magna. *Tournef. inſt.* 308.
Paſtinaca tenuifolia ſylveſtris, umbella majore. *Baub. pin.* 151?
*Habitat in* Hiſpania, Italia, Mauritania. ☉.
*Similis D. Carotæ, ſed* Umbella *amplior; univerſalis non ad baſin diviſa, verum ipſa baſi hemiſphærico-ſolida. Umbellæ in centro floſculus ſterilis, carnoſus, atropurpureus, reliquis longe major.* Foliorum *petioli ſtriati nervis albis.* Caulis *magis hirtus.*

Viſnaga. 3. DAUCUS ſeminibus nudis. *Hort. cliff.* 89. *Roy. lugdb.* 97. *Sauv. monſp.* 257. *Gron. orient.* 83.
Gingidium umbella oblonga. *Baub. pin.* 151.
Gingidium alterum. *Dod. pempt.* 792.
*Habitat in* Europa *auſtrali*, Mauritania, Libano.

Gingidium. 4. DAUCUS radiis involucri planis: laciniis recurvis. *Roy. lugdb.* 97.
Daucus montanus lucidus. *Tournef. inſt.* 307.
Gingidium folio chærophylli. *Baub. pin.* 151.
Gingidium. *Matth. comm.* 372. *t.* 373.
Paſtinaca tenuifolia marina, foliis obſcure virentibus & quaſi lucidis. *Magn. monſp.* 199.
Paſtinaca folio œnanthes. *Bocc. ſic.* 74.
*Habitat* Monſpelii.

5. DAU-

5. DAUCUS ſeminibus aculeatis. *muricatus.*
Artedia *muricata* ſeminibus aculeatis. *Hort. cliff.* 89. *Sp. pl.* 1. *p.* 242.
Caucalis major daucoides tingitana. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 308. *ſ.* 9. *t.* 14. *f.* 4. *Raj. hiſt.* 469. *Herm. par.* 111. *t.* 111.
Echinophora tingitana. *Riv. pent.* 27.
β. Caucalis pumila maritima. *Bauh. pin.* 153. *maritimus.*
Lappula canaria ſ. Caucalis maritima. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 81.
*Habitat in* Mauritania. β *in littoribus maris* Mediterranei. ♂. ⊙.
Simillimus *D. Carotæ Caule, Foliis, Involucris, Involucellis, Umbella per maturitatem contracta*; Floſculi *umbellularum* 3. *ſ.* 5 *fertilibus, reliquis ſterilibus*; *Flores non radiati.* Semina *criſtis* 4, *longitudinalibus, valde dentatis, ante maturitatem rubris glochidibus.*

## AMMI.

1. Ammi foliis inferioribus pinnatis lanceolatis ſerratis, ſuperioribus multifidis linearibus. *Hort. upſ.* 59. majus.
Ammi laciniis foliorum caulis lanceolatis. *Hort. cliff.* 89. *Roy. lugdb.* 96. *Sauv. monſp.* 232.
Ammi majus. *Bauh. pin.* 159.
Ammi vulgare. *Dod. pempt.* 415.
*Habitat in* Europæ *auſtralis*, Orientis *vineis, arvis.*

2. AMMI foliorum omnium lacinulis lanceolatis. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 433. *. †. glaucifolium.
Ammi petræum glaucifolium perenne. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 295.
Daucus petræus glaucifolius. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 58.
*Habitat in* Gallia. ♃.

## BUNIUM.

1. BUNIUM. *Hort. cliff.* 91. *Roy. lugdb.* 107. Bulbocaſtanum.
Bunium bulbo globoſo. *Sauv. monſp.* 256.
Bulbocaſtanum majus, folio apii. *Bauh. pin.* 162.
Nucula terreſtris. *Lob. hiſt.* 429.
*Habitat in* Germaniæ, Angliæ, Galliæ *ſaxoſis.*

## CONIUM.

1. CONIUM ſeminibus ſtriatis. *Hort. cliff.* 92. *Fl. ſvec.* 226, 238. *Roy. lugdb.* 107. maculatum.

Cicu-

Cicuta major. *Bauh. pin.* 160.
Cicutaria major vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 200.
*Habitat in* Europæ *cultis, agris, ruderatis.* ♂.

africanum. 2. CONIUM ſeminibus aculeatis. *Hort. cliff.* 92. * *Roy lugdb.* 107.
Caucalis africana, folio minore rutæ. *Bœrb. lugdb.* 1. *p.* 63. *t.* 63.
*Habitat in* Africa. ⊙.
Planta *glauca ut Seſeli, foliis Fumariæ.* Umbella *quadrifida: involucro lanceolato, brevi, margine membranaceo: Umbellulæ multifloræ: involucellis pentaphyllis, brevibus, acutis.* Petala *alba, æqualia, intus carinata, non emarginata. Floſculi nonnulli maſculi.* Semina *oblonga, muricata, magis gibba quam lata, ſtylis perſiſtentibus.*

Royeni. 3. CONIUM ſeminibus radiato ſpinoſis. *Roy. lugb.* 107.
*Habitat* - - - - -

## SELINUM.

ſylveſtre. 1. SELINUM radice fuſiformi multiplici. *Hort. cliff.* 93. *Hort. upſ.* 59. *Roy. lugdb.* 106.
Apium ſylveſtre, lacteo ſucco turgens. *Bauh. pin.* 153.
Tyſſelinm plinii. *Lob. hiſt.* 409. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 319. *ſ.* 9. *t.* 17. *f.* 2.
*Habitat in* Harcynia, Gallia. ♃.

paluſtre. 2. SELINUM ſublacteſcens, radice unica. *Hall. helv.* 443.
Selinum foliolis & lacinulis oblongo-linearibus. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 70.
Selinum paluſtre lacteſcens. *Fl. lapp.* 110. *Fl. ſvec.* 227, 239 *Hort. cliff.* 92. *Roy. lugdb.* 116.
Seſeli paluſtre lacteſcens. *Bauh. pin.* 162. *prodr.* 85.
*Habitat in* Europæ *ſeptentrionalis paludibus.* ♃.

Carvifolia. 3. SELINUM caule ſulcato acutangulo, involucro univerſali caduco, piſtillis fructus reflexis.
Selinum foliolis pinnatim laciniatis. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 204. *t.* 48.
Angelica tenuifolia. *Riv. pent.* *Rupp. jen.* 277. *Dill. giſſ.* 137. *
Caruifolia. *Bauh. pin.* 158.

*Ha-*

*Habitat in* Sibiriæ *campis a Jacco ad Obium, in* Germania. ♃.

Caules *multi, erecti, tripedales, ſulcati angulis acutis.* Folia *ſupradecompoſita: foliolis pinnatifidis, mucronatis.* Pedunculus *ſub umbella fere criſpatus.* Involucrum univerſale *deciduum.* Petala *alba, non ſubtus rubra.* Semina *medio 3 ſulcis, Stylis longis reflexis.*

4. SELINUM umbellis confertis, involucro univerſali reflexo, ſeminum coſtis quinque membranaceis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 269. *. monnieri.

*Habitat in* Gallia *auſtrali.* ⊙.

*Laſerpitii ſtructura in Seminibus; ſed habitus & reliqua Selini.*

## ATHAMANTA.

1.* ATHAMANTA foliis bipinnatis planis, umbellis hemiſphæricis, ſeminibus hirſutis. *Fl. ſvec.* 229, 240. * Libanotis.

Libanotis pinnulis circa coſtam decuſſatis. *Hall. helv.* 451. *opuſc.* 250.

Libanotis minor, apii folio, minor. *Bauh. pin.* 157. *prodr.* 77.

Daucus montanus, pimpinellæ ſaxifragæ hircinæ folio. *Pluk. alm.* 129. *t.* 173. *f.* 1.

*Habitat in* Sveciæ, Germaniæ *pratis ſiccis apricis.* ♃.

2. ATHAMANTA foliis ſubbipinnatis: foliolis deorſum imbricatis, umbellis lenticularibus. condenſata.

*Habitat in* Sibiria. ♃.

Radix *perennis.* Caulis *ſimplex, pedalis, lævis, inferne angulatus, ſuperne ſulcatus, præſertim pedunculo.* Rami *duo vel tres, floriferi, ex ſummis alis foliorum.* Petioli *canaliculati, baſi membranacei, ſubtus angulati.* Folia *ſubbipinnata, foliolis alternatim pinnatifidis lobo infimo majore, unde quaſi cruciatæ evadunt: oppoſitiones ad baſin & inferior lacinia ſe extendit ſupra folium inferius; ſubtus nitida.* Umbella *denſiſſima, utrinque convexa, antequam floret ruſeſcens, flores tamen albi, exceptis antheris fuſcis.* Petala *inflexa.* Involucrum *Univerſale ſæpe deficit & tantum rudimenta oſtendit.* Partiale *longitudine florum.* Foliola *ſunt imbricata, nec remota.* Germina *villoſa, nec hirta.* Antheræ & *receptacula floſculorum purpurea.*

3. A-

Cervaria. 3. ATHAMANTA foliolis pinnatis decuſſatis inciſo-angulatis, ſeminibus nudis.
Athamanta foliis pinnatis pinnatifidis: radicalibus decuſſatis *Gmel. ſibir.* 2. *p.* 186.
Selinum foliis radicalibus ovatis inæqualiter ſerratis. *Hort. cliff.* 92. *Hort. upſ.* 59.
Daucus montanus, apii folio, major. *Bauh. pin.* 150.
Dauci tertium genus. *Fuch. hiſt.* 233.
Cervaria. *Riv. pent.* 12.
β. Selinum foliis ſimpliciter pinnatis inciſo-angulatis. *Hort. upſ.* 60. *. *Sp. pl.* 1. *p.* 244.
*Habitat in* Helvetiæ, Auſtriæ, Alſatiæ, Gallo-provinciæ, Sibiriæ *montibus.* ♃.

Oreoſelinum. 4. ATHAMANTA foliolis divaricatis. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 241.
Selinum foliolis ovato-acutis acute ſerratis & inciſis. *Hort. cliff.* 92. *Roy. lugdb.* 106.
Selinum foliolis lacinuliſque oblongo-linearibus. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 70.
Selinum pinnis ad angulos obtuſos pinnatis: pinnulis inciſis non ſerratis. *Hall. helv.* 444. *Fl. ſvec. n.* 228.
Apium montanum, folio ampliore. *Bauh. pin.* 153.
Apium montanum nigrum. *Bauh. pin.* 153. *Segu. ver.* 2. *p.* 31.
Oreoſelinum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 195. *Riv. pent.* 8.
*Habitat in* Germaniæ, Galliæ, Angliæ *collibus apricis.* ♃.

ſicula. 5. ATHAMANTA foliis inferioribus nitidis, umbellis primordialibus ſubſeſſilibus, ſeminibus piloſis. *Hort. upſ.* 60.
Athamanta foliolis multifidis planis, ſeminibus villoſis. *Hort. cliff.* 93. *Roy. lugdb.* 97.
Daucus ſecundus ſiculus, ſophiæ folio. *Zan. hiſt.* 80.
*Habitat in* Sicilia. ♃.
*Folia inferiora nitida, ſuperiora ſubvilloſa. Caulis pubeſcens.*

cretenſis. 6. ATHAMANTA foliolis linearibus planis hirſutis, petalis bipartitis, ſeminibus oblongis hirſutis. *Mat. med.* 143.
Athamanta foliis capillaribus, ſeminibus hirſutis. *Hort. cliff.* 93. *Roy. lugdb.* 97.
Libanotis foliis tenuiſſime pinnatis laciniis petiolatis. *Hall. helv.* 451. *opuſc.* 241.

Dau-

Daucus alpinus, multifido longoque folio. *Bauh. pin.* 150.
Daucus creticus, ſemine hirſuto. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 56.
Daucus foliis fœniculi tenuiſſimis. *Bauh. pin.* 150.
Daucus creticus. *Cam. epit.* 536. *Hall. opuſc.* 242.
*Habitat in* Helvetia. ♃.

7. ATHAMANTA foliis multipartitis: laciniis linearibus tereti uſculis acuminatis. *Roy. lugdb.* 98. annua.
Myrrhis annua, ſemine ſtriato villoſo, incana. *Moriſ. umb.* 67.
Myrrhis tenuifolia annua cretica, ſemine lanugine alba pubeſcente. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 302.
*Habitat in* Creta. ⊙.

8. ATHAMANTA ſeminibus membranaceo-ſtriatis, foliis ſupradecompoſitis lævibus multifidis. chinenſis.
*Habitat - - -. Chinenſem dixit Barthram, qui ſemina miſit ex Virginia.*
Caulis *angulatus, lævis, erectus, parum flexuoſus.* Folia *Chærophylli, lævia.* Umbella *minus expanſa, alba.* Semina *ſingula 5 alis longitudinalibus parvis; involucrum duplex. Statura Selini monnieri.*

9. ATHAMANTHA foliolis capillaribus, ſeminibus glabris ſtriatis. *Hort. cliff.* 93 *Hort. upſ.* 60. *Mat. med.* 144. *Roy. lugdb.* 97. *Sauv. monſp.* 256. Meum.
Meum foliis anethi. *Bauh. pin.* 148.
Meum. *Dod. pempt.* 305.
*Habitat in Alpibus* Italiæ, Hiſpaniæ, Helvetiæ. ♃.

## PEUCEDANUM.

1. PEUCEDANUM foliis quinquies tripartitis filiformibus linearibus. officinale.
Peucedanum foliis quinquies tripartitis lineari-ſubulatis integerrimis. *Hort. cliff.* 93. *Hort. upſ.* 60. *Mat. med.* 126. *Roy. lugdb.* 98. *Sauv. monſp.* 182, 257.
Peucedanum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 36. *Raj. hiſt.* 416.
α. Peucedanum germanicum. *Bauh. pin.* 149.
β. Peucedanum majus italicum. *Bauh. pin.* 149.
*Habitat in* Europæ *auſtralioris pratis pinguibus.* ♃.

*. PEUCEDANUM foliolis linearibus ramoſis. *Hort. cliff.* 94. *Roy. lugdb.* 98. alpeſtre.

Ferula, foliis libanotidis brevioribus, alpeſtris, umbellis ampliſſimis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 65.
*Habitat* - - - -

Silaus. 3. PEUCEDANUM foliolis pinnatifidis: laciniis oppoſitis, involucro univerſali diphyllo. *Hort. cliff.* 94. *Roy. lugdb.* 98. *Sauv. monſp.* 257. *Leiſ. hal.* 232.
Seſeli pratenſe. *Bauh. pin.* 162. *Raj. angl.* 3. *p.* 216.
Siler alterum pratenſe. *Dod. pempt.* 310.
*Habitat in* Helvetiæ, Narbonæ, Germaniæ, Angliæ *ſubhumidis.*
*Caulis bipedalis & ultra. Foliola lanceolata, quaſi carinata: extimis coadunatis. Flores lutei, extus albidi.*

alſaticum. 4. PEUCEDANUM foliolis pinnatifidis: lacinulis trifidis obtuſiuſculis.
Selinum foliolis pinnatim laciniatis: lacinulis trifidis obtuſis. *Hort. cliff.* 92.
Daucus alſaticus. *Bauh. prodr.* 77. *Hall. opuſc.* 218. *.
Umbellifera alſatica magna, umbella parva lutea. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 106. *Raj. hiſt.* 414.
*Habitat in* Alſatiæ, Palatinatus *dumetis humidiuſculis.*

nodoſum. 5. PEUCEDANUM foliolis alternatim multifidis. *Hort. cliff.* 94. *Roy. lugdb.* 98.
Silaum (quod Liguſticum creticum, folio fœniculi, caule nodoſo. *Tournef. cor.* 23.) *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 51.
*Habitat in* Creta.

## CRITHMUM.

maritimum. 1. CRITHMUM foliolis lanceolatis carnoſis. *Hort. cliff. Hort. upſ.* 61. *Roy. lugdb.* 98. *Sauv. monſp.* 258.
Crithmum, Fœniculum maritimum minus. *Bauh. pin.* 288.
Fœniculum marinum ſ. Empetrum ſ. Calcifraga. *Lob. ic.* 392.
*Habitat ad oceani* Europæi *litora.* ♃.

pyrenaicum 2. CRITHMUM foliolis lateralibus bis trifidis. *Hort. cliff.* 98. *Roy. lugdb.* 58.
Apium pyrenaicum, thapſiæ facie. *Tournef. inſt.* 305.
*Habitat in* pyrenæis.

HAS-

## HASSELQUISTIA.

1. HASSELQVISTIA. *Amœn. acad.* 4 *p.* 270. *. ægyptiaca.
Paſtinaca orientalis, foliis eleganter inciſis. *Buxb. cent.* 3. *p.* 16. *t.* 27.?
*Habitat in* Arabia.

## CACHRYS.

1. CACHRYS foliis bipinnatis: foliolis acutis multifidis, ſeminibus ſulcatis lævibus. *Hort. cliff.* 94. *Roy. lugdb.* 99. *Sauv. monſp.* 105. Libanotis.
Cachrys ſemine fungoſo ſulcato plano minore, foliis peucedani anguſtis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 267. *ſ.* 9. *t.* 1. *f.* 3. 6.
Libanotis ferulæ folio, ſemine anguloſo. *Bauh. pin.* 158.
*Habitat in* Sicilia, Monſpelii. ♃.

2. CACHRYS foliis bipinnatis: foliolis linearibus acutis, ſeminibus ſulcatis hiſpidis. ſicula.
Cachrys ſemine fungoſo ſulcato aſpero, foliis peucedani latiuſculis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 267 *ſ.* 9. *t.* 1. *f.* 3.
Hippomarathrum creticum. *Bauh. pin.* 147. *prodr.* 76.
Hippomarathrum ſiculum. *Bocc. ſic.* 37.
*Habitat in* Sicilia, Hiſpania.
Foliola *linearia.* Folia *ſuprema oppoſita.* Umbella *univerſalis terminalis, ſeſſilis, Involucris Involucellisque ramoſis.* Reliquæ *umbellæ pedunculatæ, Involucris involucellisque ſimplicibus.* Semina *craſſiſſima, ſulcata, hiſpida.*

## FERULA.

1. FERULA foliolis linearibus longiſſimis ſimplicibus. *Hort. cliff.* 95. *Hort. upſ.* 61. *Roy. lugdb.* 99. *Sauv. monſp.* 257. communis.
Ferula femina plinii. *Bauh. pin* 148.
Ferula. *Dod. pempt.* 321.
*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♃.

2. FERULA foliis ſupradecompoſitis: foliolis lanceolato-linearibus planis. *Hort cliff.* 95. *Roy. lugdb.* 99. glauca.
Ferula folio glauco, ſemine lato oblongo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 45.
*Habitat in* Sicilia, Italia. ♃.

3. FERULA foliolis laciniatis: lacinulis tridentatis tingitana.

inæqualibus nitidis. *Hort. cliff.* 95. *Hort. upſ.* 61. *Roy. lugdb.* 99.
Ferula tingitana, folio latiſſimo lucido. *Herm. par.* 165. *t.* 165.
*Habitat in* Hiſpania, Barbaria. ♂.

Ferulago. 4. FERULA foliis pinnatifidis: pinnis linearibus planis trifidis. *Hort. cliff.* 95. *Roy. lugdb.* 99.
Ferula latiore folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 309. *ſ.* 9. *t.* 15. *f.* 1.
Ferulago latiore folio. *Bauh. pin.* 148.
*Habitat in* Sicilia.

orientalis. 5. FERULA foliorum pinnis baſi nudis, foliolis ſetaceis. *Hort. cliff.* 95. *Roy. lugdb.* 100.
Ferula orientalis, folio & facie cachryos. *Tournef. cor.* 22. *itin.* 3. *p.* 239. *t.* 239.
*Habitat in* Oriente.

meoides. 6. FERULA foliorum pinnis utrinque appendiculatis, foliolis ſetaceis. *Hort. cliff.* 95. *Roy. lugdb.* 100.
Laſerpitium orientale, folio mei, flore luteo. *Tournef. cor.* 23.
*Habitat in* Oriente.

*Habitat in* Europæ *pratis humidiuſculis.* ♄.

Lentago. 8. VIBURNUM foliis ſerrulatis ovatis acuminatis glabris, petiolis marginatis.
*Habitat in* Canada. *Kalm.* ♄.
Folia *craſſa Tini, glabra, denticulis minimis ſerrulata; petiolis longitudinaliter marginatis.* Gemma *terminalis ſubulata, baſi ventricoſa.*

Caſſinoides. 9. VIBURNUM foliis ovatis crenatis glabris, petiolis eglandulatis carinatis.
Viburnum phillyreæ folio. *Duham. arb.* 2. *p.* 350.
Caſſine foliis ovato-lanceolatis ſerratis oppoſitis deciduis, floribus corymboſis. *Mill. dict. t.* 83. *f.* 1.
Caſſine veræ perquam ſimilis arbuſcula, phillyreæ foliis antagoniſtis. *Pluk. mant.* 40. *Angl. hortul.* 16. *t.* 20.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ♄.
*Folia infima obovata; proxima ovata; ſuperiora lanceolata.*

## CASSINE.

Peragua. 1. CASSINE foliis oblongis ſerratis.
Caſſine. *Hort. cliff.* 72. *Mat. med.* 153. *Roy. lugdb.* 242.
Ce-

Celaſtrus foliis ſubrotundis dentatis, flore ac fructu racemoſo. *Burm. afr.* 239. *t.* 85.
Phillyrea capenſis, folio celaſtri. *Dill. elth.* 315. *t.* 236. *f.* 305.
Frutex æthiopicus, alaterni foliis. *Seb. theſ.* 1. *p.* 46. *t.* 29. *f.* 5.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

2. CASSINE foliis ſubovatis integerrimis. Maurocenia.
Maurocenia. *Hort. cliff.* 108.
Frangula ſempervirens, folio rigido ſubrotundo. *Dill. elth.* 146. *t.* 121. *f.* 147.
Ceraſus capenſis, fructu rubro, folio fere obtuſo. *Pet. gaz. t.* 57. *f.* 4.
Ceraſus africana, foliis plerumque in ſummo ſinuatis, fructu rubro. *Pluk. alm.* 49. *t.* 158. *f.* 2.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

## SAMBUCUS.

1. SAMBUCUS cymis trifidis, ſtipulis foliaceis, caule herbaceo. Ebulus.
Sambucus caule herbaceo ſimplici. *Vir. cliff.* 25. *Fl. ſvec.* 251, 265. *Mat. med.* 149. *Hort. cliff.* 110. *Roy. lugdb.* 245.
Sambucus humilis ſ. Ebulus. *Bauh. pin.* 456.
Ebulus. *Fuchſ. hiſt.* 65.
β. Sambucus humilis ſ. Ebulus folio laciniato. *Bauh. pin.* 456.
*Habitat in* Europa. ♃.

2. SAMBUCUS cymis quinquepartitis, foliis ſub-bipinnatis, caule fruteſcente. canadenſis.
*Habitat in* Canada. *D. Kalm.* ♃.
*Media inter S. Ebulum & nigram, habitus S. nigræ, at folia pinnata: foliolis inferioribus ternatis, omnibus magis ovatis. Fruticat, ſed plerumque perit ſupra terram hyeme.* Cymæ *ſtructura uti in nigra.* Stipulæ *filiformes, truncatæ, ut in S. nigra; nec in foliola expanſa, ut in Ebulo.*

3. SAMBUCUS cymis quinquepartitis, caule arboreo. nigra.
Sambucus caule arboreo ramoſo, floribus umbellatis. *Roy. lugdb.* 243. *Fl. ſvec.* 250, 265. *Mat. med.* 148.
Sambucus caule perenni ramoſo. *Hort. cliff.* 109.
Sambucus fructu in umbella nigro. *Bauh. pin.* 456.

Sambucus. *Dod. pempt.* 845.

β. Sambucus fructu in umbella viridi. *Baub. pin.* 456.

laciniata. γ. Sambucus laciniato folio. *Baub. pin.* 456. *Dod. pempt.* 845.

*Habitat in* Germania, Japonia. ♄.

racemoſa. 4. SAMBUCUS racemis compoſitis ovatis, caule arboreo.

Sambucus caule arboreo ramoſo, floribus racemoſis. *Roy. lugdb.* 243. *Sauv. monſp.* 222.

Sambucus racemoſa rubra. *Baub. pin.* 456.

Sambucus racemoſa, acinis rubris. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 549.

*Habitat in* Europæ *auſtralis montibus.* ♄.

## SPATHELIA.

ſimplex. 1. SPATHELIA.

Spathe caudice ſimplici, fronde pinnata comoſa, racemo ſimpliciſſimo laxo terminali. *Brown jam* 187.

Aceri aut Paliuro affinis arbor caudice non ramoſo, foliis ſorbi, floribus racemoſis purpureis, fructu tribus membranulis alato. *Sloan. jam.* 138. *hiſt.* 2. *p.* 28. *t.* 171. *Raj. dendr.* 94.

*Habitat in* Jamaica. ♄.

## STAPHYLEA.

pinnata. 1. STAPHYLEA foliis pinnatis. *Hort. cliff.* 112. *Hort. upſ.* 69. *Roy. lugdb.* 436.

Staphylodendron. *Dalech. hiſt.* 102.

Piſtacia ſylveſtris. *Baub. pin.* 401.

*Habitat in* Europæ *auſtralioris ſucculentis.*

*Styli duo, Fructus bilocularis.*

trifolia. 2. STAPHYLEA foliis ternatis. *Hort. cliff.* 112. *Roy. lugdb.* 437. *Cold. noveb.* 62.

Staphylodendron triphyllum, vaſculo tripartito. *Gron. virg.* 34.

Staphylodendron virginianum trifoliatum. *Herm. lugdb.* 230.

Piſtachia virginica ſylveſtris trifolia. *Moriſ. blæſ.* 295.

*Habitat in* Virginia. ♄.

*Hæc trigyna eſt.*

## TAMARIX.

gallica. 1. TAMARIX floribus pentandris. *Hort. cliff.* 111. *Roy. lugdb.* 436. *Sauv. monſp.* 45.

Ta-

Tamarix pedunculis nudis, floribus pentandris. *Hort. upſ.* 69. *Mat. med.* 154.
Tamarix altera, folio tenuiore, ſ. gallica. *Bauh. pin.* 485.
Tamariſcus narbonenſis. *Lob. ic.* 218.
*Habitat in* Gallia, Hiſpania, Italia. ♄.

2. TAMARIX floribus decandris. *Hort. cliff.* 111. *Roy. lugdb.* 436. germanica.
Tamarix fruticoſa, folio craſſiore, ſ. germanica. *Bauh. pin.* 485.
Tamariſcus germanica. *Lob. ic.* 218.
*Habitat in* Germaniæ *locis inundatis.* ♄.

## TURNERA.

1. TURNERA floribus ſeſſilibus petiolaribus, foliis baſi biglanduloſis. ulmifolia.
Turnera foliis ſerratis, petiolis floriferis. *Vir. cliff.* 20. *Hort. cliff.* 112. *t.* 10. *Roy. lugdb.* 434. *Sp. pl.* 1. *p.* 965.
Turnera fruteſcens ulmifolia. *Plum. gen.* 15. *Mart. cent.* 49. *t.* 49.
Ciſtus urticæ folio, flore luteo, vaſculis trigonis. *Sloan. jam.* 86. *hiſt.* 1. *p.* 202. *t.* 127. *f.* 4, 5. *Raj. dendr.* 492.
β. Turnera fruteſcens, folio longiore & mucronato. *Mart. cent.* 49. *t.* 49.
*Habitat in* Jamaica, *&* *in* America *calidiore.* ♂.

2. TURNERA floribus ſeſſilibus petiolaribus, foliis eglanduloſis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 395. *. Pumilea.
Pumilea minima hirſuta, foliis anguſtis profunde ſerratis. *Brown. jam.* 188.
ChamæCiſtus luteus, foliis parvis ſerratis. *Pet. gaz.* 59. *t.* 38. *f.* 9.
ChamæCiſtus urticæ folio, flore luteo. *Sloan. jam.* 87. *hiſt.* 1. *p.* 202. *t.* 127. *f.* 6.
*Habitat in* Jamaica. ⊙.

3. TURNERA floribus pedunculatis axillaribus, foliis apice ſerratis. ciſtoides.
Pumilea ſubhirſuta ſimplex, foliis linearibus crenatis. *Brown. jam.* 189.
Helianthemoides. *Bœrh. lugdb.* 2. *p.* 269.

Helianthemum betonicæ folio, caule hirſuto. *Plum. ſpec.* 7. *icon.* 150. *f.* 1.

Chamæciſtus caule hirſuto, folio oblongo anguſto ſinuato, flore luteo pediculo inſidente. *Sloan. jam.* 87. *hiſt.* 1. *p.* 202. *t.* 127. *f.* 7.

*Habitat in* America meridionali, Jamaica, Surinami. ⊙.

Radix *fibroſa.* Caulis *digitalis, ſimpliciſſimus, erectus, piloſus.* Folia *ſubpetiolata, lanceolata, verſus apicem paucis crenis notata, ſubtus tomentoſa.* Pedunculi *axillares, ſolitarii, uniflori, geniculo notati, longitudine floris.* Calyx *tomentoſus.*

## TELEPHIUM.

imperati. 1. TELEPHIUM foliis alternis. *Hort. upſ.* 70.

Telephium foliis oblongo-ovatis, racemis ſecundis terminalibus. *Vir. cliff.* 20. *Hort. cliff.* 73. *Roy. lugdb.* 434.

Telephium repens, folio non deciduo. *Bauh. pin.* 287.

Telephium legitimum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 67.

Ciſtus folio majoranæ. *Bauh. pin.* 465.

*Habitat in* Gallo-provincia. ♃.

oppoſitifolium. 2. TELEPHIUM foliis oppoſitis. †.

Telephium myoſotidis foliis amplioribus conjugatis. *Shaw. afric.* 572. *f.* 572.

*Habitat in* Barbaria.

## CORRIGIOLA.

litoralis. 1. CORRIGIOLA. *Hort. upſ.* 70.

Corrigiola caule faſciculis florum terminato. *Hort. cliff.* 112. *Roy. lugdb.* 420. *Hall. helv.* 291.

Polygonum litoreum minus, floſculis ſpadiceo-albicantibus. *Bauh. pin.* 281. *prodr.* 131. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 593. *ſ.* 5. *t.* 29. *f.* 1.

*Habitat in* Galliæ, Germaniæ *littoribus arenoſis.* ⊙.

## PHARNACEUM.

Cerviana. 1. PHARNACEUM pedunculis ſubumbellatis lateralibus æquantibus folia linearia.

Pharnaceum glabrum, pedicellis folia æquantibus. *Phil. bot.* 258. *. *Sp. pl.* 1. *p.* 272.

Cerviana. *Minuart. monogr.* 1.

Tri-

Trichlis pentaſtemon, floribus umbellatis. *Hall. gœtt.* 26.
Alſine pumila, gallii facie, foliis glaucis. *Amm. ruth.* 84.
Alſine Saxifraga ind. orient. foliis circa caulem radiatis, flore herbido & muſcoſo. *Pluk. mant.* 9. *t.* 332. *f.* 11.
Spergula purpurea minima. *Buxb. cent.* 3. *p.* 33. *t.* 62. *f.* 2.
*Habitat* Roſtockii, *in* Ruſſia, Hiſpania, Aſia. ☉.

2. PHARNACEUM pedunculis communibus longiſſimis, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 492. * *Roy. lugdb.* 221. incanum.
*Habitat in* Africa.
*Figura forte habetur in Pluk. phyt.* 304. *f.* 4.

3. PHARNACEUM pedunculis unifloris lateralibus, foliis linearibus. Mollugo.
Mollugo foliis ſeptenis linearibus. *Hort. cliff.* 28.
Alſine procumcens, gallii facie, africana. *Herm. lugdb.* 19. *t.* 21.
Rubia ſtellaris ſ. Aſperula minor humiſparſa, floſculis albis, æthiopica. *Pluk. mant.* 163. *t.* 331. *f.* 4.
*Habitat in* Æthiopia.

4. PHARNACEUM racemis bipartitis terminalibus, foliis obcordatis. *Amœn. acad.* 6. *afr.* 6. *. cordifolium
*Habitat ad* Cap. b. ſpei.

## ALSINE.

1. ALSINE petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. *Fl. lapp.* 186. *Fl. ſvec.* 369, 267. *Hort. cliff.* 173. *Gron. virg.* 161. *Roy. lugdb.* 449. media.
Alſine media. *Baub. pin.* 250.
Alſine minor. *Dod. pempt.* 29.
*Habitat in* Europæ *cultis.* ☉.

2. ALSINE foliis ſetaceis, calycibus ariſtatis, petalis integris brevibus. mucronata.
Arenaria foliis ſetaceis mucronatis, corollis breviſſimis, calycibus inferne mucronatis. *Sp. pl.* 1. *p.* 424.
Alſine foliis faſciculatis tenuiſſimis durisque, petalis integris. *Hall. helv.* 389. *t.* 7. *f.* 2. *Segu. ver.* 3. *p.* 173.

*Habitat in* Helvetia.
*Stamina huic* 5. *Segu. l. c.*

ſegetalis. 3. ALSINE petalis integris, foliis filiformibus.
Spergula foliis filiformibus unum latus ſpectantibus, ſtipulis membranaceis vaginantibus, pedunculis umbellatis. *Guett ſtamp.* 299. *Dalib. pariſ* 133.
Alſine ſegetalis, gramineis foliis unum latus ſpectantibus. *Vaill. pariſ.* 8. *t.* 3. *f.* 3.
*Habitat* Pariſiis. ☉.
*Vigiliæ hujus ab hora* 3 *in* 9. *Seguier.*

## DRYPIS.

ſpinoſa. 1. DRYPIS. *Ger. emac.* 1212.
Drypis italica aculeata, floribus albis umbellatis compactis *Mich. gen.* 24. *t.* 23.
Drypis theophraſti ſ. anguillaræ. *Dalech. hiſt.* 1480. *Lob. ic.* 789. *Tabern. ic.* 144. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 388.
Spina alba foliis vidua. *Bauh. pin.* 388.
Carduus foliis tenuiſſime ſpinoſis ad inſtar juniperi. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 161. *ſ.* 7. *t.* 32. *f.* 8.
*Habitat in* Mauritania, Italia. ♂.
Caules *primi procumbentes, tetragoni, brachiati, ſuperne dichotomi.* Folia *ſubulata, ſubtrigona, mucronata; dichotomiæ lanceolata, utrinque tridentata.* Corollæ *coronatæ Silenes, purpuraſcentes.* Capſulæ *circumſciſſæ. D. Mygind.*

## BASELLA.

rubra. 1. BASELLA foliis planis, pedunculis ſimplicibus.
Baſella. *Rheed. mal.* 7. *p.* 45. *t.* 24. *Fl. zeyl.* 119.
Cuſcuta foliis ſubcordatis. *Hort. cliff.* 39.
Gandola rubra. *Rumph. amb.* 5. *p.* 417.
*Habitat in* India. ♂, ☉.

alba. 2. BASELLA foliis ovatis undatis, pedunculis ſimplicibus folio longioribus.
Baſella flore albo & caulibus viridibus. *Thran. carol.* 11.
Gandola alba. *Rumph. amb.* 5. *p.* 417.
Mirabili peruvianæ affinis tinctoria, betæ folio, ſcandens. *Pluk. alm.* 252. *t.* 63. *f.* 1.
*Habitat in* China, Amboina. ♂.
*Caulis herbaceus, ſed perennans.*

BA-

3. BASELLA foliis ſubcordatis, pedunculis confertis ramoſis. lucida.
*Habitat in* India. ☉.
*Affines nimium ſunt hæ tres Species, ſed conſtantes ſe ſervant in hortis.*

## SAROTHRA.

1. SAROTHRA. *Amœn. acad.* 3. *p.* 11. *Kalm. it.* 2. *p.* 253. Gentianoides.
Gentiana caule ramisque ramoſiſſimis, foliis ſubulatis minimis. *Gron. virg.* 29.
Centaurium minus ſpicatum, anguſtiſſimo folio, ſ. ſcoparium marilandicum novum. *Pluk. mant.* 43. *t.* 342. *f.* 4.
*Habitat in* Virginiæ, Penſylvaniæ *apricis glareoſis.*
Gentiana inaperta *an hujus generis?*

# *TETRAGYNIA.*

## PARNASSIA.

1. PARNASSIA. *Fl. lapp.* 108. *Fl. ſvec.* 252, 268. *Hort. cliff.* 113. *Roy. lugdb.* 420. *Hall. helv.* 316. *Dalib. pariſ.* 96. paluſtris.
Gramen parnaſſi albo ſimplici flore. *Bauh. pin.* 309.
Hepatica alba *Cord. hiſt.* 53.
Pyrola rotundifolia paluſtris, flore unico ampliore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 505. *ſ.* 12. *t.* 10. *f.* 3.
*Habitat in* Europæ *uliginoſis.* ♃.

## EVOLVULUS.

1. EVOLVULUS foliis ſubrotundis, caule repente, floribus ſubſeſſilibus. nummularius.
Convolvulus nummularius. *Sp. pl.* 157.
Convolvulus minor repens, nummulariæ folio, flore cæruleo. *Sloan. jam.* 58. *hiſt.* 1. *p.* 157. *t.* 99. *f.* 2. *Raj. ſuppl.* 382.
Convolvulus herbaceus repens, foliis ſubrotundis, floribus ſingularibus axillaribus. *Brown. jam.* 153.
*Habitat in* Jamaicæ, Barbados *pratis.*

2. EVOLVULUS foliis cordatis obtuſis mucronatis petiolatis villoſis, caule diffuſo, pedunculis unifloris. *Amœn. acad.* 4. *p.* 306. *n.* 121. *. gangeticus
*Habitat in* India.

alſinoides. 3. EVOLVULUS foliis obcordatis obtuſis petiolatis piloſis, caule diffuſo, pedunculis trifloris. *Fl zeyl.* 76.
Convolvulus foliis ovatis obtuſis, caule filiformi, *Hort. cliff.* 63.
Anagallis hirſuta minor, foliis alternis, floribus ſolitariis. *Burm. zeyl.* 11. *t.* 6. *f.* 1. & *t.* 9. *f.* 1.
Viſtnu-clandi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 131. *t.* 64.
*Habitat in* Malabaria, Zeylona, Biſnagaria, Bahama.

linifolius. 4. EVOLVULUS foliis lanceolatis villoſis ſeſſilibus, caule erecto, pedunculis trifloris longis. *Syſt. nat.* 10. *p.* 923 *Amœn. acad.* 4. *p.* 306. *n.* 122. *.
Convolvulus herbaceus erectus, foliis linearibus, pedunculis longis tenuiſſimis bibracteatis alaribus. *Brown. jam.* 152. *t.* 10. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaica. ☉.

tridentatus. 5. EVOLVULUS foliis lineari-cuneiformibus tricuſpidatis: baſi dilatata dentatis, pedunculis unifloris.
Convolvulus tridentatus. *Sp. pl.* 157.
Convolvulus minor procumbens, acetoſellæ foliis tricuſpidatis ad imum quaternis: ſummo apice tricuſpidatis. *Pluk mant.* 117. *t.* 167. *f.* 5.
Sendera-Clandi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 133. *t.* 65.
β. Convolvulus indicus barbatus minor, foliorum apicibus lunulatis. *Pluk. alm.* 117. *t.* 276. *f.* 6.
*Habitat in* India.

# *PENTAGYNIA.*

## ARALIA.

arborea. 1. ARALIA caule arboreo, foliis ſimplicibus, umbellæ univerſalis radiis uniglanduloſis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 396. *.
Aralia arborea, foliis nitidis oblongo-ovatis, umbella laxa radiis ſingulis glandula notatis. *Brown. jam.* 189.
Hedera arbor, folio haſtato. *Plum. ſpec.* 18. *ic.* 148.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

ſpinoſa. 2. ARALIA arboreſcens, caule folioliſque aculeatis. *Vir. cliff.* 26. *Gron. virg.* 34.
Aralia caule aculeato. *Hort cliff.* 113. *Roy. lugdb.* 92.
Angelica arboreſcens ſpinoſa ſ. Arbor indica fraxini folio, cortice ſpinoſo. *Comm. hort.* 1. *p.* 89. *t.* 47. *Raj. hiſt.* 1798.

Chri-

Chriſtophoriana arbor aculeata virginienſis. *Pluk. alm.* 98. *t.* 20.
*Habitat in* Virginia. ♄.

3. ARALIA caule petiolisque aculeatis, foliolis inermibus villoſis. chinenſis.
Frutex aquoſus mas. *Rumph. amb.* 4. *p.* 105. *t.* 44. ?
*Habitat in* China. *Osbeck.* ♄.
Caulis *ſimplex, aculeis ſpinoſiſſimus, nudus, in ſummitate tantum folioſus.* Petioli *compoſiti, tripartiti, aculeati, villoſi.* Folia *partialia pinnata & inſuper foliola* 2 *ad ramificationes petioli.* Foliola *ſ. pinnæ ovatæ, ſerratæ, ſubtus præſertim villoſæ, duplo majores, quam in præcedente. Panicula ramoſa umbellulis numeroſis. Differt itaque a præcedenti, quod nulli aculei foliolis per diſcum ſecundum venas adſperſi; quod folia non glabra ſed duplo majora.* Habitus *etjam diverſus.*

4. ARALIA caule folioſo herbaceo lævi. *Hort. upſ.* 70. *Cold. noveb.* 67. racemoſa.
Aralia racemis umbeliferis lateralibus. *Vir. cliff.* 26.
Aralia ex alis florifera. *Hort. cliff.* 113. *Roy. lugdb.* 92.
Panaces carpimon ſ. racemoſa canadenſis. *Corn. canad.* 74. *t.* 75. *Barr. ic.* 705.
Chriſtophoriana canadenſis racemoſa & ramoſa. *Moriſ. hiſt.* 1. *p.* 9. *ſ.* 1. *t.* 2. *f.* 9.
*Habitat in* Canada. ♃.

5. ARALIA caule nudo, foliis binis ternatis. *Hort. cliff.* 113. *Gron. virg.* 34. *Roy. lugdb.* 94. nudicaulis.
Aralia caule nudo, radice repente. *Cold. noveb.* 66.
Chriſtophoriana, virginiana zarzæ radicibus ſurculoſis & fungoſis. *Pluk. alm.* 98. *t.* 238. *f.* 5.
*Habitat in* Virginia, *ſimillima (forte eadem) in* Iava. ♃.
Caulis *breviſſimus & fere nullus.* Folia *duo, decompoſita petiolis longis: Folium ternatum: Foliolis pinnatis: pinnæ quinque, ſerratæ.* Scapus *inter duo folia ortus, aphyllus, trifidus, ſ. umbellulas tres ferens.*

## BARRERA.

1. BARRERA. capenſis.
Erica capitata ſ. nodiflora, corios foliis rectis, æthiopica. *Pluk. mant.* 69. *t.* 346. *f.* 7.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

*Frutex; Rami per ſpatia determinata conferti, erecti, ruſeſcentes adſperſi pilis albis.* Folia *alterna, approximata, ovato-lanceolata, integerrima, pilis albis velut ciliata;* Capitula *florum terminalia; Simillima eſt habitu Dioſmæ ciliatæ.*

## STATICE.

Armeria. 1. STATICE ſcapo ſimplici capitato, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 115. *Fl. ſvec.* 253, 269. *Gron. virg.* 150. *Roy. lugdb.* 194.

Limonium aphyllocaulon gramineum globoſum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 601. *ſ.* 15. *t.* 1 *f.* 29.

Caryophyllus montanus major, flore globoſo. *Baub. pin.* 211.

β. Cariophyllus montanus minor. *Baub. pin.* 211.

*Habitat in* Europæ & Americæ *ſeptentrionalis campis.* ♃.

Limonium. 2. STATICE ſcapo paniculato tereti, foliis lævibus.

Statice caule nudo ramoſo. *Hort. cliff.* 115. *Fl. ſvec.* 254, 270. *Gron. virg.* 150. *Roy. lugdb.* 192.

Limonium maritimum majus. *Baub. pin.* 192.

β. Limonium maritimum minus, oleæ folio. *Baub. pin.* 192.

γ. Limonium maritimum minimum. *Baub. pin.* 192. *prodr.* 99. *Bocc. ſic.* 25. *t.* 19.

*Habitat in* Europæ & Virginiæ *maritimis.*

cordata. 3. STATICE ſcapo paniculato, foliis ſpathulatis retuſis. *Sauv. monſp.* 15. *Allion. nicæenſ.* 162.

Limonium maritimum minus, foliis cordatis. *Baub. pin.* 192. *prodr.* 99.

Limonium minimum cordatum ſ. folio retuſo. *Barr. ic.* 805.

*Habitat ad maris* Mediterranei *litora.* ♃.

echioides. 4. STATICE ſcapo paniculato tereti, foliis tuberculatis.

Statice foliis obverſe-ovatis verrucoſis, caule ramoſo nudo. *Sauv. monſp.* 15.

Limonium minus annuum, bullatis foliis. *Magn. monſp.* 157. *t.* 156.

*Habitat* Monſpelii. ☉.

reticulata. 5. STATICE ſcapo paniculato proſtrato, ramis ſterilibus retroflexis nudis, foliis cuneiformibus.

Sta-

Statice foliis obverſe-ovatis, ramis nudis humifuſis, intricatis. *Sauv. monſp.* 15.
Limonium minus, virgulis retiformiter ſe invicem implicatis. *Pluk. alm.* 221. *t.* 42. *f.* 4.
Limonium reticulatum. *Raj. hiſt.* 396. *Bocc. ſic.* 82. *t.* 44.
*Habitat in* Melita.

6. STATICE ſcapo dichotomo ancipiti, foliis lanceolatis mucronatis, floribus aggregatis. ſpecioſa.
Limonium foliis lanceolatis mucronatis radicalibus, caule ancipiti dichotomo, ſtipulis ſimplicibus. *Hort. upſ.* 71. *Gmel. ſibir.* 2. *p.* 221. *t.* 91 *f.* 1.
Limonium floribus elegantiſſimis. *Raj. hiſt.* 397.
Limonium elatius, plantaginis foliis procumbentibus in aculeum terminatis, floribus albis in capitula congeſtis. *Amm. ruth.* 129.
*Habitat in* Tataria. ♂.
*Calyces etiam in hac indiviſi ſunt.*

7. STATICE ſcapo dichotomo, foliis lanceolatis mucronatis, floribus alternis diſtantibus. *Gmel. ſibir.* 2. *p.* 223. *t.* 92. tatarica.
Limonium orientale, plantaginis folio, floribus umbellatis. *Tournef. cor.* 25. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 76. *t.* 76.
Limonium elatius, plantaginis foliis procumbentibus in aculeum terminatis, floribus albis ſpicatis. *Amm. ruth.* 130
*Habitat in* Tataria. ♂.

8. STATICE ſcapo paniculato, foliis ſubulatis mucronatis. Echinus.
Limonium foliis caulinis ſubulatis pungentibus. *Roy. lugdb.* 192.
Limonium orientale fruteſcens, caryophylli folio in aculeum rigidiſſimum abeunte. *Tournef. cor.* 25.
Limonium ceſpitoſum, foliis aculeatis. *Buxb. cent.* 2. *p.* 18. *t.* 10.
β. Limonium græcum, juniperi folio. *Tournef. cor.* 25.
Echinus ſ. Tragacantha altera. *Alp. exot.* 57. *t.* 56.
*Habitat in* Græciæ & Mediæ *deſertis.*
Folia *imbricata, ſubulata, ſupra plana, margine ſcabra, apice mucronato-ſpinoſa; inferiora reflexa.*

9. STATICE ſcapo ramoſo flexuoſo, corymbis terminalibus, foliis nervoſis. flexuoſa.

Sta-

Statice foliis ovalibus muticis nervoſis, caule nudo alternatim ramoſo flexuoſo, corymbis terminantibus. *Gmel. ſibir. 2. p. 217. t. 89. f. 1.*
*Habitat in* Sibiria.

ſuffruticoſa. 10. STATICE caule fruticoſo: ſuperne nudo ramoſo, capitulis ſeſſilibus, foliis lanceolatis vaginantibus.
Statice foliis e lanceolato-linearibus: caulinis baſi vaginantibus, capitulis alternis ſeſſilibus. *Gmel. ſibir. 2. p. 216. t. 88. f. 2. 3.*
*Habitat in* Sibiria. *D. Gmelin.* ♄.

monopetala. 11. STATICE caule fruticoſo folioſo, floribus ſolitariis, foliis lanceolatis vaginantibus.
Statice foliis caulinis lanceolato-linearibus. *Hort. cliff.* 116. *Roy. lugdb.* 192.
Limonium lignoſum. *Bocc. ſic.* 34. 35. *t.* 16. 17.
*Habitat in* Sicilia.
*Gallas ſæpe fert ex Phalæna. Reaum. inſ.* 3. *t.* 39. *f.* 1-4.
Limonium hiſpanicum, multifido folio. *Tournef. inſt.* 342. *etiam monopetalum eſt.*

ferulacea. 12. STATICE caule fruticoſo ramoſo, ramulis imbricatis paleis apice pilo terminatis.
Limonium ferulaceo folio. *Griſl. luſit. Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 15. *t.* 1. *f.* 23. *Pluk. alm.* 221. *t.* 28. *f.* 4.
*Habitat in* Barbaria, Luſitania, Hiſpania. *Alſtrömer.*
Caules *teretes, ſublignoſi, nudi paleis alternis, paniculati.* Ramuli *ramoſiſſimi, faſciculati, filiformes, imbricati paleis minutiſſimis, apice ſetula terminatis.* Flores *ſubimbricati, adſcendentes, ſecundi, lutei.*

aurea. 13. STATICE caule fruticoſo folioſo ramoſo, foliis ſubulatis.
Statice caulibus fruticoſis teretiuſculis, foliis ſubulatis caulinis, floribus ex corymboſo faſciculatis. *Gmel. ſibir.* 2. *p.* 218.
Limonium maritimum humile, ephedræ facie, calycibus florum aureis. *Amm. ruth.* 132. *t.* 18. *f.* 2.
*Habitat in* Dauriæ *campis montoſis.*

ſinuata. 14. STATICE caule herbaceo, foliis radicalibus alternatim pinnato-ſinuatis: caulinis ternis triquetris ſubulatis decurrentibus. *Hort. upſ.* 71. *Gron. orient.* 96.

Sta-

Statice foliis caulinis decurrentibus. *Hort. cliff.* 116.
Limonium peregrinum, foliis aſplenii. *Bauh. pin.* 192.
Limonii ſpecies. *Rauw. itin.* 313. *t.* 314.
Limonium rauvolfianum. *Cluſ. cur.* 33. *t.* 33.
β. Limonium africanum, caule elato, foliis integris hirſutis, petalo pallide flavo, calyce amœne purpureo. *Mart. cent.* 48. *t.* 48.
γ. Limonium caulibus alatis, aſplenii foliis minus aſperis, calycibus acutioribus flaveſcentibus. *Shaw. afric.* 363.
*Habitat in* Sicilia, Palæſtina, Africa. ♂.
Differt *a Caule ramiſque inferne teretibus, nec alatis.* β. *Foliis minus ſinuatis.* γ *Caulium alis membranaceis integris & Bracteis obtuſis glabris, nec acutis hiſpidis.*

## LINUM

** foliis alternis.*

1. LINUM calycibus capſulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule ſubſolitario. uſitatiſſimum.
Linum ramis foliisque alternis lineari-lanceolatis, radice annua. *Hort. cliff.* 114. *Roy. lugdb.* 433. *Philoſ. bot.* 261. *.
Linum foliis alternis lanceolatis integerrimis, calycibus acuminatis angulatis, capſulis mucronatis. *Hort. upſ.* 71. *Mat. med.* 156.
Linum arvenſe. *Bauh. pin.* 214. *Raj. hiſt.* 1073.
β. Linum ſativum. *Bauh. pin.* 214.
γ. Linum ſativum humilius, flore majore. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 284.
ζ. Linum ſativum latifolium africanum, fructu majore. *Tournef. inſt.* 339.
*Habitat hodie inter ſegetes* Europæ *auſtralis.* ☉.
Calycis *margines interiores ſubciliati.*

2. LINUM calycibus capſulisque obtuſiuſculis, foliis alternis lanceolatis integerrimis. *Mill. dict. t.* 166. *f.* 2. perenne.
Linum foliis alternis lanceolatis integerrimis, calycibus apice obtuſis, capſulis muticis. *Hort. upſ.* 72.
Linum perenne, ramis foliisque alternis lineari-lanceolatis. *Hort. cliff.* 114. *Roy. lugdb.* 434 *Sauv. monſp.* 53.
Linum perenne majus cæruleum, capitulo majore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 573.

Li-

Linum ſylveſtre cæruleum perenne erectius, flore & capitulo majore. *Raj. angl.* 3. *p.* 362.
*Habitat in* Sibiria *&* Cantabrigiæ. ♃.

viſcoſum. 3. LINUM foliis lanceolatis piloſis quinquenerviis. †.
Linum ſylveſtre latifolium, caule viſcoſo, flore rubro. *Baub. pin.* 214. *Raj hiſt.* 1074.
*Habitat in montibus* Bononienſibus, Sumano, Auguſtæ vindelicorum, Ingolſtadii. ♃.

hirſutum. 4. LINUM calycibus hirſutis acuminatis ſeſſilibus alternis, caule corymboſo.
Linum ſylveſtre latifolium hirſutum cæruleum. *Baub. pin.* 339 *Moriſ. hiſt.* 2 *p.* 573. *ſ.* 5. *t.* 26. *f.* 5. *Raj. hiſt.* 1073.
Linum ſylveſtre latifolium. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 317.
*Habitat in* Auſtriæ, Tatariæ *editis graminoſis.*
*Simillimum* L. nodifloro, *ſed* Caulis *teres;* Folia *ciliata ſ. hirſuta, latiora: caulina alterna; ramea oppoſita.* Flores *ſeſſiles, alterni.* Calyces *foliacei, longi. Folia ramea ſ. floralia & Calyces ciliati ſetis breviſſimis, glanduloſis, præſertim verſus apicem.*

narbonenſe. 5. LINUM calycibus acuminatis, foliis lanceolatis ſparſis ſtrictis ſcabris acuminatis, caule tereti baſi ramoſo.
Linum ſylveſtre cæruleum, folio acuto. *Baub. pin.* 214. *prodr.* 107. *Raj. hiſt.* 1073.
Linum ſylveſtre anguſtifolium, cæruleo amplo flore. *Magn. monſp.* 61. *Sauv. monſp.* 54.
*Habitat in* Galloprovincia, Monſpelii, *unde Burſerus attulit C. Bauhino.* ♃.
Calyces *magni, lanceolati, latere membranacei, apice exquiſitiſſime acuminati & quaſi mucrone ſubulato inſtructi.*

tenuifolium 6. LINUM calycibus acuminatis, foliis ſparſis lineari-ſetaceis retrorſum ſcabris.
Linum perenne, foliis anguſtioribus, calyce ariſtato. *Hall. helv.* 371.
Linum ſylveſtre anguſtifolium, flore magno. *Baub. pin.* 214.
Linum ſylveſtre V. anguſtifolium. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 318.
β. Linum ſylveſtre anguſtifolium, flore magno intenſe cæruleo. *Tournef. inſt.* 340.

γ. Li-

γ. Linum ſylveſtre anguſtifolium, flore magno violaceo. *Tournef. inſt.* 340.

δ. Linum ſylveſtre anguſtifolium, flore magno lineis purpureis diſtincto. *Tournef. inſt.* 340.

ε. Linum ſylveſtre anguſtifolium, flore magno cæruleo & velut cinereo. *Tournef inſt.* 340.

Lini ſylveſtris V. anguſtifolii aliud genus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 318.

ζ. Linum ſylveſtre anguſtifolium, floribus dilute purpuraſcentibus vel carneis *Bauh. pin.* 214.

Linum ſylveſtre VI. anguſtifolium. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 318.

Linum oxyphyllum multicaule. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 169. *t.* 125.

η. Linaria, capillaceo folio, altera. *Bauh. pin.* 213.

θ. Linum anguſtifolium album, ramuſculis per terram ſparſis. *Tournef. inſt.* 240.

ι. Linum ſylveſtre, anguſtis & denſioribus foliis, flore minore. *Bauh. pin.* 214

*Habitat in* Galliæ, Helvetiæ *aridis herboſis* ♃.

Calyces *ovati, valde acuminati, uti Folia aculeis minutiſſimis ſerrati.*

7. LINUM calycibus rotundatis obtuſis, foliis linearibus acutis. auſtriacum.

Linum ſylveſtre anguſtifolium, foliis rarioribus. *Bauh. pin* 214

Linum ſylveſtre 11. *Tabern. ic.* 822.

*Habitat in* Auſtria *inferiore.*

8. LINUM calycibus acutis alternis, capſulis muticis, panicula filiformi, foliis alternis lanceolatis: radicalibus ovatis. virginianum.

Linum ramis foliisque alternis lanceolatis ſeſſilibus nervo longitudinali inſtructis. *Gron. virg.* 35.

*Habitat in* Virginia, Penſylvania.

Caulis *filiformis, pedalis, paniculatus.* Folia radicalia *ovalia, integerrima, lævia;* caulina *alterna, lanceolata.* Flores *alterni: pedunculis breviſſimis.* Calyces *acuti.* Capſulæ *globoſæ, muticæ;* Corollæ *luteæ.*

9. LINUM calycibus ſubſerrato-ſcabris lanceolatis ſubſeſſilibus, panicula ramis dichotomis. flavum.

Linum ſylveſtre latifolium luteum. *Bauh. pin.* 214.

Linum latifolium luteum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 454.
Linum ſylveſtre III. latifolium. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 317.
*Habitat in* Auſtria.

ſtrictum. 10. LINUM calycibus ſubulatis, foliis lanceolatis ſtrictis mucronatis: margine ſcabris.
Linum foliis aſperis umbellatum luteum. *Magn. monſp.* 164. *Raj. hiſt.* 1076. *Sauv. monſp.* 53.
Lithoſpermum, linariæ folio, monſpelienſium. *Bauh. pin.* 259.
Paſſerina lobelii. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 454.
*Habitat in* Monſpelii, Hiſpaniæ, Siciliæ *ſqualidis.* ☉.
*Planta corymboſa, ſtricta. Folia margine ſcabra; Calyces ſubulati, fructu duplo longiores.*

ſuffruticoſum. 11. LINUM foliis linearibus acutis ſcabris, caulibus ſuffruticoſis.
Linum anguſtifolium fruticoſum valentinum, foliis rigidis & aculeatis. *Tournef. inſt.* 340.
*Habitat in Regno* Valentino. ♄.

arboreum. 12. LINUM foliis cuneiformibus, caulibus arboreſcentibus.
Linum arboreum. *Alp. exot.* 19. *t.* 13.
*Habitat in* Creta, Italia. ♄.

campanulatum. 13. LINUM foliorum baſi utrinque puncto glanduloſo.
Linum foliis imis ſpathulatis, floribus luteis. *Sauv. monſp.* 76.
Linum ſylveſtre luteum, foliis ſubrotundis. *Bauh. pin.* 212. *Tournef. inſt.* 340. *Magn. char.* 261.
Rapunculus nemoroſus anguſtifolius, parvo flore. *Bauh. pin.* 93.
Campanula lutea linifolia montis lupi, flore volubilis. *Lob. ic.* 414.
Campanula linifolia lutea. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 817.
*Habitat in* Galloprovinciæ *montibus*, Monſpelii *in monte lupi.* ♃.
Caules *ſimplices, digitales, angulati, terminati ſæpius* Floribus *tribus, magnis, pedunculatis.* Calyces *lanceolati, acuminati.*

maritimum. 14. LINUM calycibus ovatis acutis muticis, foliis lanceolatis: inferioribus oppoſitis
Linum caule ſimplici, ramis foliiſque inferioribus oppoſitis lineari-lanceolatis. *Hort. cliff.* 114. *. *Roy. lugdb.* 434. *Sauv. monſp.* 147.

Li-

Linum foliis ovatis, floribus racemoſis. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 499.
Linum maritimum luteum. *Baub. pin.* 214.
Linum luteum narbonenſe. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 454. *Raj. hiſt.* 1074.
Linum ſylveſtre. *Dod. pempt.* 534.
*Habitat in* Auſtria *ad Thermas badenſes*, Monſpelii & *in* Oriente, *ut & in* Italia ad *ſtagna marina.*
*Planta tota glaberrima. Calycis foliola ovata, acutiuſcula.*

15. LINUM calycibus acutis, foliis lineari-lanceolatis alternis, paniculæ pedunculis biſloris. gallicum.
Linum foliis lineari-lanceolatis, pedunculis bifidis, floribus luteis *Sauv. monſp.* 53.
Linum ſylveſtre minus, flore luteo. *Baub. pin.* 214.
*Habitat* Monſpelii.
*Piſtilla interdum tria, ſæpius quinque obſervata a D. Sauvages.*

* * *Foliis oppoſitis.*

16. LINUM foliis oppoſitis lineari-lanceolatis, floribus terminalibus pedunculatis. *Roy. lugdb.* 434. africanum.
Linum africanum luteum, foliis conjugatis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 284.
*Habitat in* Africa.

17. LINUM foliis floriferis oppoſitis lanceolatis, floribus alternis ſeſſilibus, calycibus longitudine foliorum. *Hort. cliff.* 114. nodiflorum.
Linum luteum ad ſingula genicula floridum. *Bauh. pin.* 214 *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 574. *ſ.* 5. *t.* 26. *f.* 11. *Raj. hiſt.* 1026.
Linum luteum ſylveſtre latifolium. *Column. ecphr.* 2. *p.* 79. *t.* 80.
*Habitat in* Italiæ *pratis argilloſis.*
Caulis *angulatus*, *lævis*, *bifidus ſ. trifidus.* Folia *utrinque ad baſin glandula ovata fuſca: caulina, alterna lanceolata, lævia; ramea oppoſita, anguſtiora.* Flores *alterni, ſeſſiles.* Calyx *linearis, foliaceus, longitudine foliorum.* Corolla *flaveſcens.* Capſula *globoſa, acuminata.*

18. LINUM foliis oppoſitis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. *Hort. cliff.* 372. *Fl. ſvec.* 255, 271. *Mat. med.* 157. *Roy. lugdb.* 434. catharticum

 Li-

Linum pratenſe, floſculis exiguis. *Bauh. pin.* 214.
Spergula bifolia, lini capitulis. *Loeſ. pruſſ.* 261. *t.* 86.
*Habitat in* Europæ *ſeptentrionalis paſcuis ſucculentis.* ⊙.

Radiola. 19. LINUM foliis oppoſitis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. *Hort. cliff.* 114. *Fl. ſuec.* 256, 272. *Roy. lugdb.* 434.
ChamæLinum vulgare. *Vaill. pariſ.* 33. *t.* 4. *f.* 6.
Linocarpum, ſerpilli folio, multicaule & multiflorum. *Mich. gen.* 23. *t.* 21.
Radiola vulgaris ſerpillifolia. *Raj. angl.* 3. *p.* 161. *t.* 15. *f.* 3.
Polygonum minimum ſ. Millegrana minima. *Bauh. pin.* 282.
*Habitat in* Europæ *ſabulo inundato.* ⊙.

quadrifolium. 20. LINUM foliis quaternis.
Linum africanum, rubiæ foliis quaternis ſtellatis. *Raj. ſuppl.* 525.
*Habitat in* Æthiopia.

verticillatum. 21. LINUM foliis verticillatis.
Linum ſylveſtre, flore cæſio, foliis verticillatis. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 49. *t.* 42. *Raj. ſupp.* 524. *Barr. rar.* 685. *t.* 1226.
*Habitat in* Italia. ⊙.
*Calyces & folia ſuperiora villoſa.*

## ALDROVANDA.

veſiculoſa. 1. ALDROVANDA. *Mont. act. bonon.* 2. *p.* 3. *p.* 404. *t.* 12.
Lenticula paluſtris indica, foliis ſubrotundis binis capillamentis ad imum barbatis. *Pluk. alm.* 211. *t.* 41. *f.* 6.
*Habitat in* Italiæ & Indiæ *paludoſis. D. Monti.*

## DROSERA.

rotundifolia. 1. DROSERA ſcapis radicatis, foliis orbiculatis. *Fl. lapp.* 109. *Fl. ſuec.* 257, 273. *Mat. med.* 158. *Fl. zeyl.* 120. *Gron. virg.* 35. *Roy. lugdb.* 120.
Ros ſolis folio rotundo. *Bauh. pin.* 357.
Salſirora ſ. Ros ſolis. *Thal. herc. t.* 9. *f.* 1.
*Habitat in* Europæ, Aſiæ, Americæ *paludibus.*

2. DROSERA ſcapis radicatis, foliis oblongis. *Fl. lapp.* 110. *Fl. ſvec.* 258, 274. *Roy. lugdb* 417. longifolia
Ros ſolis folio oblongo. *Baub. pin.* 357.
Salſirora ſ. Sponſa ſolis ſ. Ros ſolis ſ. Rorella. *Thal. herc.* 116. *t.* 9. *f.* 2
*Habitat in* Europa *ubique cum præcedente; an itaque ſatis diverſa ſpecies?*

3. DROSERA ſcapis radicatis, foliis ſubulatis ſubtus convexis, floribus decandris. luſitanica.
Ros ſolis luſitanicus, foliis aſphodeli minoris. *Moriſ. hiſt.* 3 *p.* 620. *ſ.* 15. *t.* 4. *f.* 4. *Pluk. alm.* 323. *t.* 117. *f.* 2. *Raj. ſuppl.* 551.
*Habitat in* Luſitania.
Generis *Droſeræ eſſe Speciem negat Rajus.* Stamina *huic* 10 *conſtantia obſervavit Alſtrœmer; adeoque* Oxalis *diceretur, ſi flores eſſent umbellati & foliorum proprietas non detineret cum Capſula uniloculari.*

4. DROSERA ſcapis radicatis, foliis lanceolatis. capenſis.
Droſera foliis ad radicem longiſſimis, floribus ſpicatis. *Burm afr.* 209. *t.* 75. *f.* 1.
Ros ſolis africanus, foliis prælongis, caule nudo altiſſimo. *Raj. ſupl.* 515.
Ros ſolis africanus, folio lato & longo. *Herm. afr.* 19.
*Habitat in* Æthiopia.

5. DROSERA caule ſimplici folioſo, foliis lanceolatis. *Amœn. acad.* 6 *afr.* 7. *. ciſtiflora.
Droſera foliis ad caulem oblongis alternis, flore amplo purpureo. *Burm. afr.* 210. *t.* 75. *f.* 2.
Ros ſolis folio anguſto, flore amplo. *Breyn prodr.* 3. *t.* 22. *f.* 2.
Ros ſolis africanus, ciſti flore albo, caule folioſo. *Raj. ſuppl.* 515.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei.

6. DROSERA caule ramoſo folioſo, foliis linearibus. *Fl. zeyl.* 121. indica.
Ros ſolis ramoſus, caule folioſo. *Burm. zeyl.* 207. *t.* 94. *f.* 1.
Araca-puda. *Rheed. mal.* 10. *p.* - - *t.* 20.
*Habitat in* India.

# CRASSULA.

coccinea. 1. CRASSULA foliis planis cartilagineo-ciliatis baſi connato-vaginantibus. *Vir. cliff.* 26. *Hort. cliff.* 116. *Roy. lugdb.* 454.

Cotyledon africana fruteſcens, flore umbellato coccineo. *Comm. rar.* 24. *t.* 24. *Bradl. ſucc.* 5. *p.* 7. *t.* 50.

Cotyledon africana fruteſcens, flore carneo amplo. *Breyn. prodr.* 3. *p.* 30. *t.* 20. *f.* 1.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

perfoliata. 2. CRASSULA foliis lanceolato-ſubulatis ſeſſilibus connatis plano canaliculatis: ſubtus convexis. *Hort. cliff.* 116. *Roy lugdb.* 455.

Craſſula altiſſima perfoliata. *Dill. elth.* 114. *t.* 96. *f.* 113. *Mill. ic.* 108.

Aloë africana cauleſcens perfoliata glauca & non ſpinoſa. *Comm. præl.* 74 *t.* 23.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

ſubulata. 3. CRASSULA caule herbaceo, foliis ſubulatis teretibus patentibus. †.

Sedum africanum umbellatum album. *Herm. lugdb.* 550. *t.* 552.

*Habitat in* Æthiopia. ⊙.

tetragona. 4. CRASSULA foliis ſubulatis obſolete tetragonis. *Hort. cliff.* 116. *. *Roy. lugdb.* 455.

Cotyledonoides africanum. *Bradl. ſucc.* 5. *p.* 18. *t.* 11. *f.* 41.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

Caulis *lævis*, *tripedalis*. Folia *oppoſita*, *patentia*, *ſubincurvata*. Pedunculus *terminalis*, *nudus*, *teres*: Cyma *trifida*, *ramoſiſſima*, *faſtigiata*. Corollæ *albæ*: *Antheris purpureis*.

centauroides. 5. CRASSULA caule herbaceo dichotomo, foliis cordatis ſeſſilibus, pedunculis unifloris. *Amœn. acad.* 6. *afr* 8. *.

Sedoides africana annua centauroides. *Herm. parad.* 169.

*Habitat in* Æthiopia. ⊙.

dichotoma. 6. CRASSULA caule herbaceo dichotomo, foliis ovato-lanceolatis, pedunculis unifloris. *Amœn. acad.* 6. *afr.*

Se-

Sedum africanum annuum, centaurii minoris folio, flore aureo. *Herm. lugdb.* 550. *t.* 553. *.
*Habitat in* Æthiopia. ☉.

7. CRASSULA caule herbaceo erecto, ramis dichotomis foliis oppoſitis obovatis ſtrigoſis, pedunculis unifloris. *Amœn. acad.* 6. *afr.* 9. *. ſtrigoſa.
*Habitat in* Æthiopia.

8. CRASSULA caule herbaceo proſtrato, foliis oppoſitis ovatis gibbis imbricatis, floribus ſeſſilibus ſolitariis. *Amœn. acad.* 6. *afr.* 10. *. muſcoſa.
Ficoides africana annua minima muſcoſa. *Herm. par.* 170.
*Habitat in* Æthiopia ☉.

9. CRASSULA foliis oppoſitis obtuſe ovatis integerrimis: hinc anguſtioribus. *Hort. cliff.* 496. *Roy. lugdb.* 455. cultrata.
Craſſula anacampſerotis folio. *Dill. elth.* 115. *t.* 97. *f.* 114.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

10 CRASSULA foliis oppoſitis ovalibus planiuſculis diſtinctis ciliatis, corymbis terminalibus. *Hort. cliff.* 496. *Roy. lugdb.* 455. ciliata.
Craſſula cauleſcens, foliis ſempervivi cruciatis. *Dill. elth.* 116. *t.* 98. *f.* 116.
*Habitat in* Æthiopia. ♃.

11. CRASSULA foliis oppoſitis patentibus connatis ſcabris ciliatis, caule retrorſum ſcabro. ſcabra.
Craſſula meſembryanthemi facie, foliis longioribus aſperis. *Dill. elth.* 117. *t.* 99. *f.* 117.
Cotyledon africana fruteſcens, foliis aſperis anguſtis acuminatis, flore vireſcente. *Mart. cent.* 24. *t.* 24.
*Habitat in* Africa?

12. CRASSULA foliis ſerrato-dentatis planis alternis, caule ſimpliciſſimo, floribus pendulis. *Hort. cliff.* 497. *. *Roy. lugdb.* 455. alternifolia.
Craſſula foliis oblongis acutis dentatis, flore ex alis ſolitario flavo. *Burm. afr.* 58. *t.* 24. *f.* 1.
Cotyledon, flore luteo, media. *Herm. lugdb.* 191.
*Habitat in* Æthiopia.

13. CRASSULA foliis ſubulatis radicalibus, caule nudo. *Hort. cliff.* 116. *Roy. lugdb.* 455. nudicaulis.

Craſſula ceſpitoſa longifolia. *Dill. elth.* 116. *t.* 98. *f.* 115.

*Habitat in* Æthiopia. ♃.

punctata. 14. CRASSULA foliis oppoſitis ovatis punctatis ciliatis: inferioribus oblongis.

Craſſula caule flaccido, foliis connatis cordatis ſucculentis, floribus confertis. *Mill. dict.*

Telephium fruteſcens, floribus ſpicatis minimis, folio triangulari craſſo. *Raj. ſuppl.* 118?

*Habitat in* Æthiopia. *Burmannus.*

Caulis *teres, lævis, ſimplex.* Folia *oppoſita, diſticha, oblonga, ſeſſilia, carnoſa, excavato-punctata, ſubtus convexa, tenerrime ciliata: floralia ovata.* Corymbi *axillares, breviſſimi, faſtigiati.* Corollæ *campanulatæ, albæ, limbo reflexo. Antheræ purpureæ.*

orbicularis. 15. CRASSULA caule flaccido prolifero determinate folioſo, foliis patentiſſimis imbricatis. *Hort. cliff* 496. *Roy lugdb.* 455.

Craſſula orbicularis repens, foliis ſempervivi. *Dill. elth.* 119. *t.* 100 *f* 118.

*Habitat in* Æthiopia. ♃.

pellucida. 16. CRASSULA caule flaccido repente, foliis oppoſitis.

Craſſula, portulacæ facie, repens. *Dill. elth.* 119. *t.* 100. *f.* 119.

*Habitat in* Æthiopia.

Portulacaria 17. CRASSULA? foliis obovatis oppoſitis, caule arboreo.

Anacampſeros caule arboreo, foliis cuneiformibus oppoſitis. *Hort. cliff.* 207. *Hort. upſ.* 147.

Craſſula portulacæ facie arboreſcens. *Dill. elth.* 120. *t.* *t.* 101. *f.* 120.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

Fructificatio *quantum novi, non dum detecta eſt; maxime ſeduceret habitus, ſi Craſſula non eſſet. Nomino hanc ut excitem alios in flores ejus inquerere quibus datur Cap. b. ſpei adeundi ocoaſio.*

## SIBBALDIA.

procumbens 1. SIBBALDIA procumbens, foliolis tridentatis. *Fl lapp.* 111. *Fl. ſvec.* 260, 275. *Hall. helv.* 342. *Roy. lugdb.* 276.

Fra-

Fragariæ ſylveſtri affinis planta, flore luteo. *Sibb. ſcot.* 2. *p.* 25. *t.* 6. *f.* 1. *Oed. dan. t.* 32.
Pentaphyloides fruticoſum minimum procumbens, flore luteo. *Pluk. alm.* 284. *t.* 212. *f.* 3.
*Habitat in Alpibus* Lapponiæ, Helvetiæ, Scotiæ. ♃.

2. SIBBALDIA erecta, foliolis linearibus multifidis. erecta.
Pentaphylloides foliis tenuiſſime laciniatis, floſculis carneis. *Amm. ruth.* 112. *t.* 15.
*Habitat in* Sibiria. *D. Gmelin.*

## *POLYGYNIA.*

### MYOSURUS.

1. MYOSURUS. minimus.
Myoſurus foliis integerrimis. *Hort. cliff.* 117. *Fl. ſuec.* 261, 276. *Roy. lugdb.* 492.
Holoſteo affinis Cauda muris. *Bauh. pin.* 190.
Cauda muris. *Dod. pempt.* 112.
*Habitat in* Europæ *collibus apricis aridis.* ☉.

## *Claſſis VI.*

# HEXANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### BROMELIA.

Ananas. 1. BROMELIA foliis ciliato-ſpinoſis mucronatis, ſpica comoſa.

Bromelia foliis ſpinoſis, fructibus connatis caulem cingentibus. *Hort. cliff.* 127. *Hort. upſ.* 73. *Roy. lugdb.* 24.

Carduus braſilianus, foliis aloës. *Bauh. pin.* 384.

Ananas acoſtæ. *Comm. hort.* 1. *p.* 109. *t.* 57.

Ananas aculeatus, fructu ovato carne albida. T. *Trew. ehret. t.* 2.

Anaſſa. *Rumph. amb.* 5 *p.* 227. *t.* 81.

Kapa- Tſiakka. *Rheed. mal.* 11. *p.* 1. *t.* 1, 2.

β. Ananas aculeatus, fructu pyramidato: carne aurea. *Tournef. inſt.* 653.

γ. Ananas aculeatus, fructu conico: carne aurea. *Pluk. ſpec.* 20.

δ. Ananas lucide virens, folio vix ſerrato. *Dill. elth.* 25. *t.* 21. *f.* 22.

Ananas non aculeatus Pitta dictus. *Plum. ſpec.* 20.

*Habitat in nova* Hiſpania, Surinamo. ♃.

Pinguin. 2. BROMELIA foliis ciliato-ſpinoſis mucronatis, racemo terminali.

Bromelia foliis aculeatis, racemo laxo terminali. *Hort. cliff* 129. *Roy. lugdb.* 25. *Brown. jam.* 193. *n.* 4.

Ananas americana ſylveſtris altera minor. *Pluk. mant.* 29 *t.* 258. *f.* 4.

Pinguin. *Dill. elth.* 320. *t.* 240. *f* 311.

*Habitat in* Jamaica, Barbados. ♃.

Karatas. 3. BROMELIA acaulis, floribus aggregatis ſeſſilibus ſubradicalibus. *Jacq. amer.* 18.

Bromelia foliis ciliato-ſpinoſis mucronatis, panicula diffuſa. *Sp. pl.* 1. *p.* 285.

Bromelia foliis ſpinoſis oblique recurvis, fructibus diſpermis racemoſis. *Hort. upſ.* 73.

Karatas foliis altiſſimis anguſtiſſimis & aculeatis. *Plum. gen.* 10?

Ca-

Caraguata-acanga. *Piſ. braſ.* 190. *t.* 191.
Mexocotl ſ. Manguei. *Hern. mex.* 272. *Moriſ. hiſt.* 2. *ſ.* 4. *t.* 22. *f.* 7.
*Habitat in* America *meridionali.* ♃.
*Fructus inter folia aculeata ad ipſam radicem locata, ut difficillime ob ſpinas recurvatas teruatur.*

4. BROMELIA foliis ſerrato-ſpinoſis obtuſis, ſpicis alternis. lingulata.
Bromelia ramoſa & racemoſa, foliis arundinaceis ſerratis. *Plum. gen* 26. *ic.* 64. *f.* 1.
*Habitat in* America *meridionali.* ♃.

5. BROMELIA foliis radicalibus dentato-ſpinoſis, cauliinis integerrimis. nudicaulis.
Bromelia pyramidata, aculeis nigris. *Plum. gen.* 46. *ic.* 62.
*Habitat in* America *meridionali.* ♃.

## TILLANDSIA.

1. TILLANDSIA culmo paniculato. utriculata.
Tillandſia foliis baſi conniventibus in utriculum. *Hort. cliff.* 129.
Viſcum caryophylloides maximum, flore tripetalo pallide luteo, ſemine filamentoſo. *Sloan. jam.* 76. *hiſt.* 1. *p.* 188. *Raj. ſuppl.* 405.
Viſci modo arboribus indicis adnaſcens. *Bauh. pin.* 423.
Caraguata multiplici ſpica, flore albo. *Plum. gen.* 10.
*Habitat in* Americæ *meridionalis arboribus.* ♃.

2. TILLANDSIA foliis ſuperne ſerrato-ſpinoſis, ſpica comoſa. ſerrata.
Tillandſia paraſitica maxima, foliis amplioribus obtuſis ciliato-ſubſpinoſis, racemo pyramidato. *Brown. jam.* 195.
Caraguata clavata & ſpicata, foliis ſerratis. *Plum. gen.* 10. *ic.* 75. *f.* 1.
*Habitat in* America *meridionali.*

3. TILLANDSIA foliis lanceolato-lingulatis integerrimis: baſi ventricoſis. *Jacq. hiſt.* 62. lingulata.
Tilandſia media paraſitica, foliis oblongis obtuſis, floribus comoſis terminalibus. *Brown. jam.* 194.
Caraguata latifolia & clavata. *Plum. gen.* 10. *ic.* 74.

Viſcum caryophylloides maximum, capitulis in ſummitate conglomeratis. *Sloan. jam.* 77. *hiſt.* 1. *p.* 189. *t.* 120. *Raj. ſuppl.* 405.
*Habitat in* Americæ *meridionalis arboribus vetuſtis.*

tenuifolia. 4. TILLANDSIA foliis filiformibus integerrimis, ſpica ſimplici laxa. *Roy. lugdb.* 25. *Jacq. hiſt. t.* 63.
Tillandſia paraſitica parva, foliis tenuiſſimis erectis, ſpica breviori ſimplici diſticha *Brown. jam.* 194.
Renealmia ſpica multiplici anguſtifolia, flore cæruleo. *Plum. gen.* 37. *ic.* 238. *f.* 2.
Viſcum caryophylloides minus, foliorum imis viridibus apicibus ſubrubicundis, flore tripetalo purpureo, ſemine filamentoſo. *Sloan. jam.* 77. *hiſt.* 1. *p.* 190. *t.* 122 *f.* 1.
*Habitat in* Americæ *meridionalis arboribus.*

paniculata. 5. TILLANDSIA foliis radicalibus breviſſimis, culmo ſubnudo, ramis ſubdiviſis adſcendentibus.
Tillandſia paraſitica major, foliis attenuatis baſi ventricoſis, racemo laxo ſpatioſo aſſurgenti. *Brown. jam.* 194.
Renealmia ramoſiſſima, foliis variegatis & circinatis. *Plum. gen* 27. *ic.* 237.
*Habitat in* America *meridionali.*

polyſtachia. 6. TILLANDSIA culmo ſpicis imbricatis lateralibus.
Viſcum caryophylloides anguſtifolium, floribus cæruleis. *Cateſb. car.* 2. *p.* 89. *t.* 89.?
Renealmia ſpica multiplici, flore albo. *Plum. gen* 37.
β. Renealmia, ſpica multiplici, alia anguſtifolia. *Plum. gen.* 37.
*Habitat in* America *calidiore.*

monoſtachia 7. TILLANDSIA foliis linearibus canaliculatis reclinatis, culmo ſimplici imbricato, ſpica ſimplici.
Renealmia non ramoſa ſquamata, & floribus niveis. *Plum. gen.* 37. *ic.* 238. *f* 1.
*Habitat in* America *meridionali.*

recurvata. 8. TILLANDSIA foliis ſubulatis ſcabris reclinatis, culmis unifloris, glumis bifloris. *Roy lugdb.* 25.
Tillandſia paraſitica parva pruinoſa, ſcapo tenui bifloro. *Brown. jam.* 194.
Viſcum caryophylloides minus, foliis pruinæ inſtar can-

candicantibus, flore tripetalo purpureo, ſemine filamentoſo. *Sloan. jam.* 77. *hiſt.* 1. *p.* 190. *t.* 121. *f.* 1. *Raj. ſuppl.* 406.
*Habitat in* Jamaicæ *arboribus.*

5. TILLANDSIA filiformis ramoſa intorta ſcabra. *Hort cliff.* 129. *Gron. virg.* 36. *Barr. æquin.* 99. *Roy. lugdb.* 25. usneoides.
Renealmia paraſitica, caule filiformi ramoſo geniculato longiſſimo, foliis ſubulatis. *Brown. jam.* 192.
Viſcum caryophylloides tenuiſſimum e ramis arborum muſci in modum dependens, foliis pruinæ inſtar candicantibus, flore tripetalo, ſemine filamentoſo. *Sloan. jam.* 77. *hiſt.* 1. *p.* 191. *t.* 122. *f.* 2. 3. *Raj. ſuppl.* 406.
Cuſcuta, ramis arborum innaſcens, caroliniana, filamentis lanugine tectis. *Pluk. alm.* 126. *t.* 26. *f.* 5.
Camanbaya. *Marcgr. braſ.* 46. *Pet. gaz. t.* 62. *f.* 12.
*Habitat in* Virginiæ, Jamaicæ, Braſiliæ *arboribus.*
Renealmiæ *Plumieri ſolo fructu, eoque minus diverſo, differunt ab ejusdem Caraguatis, conſultius viſum hæc duo genera combinare, quam difficile & tamen ambigue diſtinguere.*

## BURMANNIA.

1. BURMANNIA ſpica gemina. *Burm. zeyl.* 50. *t.* 20. *f.* 1. *Fl. zeyl.* 128. diſticha.
Burmannia ſpica duplici. *Hort. cliff.* 128. *Roy. lugdb.* 125.
Planta zeylanica aquatica, lato & brevi gramineo folio. *Raj. ſuppl.* 559.
*Habitat in* Zeylonæ *paludoſis.*

2. BURMANNIA flore gemino. biflora.
Burmannia flore duplici. *Hort. cliff.* 128.
Burmannia ſcapo bifloro. *Gron. virg.* 36.
*Habitat in* Virginiæ *paludoſis.*

## TRADESCANTIA.

1. TRADESCANTIA erecta lævis, floribus congeſtis. virginiana.
Tradeſcantia. *Hort. cliff.* 127. *Hort. upſ.* 73. *Gron. virg.* 36. *Roy. lugdb.* 37.

Ephe-

Ephemerum phalangoides tripetalum non repens virginianum gramineum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 606. *ſ.* 15. *t.* 2. *f.* 4.
Allium ſ. Moly virginianum. *Bauh. pin.* 506.
*Habitat in* Virginia. ♃.

malabarica. 2. TRADESCANTIA erecta lævis, pedunculis ſolitariis longiſſimis.
Tali-pulli. *Rheed. mal.* 9. *p.* 123. *t.* 63.
*Habitat in* Malabaria.

geniculata. 3. TRADESCANTIA hirſuta procumbens. *Jacq. amer.* 18. *hiſt. t.* 64.
Ranunculus ſ. Damaſonium repens, parnaſſiæ foliis villoſis. *Plum. ic.* 116. *f.* 2.
*Habitat in* America *meridionali.*

## PONTEDERIA.

ovata. 1. PONTEDERIA foliis ovatis, floribus capitatis.
Narukila. *Rheed. mal.* 11. *p.* 67. *t.* 34. *Raj. ſuppl.* 573.
*Habitat in* Malabariæ *aquoſis.* ♃.

cordata. 2. PONTEDERIA foliis cordatis, floribus ſpicatis.
Pontederia floribus ſpicatis. *Hort. cliff.* 133. *Gron. virg.* 37. *Roy. lugdb.* 37. *Cold. noveb.* 69.
Gladiolus lacuſtris virginianus cæruleus, ſagittæ folio. *Pet. gaz.* 1. *t.* 1. *f.* 12.
Sagittæ ſimilis planta paluſtris virginiana, ſpica florum cærulea. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 618. *ſ.* 15. *t.* 4. *f.* 8.
Plantagini aquaticæ quodammodo accedens, floribus cæruleis hyacinthi ſpicatis. *Plum. mant.* 152. *t.* 349. *f. ult.*
*Habitat in* Virginiæ *aquoſis.* ♃.

[illegible] 3. PONTEDERIA foliis haſtatis, floribus umbellatis.
Pontederia floribus umbellatis. *Fl. zeyl.* 129.
Sagittæ quodammodo ſimilis planta maderaſpatana, floribus medio caule quaſi ex utriculo prodeuntibus. *Pluk. alm.* 326. *t.* 220. *f.* 8. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 618. *ſ.* 15. *t.* 4. *f.* 7.
Carimgola. *Rheed. mal.* 11. *p.* 91. *t.* 44.
*Habitat in* India. ♃.

## HÆMANTHUS.

coccineus. 1. HÆMANTHUS foliis linguiformibus planis lævibus. *Roy. lugdb.* 42.

Ha-

Hæmanthus foliis obtuſis baſi truncatis. *Comm. hort.* 2. *p.* 127. *t.* 64.
Narciſſus indicus puniceus. *Ferr. cult.* 137.
Narciſſus indicus ſerpentarius. *Hern. mex.* 885. *t.* 899.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♃.

2. HÆMANTHUS foliis linguiformibus ciliatis. ciliatus.
Lilium africanum ſphæricum, floribus obſolete puniceis minoribus. *Herm. lugdb.* 375.
Bulbus oblongus æthiopicus, foliis guttatis & cilii inſtar piloſis. *Breyn. cent. t.* 39.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. *Burmannus.* ♃.
Bulbus *magnus.* Folia *præcedentis, ſed ciliata (ut in Amaryll. guttata, cui folia anguſtiora & fere narciſſina):* Cilia *in hac fuſca, in Amaryllide pallida.* Flores *nobis non protulit; ex herbario Oldenlandi, in quo Flores Hæmanthi eidem paginæ cum foliis adglutinati, hujus generis judico.*

3. HÆMANTHUS foliis lanceolato-ovatis undulatis erectis. *Hort. cliff.* 127. *Hort. upſ.* 78. *Roy. lugdb.* 42. puniceus.
Hæmanthus colchici foliis, perianthio herbaceo. *Dill. elth.* 167. *t.* 140. *f.* 2. *Trew. ehret.* 44.
Hyacintho affinis africana, caule maculato. *Seb. muſ.* 1. *p.* 20. *t.* 12. *f.* 1, 2, 3.
Satyrium e guinea. *Swert. flor.* 1. *p.* 62. *f.* 3. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 491. *ſ.* 12. *t.* 12. *f.* 11. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 210. *f.* 3.
*Habitat in* Guinea. ♃.

4. HÆMANTHUS foliis linearibus carinatis. *Mill. dict. t.* carinatus.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♃.

## GALANTHUS.

1. GALANTHUS. *Hort. cliff.* 134. *Hort. upſ.* 73. *Roy. lugdb.* 35. nivalis.
Leucojum bulboſum trifolium minus. *Bauh. pin.* 56.
Erangelia. *Reneal. ſpec.* 97. *t.* 96.
*Habitat ad radices Montium* Veronæ, Tridenti, Carniolæ, Viennæ. ♃.

LEU-

## LEUCOJUM.

vernum. 1. LEUCOJUM ſpatha uniflora, ſtylo clavato.
Leucojum. *Hort. cliff.* 135. *Hort. upſ.* 74. *Roy lugdb.* 35.
Leucojum bulboſum vulgare. *Baub. pin.* 55. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 95. *f.* 1.
Leucojum bulboſum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 169.
*Habitat in* Germaniæ, Helvetiæ, Italiæ *umbroſis pratis, ad rivulos.*

æſtivum. 2. LEUCOJUM ſpatha multiflora, ſtylo clavato.
Leucojum bulboſum majus ſ. multiflorum. *Baub. pin.* 55.
Leucojum bulboſum ſerotinum majus 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 170.
Polyanthemum. *Renealm. ſpec.* 99. *t.* 100.
*Habitat in* Pannonia, Hetruria, Monſpelii. ♃.
*Folia hujus lata ut in L. verno, nec filiformia ut in L. autumnali.*

autumnale. 3. LEUCOJUM ſpatha multiflora, ſtylo filiformi. *Lœfl. it.* 136.
Leucojum bulboſum autumnale. *Baub. pin.* 56.
Leucojum bulboſum autumnale tenuifolium. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 170.
Tricophyllum. *Reneal. ſpec.* 101. *t.* 100.
*Habitat in* Luſitania. ♃.

## NARCISSUS.

poëticus. 1. NARCISSUS ſpatha uniflora, nectario rotato breviſſimo ſcarioſo crenulato. *Hort. upſ.* 74.
Narciſſus foliis enſiformibus, floris nectario rotato breviſſimo. *Hort. cliff.* 134. *Roy. lugdb.* 35. *Sauv. monſp.* 17.
Narciſſus albus, circulo purpureo. *Baub. pin.* 48.
Narciſſus medio purpureus. *Dod. pempt.* 223.
β. Narciſſus medio purpureus multiplex. *Baub. pin.* 54.
*Habitat in* G. Narbonenſi, Italia. ♃.

Pſeudo Narciſſus. 2. NARCISSUS ſpatha uniflora, nectario campanulato erecto criſpo æquante petala ovata.
Narciſſus foliis enſiformibus, florum nectario longitudine petalorum. *Hort. cliff.* 134. *Hort. upſ.* 74. *Sauv. monſp.* 17.
Narciſſus ſylveſtris pallidus, calyce luteo. *Baub. pin.* 52.
Narciſſus luteus ſylveſtris. *Dod. pempt.* 227. *f.* 12.

β. Nar-

β. Narciſſus ſylveſtris multiplex, calice carens. *Bauh. pin.* 54.
γ. Narciſſus luteus ſylveſtris, duplici ſ. triplici tubo aureo. *Bauh. pin.* 54.
*Habitat in* Galliæ, Angliæ, Hiſpaniæ, Italiæ *nemoribus*. ♃.

3. NARCISSUS ſpatha uniflora, nectario campanulato margine patulo criſpo æquante petala. bicolor.
Narciſſus albus, calyce flavo, alter. *Bauh. pin.* 52.
Narciſſus major totus luteus, calyce prælongo. *Bauh. pin.* 52. *Rud. elyſ.* 2. *p.* 71. *f.* 9.
*Habitat in* Europa *auſtrali*. ♃.
*Similis N.* Pſeudo-Narciſſo, *ſed Petala alba; Nectarium ſaturate luteum, majus: limbo patulo, undulato, crenato.*

4. NARCISSUS ſpatha uniflora, nectario obconico erecto criſpo ſexfido æquante petala lanceolata. minor.
Narciſſus parvus totus luteus. *Bauh. pin.* 53. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 72. *f.* 11.
Narciſſus ſylveſtris pallidus minimus. *Barr. ic.* 976.
Pſeudo-Narciſſus minor hiſpanicus latifolius. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 165.
Bulbocodium minus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 597.
*Habitat in* Hiſpania. ♃.
*Affinis maxime N.* Pſeudo-Narciſſo, *ſed triplo omnibus partibus minor. Scapus vix ſtriatus. Spatha virens. Flos magis nutans. Petala baſi inter ſe diſtincta, lanceolata, recta, nec obliqua aut ovata. Nectarii margo ſexifidus, undulatus, criſpus.*

5. NARCISSUS ſpatha uniflora, nectario cylindrico truncato ſubrepando æquante petala oblonga. moſchatus.
Narciſſus totus albus, nutante flore, longa tuba. *Barr ic.* 945, 946, 954, 953, 921, 922.
Narciſſus albus, calyce flavo, moſcari odore. *Bauh. pin.* 52. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 69. *f.* 6. & 73. *f.* 15, 16.
Narciſſus flavus, tubo rotundo. *Bauh. pin.* 52. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 68. *f.* 3. 4.
*Habitat in* Hiſpania. ♃.
*Nectarium cylindricum, ore obſolete repando, non dentato aut criſpo.*

6. NARCISSUS ſpatha multiflora nectario campanulato ſubcrenato æquante petala, foliis planis. calathinus.

Nar-

Narciſſus anguſtifolius flavus, magno caule. *Bauh. pin.* 51. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 60. *f.* 5.
Narciſſus IX anguſtifolius 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 158.
*Habitat in* Europa *auſtrali*, Oriente. ♃.
*Simillimus N.* Tazettæ, *ſed Petala paulo majora & acutiora. Nectarium longitudine petalorum.*

Tazetta, 7. NARCISSUS ſpatha multiflora, nectario campanulato truncato breviore petalis, foliis planis.
Narciſſus foliis enſiformibus, florum nectario campanulato erecto petalis longe breviore. *Hort. cliff.* 134.
Narciſſus medio luteus, copioſo flore: odore gravi. *Bauh. pin.* 50. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 57. *f.* 11.
Narciſſus luteus polyanthos luſitanicus. *Bauh. pin.* 50.
Narciſſus latifolius, flore prorſus albo 1, 2. *Cluſ. hiſt.* 1 *p.* 155.
*Habitat in* G. Narbonenſis, Luſitaniæ, Hiſpaniæ *maritimis ſubhumidis.* ♃.
*Nectarium triplo brevius eſt petalis.*

odorus, 8. NARCISSUS ſpatha ſubmultiflora, nectario campanulato ſexfido lævi dimidio breviore petalis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 311.
Narciſſus polyanthos, flore minore ſtellato toto luteo. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 60. *f.* 7.
*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♃.
*Flos luteus, triplo major flore N.* Tazettæ, *varians ſpatha uniflora & multiflora. Nectarium non fimbriatum, ſed ore diviſo lobis ſex obtuſis.*

triandrus. 9. NARCISSUS ſpatha ſubuniflora nectario campanulato crenulato, dimidio breviore petalis, ſtaminibus ternis.
Narciſſus juncifolius, albo flore reflexo. *Cluſ. app. alt.*
Narciſſus albus, oblongo calice. *Bauh. pin.* 53. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 72. *f.* 12.
*Habitat in* Pyrenæis. ♃.
*Magnitudo N. poëtici, ſed Folia dimidio anguſtiora, canaliculata. Spatha (mihi) uniflora. Corolla tota nivea. Petala ovato-oblonga. Nectarium campanulatum, corolla dimidio brevius, margine recto inæqualiter crenulato. Stamina tria (mihi ut Cluſio), raro ſex, quæ tamen in quibuſdam vidi individuis. Antheræ luteæ, nectario breviores.*

10. NAR-

10. NARCISSUS ſpatha ſubmultiflora, nectario campanulato ſubtrifido integerrimo, dimidio breviore petalis. trilobus.

Narciſſus anguſtifolius pallidus, calyce flavo. *Baub. pin.* 51. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 61. *f.* 3.

*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♃.

*Similis N.* Jonquillæ, *ſed Nectarium cylindricum, longitudine plus, quam dimidiæ petalorum, non criſpum, ſed obſolete trilobum.*

11. NARCISSUS ſpatha multiflora, nectario hemiſphærico crenato, breviore petalis, foliis ſemiteretibus. Jonquilla

Narciſſus foliis ſubulatis, florum nectario breviſſimo. *Hort. cliff.* 134. *Roy. lugdb.* 35. *Sauv. monſp.* 19.

Narciſſus juncifolius luteus minor. *Baub. pin.* 51.

Narciſſus juncifolius, oblongo calice, luteus major. *Baub. pin.* 51.

Narciſſus juncifolius minor & 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 159.

*Habitat inter* Hiſpalin *&* Gades, *inter* Guadaloupam *&* Toletum, *inque* Oriente *locis uliginoſis.* ♃.

12. NARCISSUS ſpatha uniflora, nectario breviſſimo ſexpartito. *Læfl. it.* 19. ſerotinus.

Narciſſus albus autumnalis minimus. *Baub. pin.* 51. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 64. *f.* 8.

Narciſſus ſerotinus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 162.

Narciſſus autumnalis minor. *Cluſ. hiſp.* 251. *t.* 252.

*Habitat in* Hiſpania, Jtalia, Barbaria. ♃.

13. NARCISSUS ſpatha uniflora, nectario turbinato petalis majore, genitalibus declinatis. Bulbocodium.

Narciſſus foliis ſubulatis, nectario maximo patulo, genitalibus declinatis. *Hort. cliff.* 134. *Roy. lugdb.* 35.

Narciſſus montanus alter, flore fimbriato. *Baub. pin.* 53.

Narciſſus montanus juncifolius, calice aureo. *Baub. pin.* 53. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 75. *f.* 5, 7.

Pſeudo-Narciſſus juncifolius 2, flavo flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 166.

*Habitat inter* Ulyſſiponem *&* Hiſpalim. ♃.

## PANCRATIUM.

1. PANCRATIUM ſpatha uniflora, petalis reflexis. *Fl. zeyl.* 126. zeylanicum.

Narciſſus zeylanicus, flore albo hexagono odorato. *Herm. lugdb.* 691. *t.* 693. *Comm. hort.* 1. *p.* 75. *t.* 38. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 179. *f.* 7.
Lilium indicum. *Rumph. amb.* 6. *p.* 161. *t.* 70. *f.* 2.
Catulli-pola. *Rheed. mal.* 11. *p.* - *t.* 40.
*Habitat in* India. ♃.

mexicanum. 2. PANCRATIUM ſpatha biflora. *Hort. cliff.* 133. *Roy. lugdb.* 34.
Pancratium mexicanum, flore gemello candido. *Dill. elth.* 299. *t.* 222. *f.* 289.
*Habitat in* Mexico. ♃.

caribeum. 3. PANCRATIUM ſpatha multiflora, foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 133. *Brown. jam.* 194 *n.* 1.
Narciſſus americanus, flore multiplici albo hexagono odorato. *Comm. hort.* 2. *p.* 173. *t.* 87.
Narciſſus totus albus latifolius polyanthos major odoratus. *Sloan. jam.* 115. *hiſt.* 1. *p.* 244. *Mort. cent.* 27. *t.* 27.
*Habitat in* Jamaica, Caribæis. ♃.

maritimum. 4. PANCRATIUM ſpatha multiflora, petalis planis, foliis lingulatis. *Mill. dict. t.* 197.
Narciſſus maritimus. *Bauh. pin.* 54.
Lilio-Narciſſus albus maritimus minor. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 365. *ſ.* 4. *t.* 10. *f.* 28. *.
Hemerocallis valentina. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 167.
*Habitat in* Hiſpaniæ *maritimis circa* Valentiam & *infra* Monſpelium. ♃.

carolinianum. 5. PANCRATIUM ſpatha multiflora, foliis linearibus, ſtaminibus nectarii longitudine.
Lilio-Narciſſus polyanthos, flore albo. *Catesb. car.* 3. *p.* 5. *t.* 5.
*Habitat in* Jamaica, Carolina. ♃.

illyricum. 6. PANCRATIUM ſpatha multiflora, foliis enſiformibus, ſtaminibus nectario longioribus. *Roy. lugdb.* 34.
Pancratium foliis enſiformibus, ſpatha multiflora, floribus magnis candidis fragrantibus. *Threw. ehret. t.* 27.
Narciſſus illyricus liliaceus. *Bauh. pin.* 55. *Seb. theſ.* 1. *p.* 17. *t.* 8. *f.* 1.

Li-

Lilionarciſſus hemerocallidis facie. *Beſl. eyſt. vern.* 3. *t.* 16. *f.* 1.
*Habitat in* Illyria? ♃.

7. PANCRATIUM ſpatha multiflora, foliis ovatis nervoſis petiolatis. amboinenſe.
Narciſſus amboinenſis, folio latiſſimo ſubrotundo. *Comm. hort.* 1. *p.* 77. *t.* 39. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 238. *f.* 17.
β. Pancratium foliis ovatis acuminatis petiolatis, ſpatha multiflora, floribus minoribus candidis fragrantibus. *Trew. ehret. t.* 28.
Cepa ſylveſtris. *Rumph. amb.* 6. *p.* 160. *t.* 70. *f.* 1.
*Habitat in* Amboina.

## CRINUM.

1. CRINUM foliis ovato-lanceolatis acuminatis ſeſſilibus planis. latifolium.
Sjovanna-pola-tali. *Rheed. mal.* 11. *p.* 77. *t.* 39. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 91. *f.* 12.
*Habitat in* Aſiæ *arenoſis*. ♃.
Folia 3. *ſ.* 4. *digitos transverſos lata, a baſi ſenſim attenuata.* Antheræ *filiformes, lineares, incumbentes, longitudine dimidii filamenti ſ. corollæ.*

2. CRINUM foliis carinatis. *Fl. zeyl.* 127. *Mill. dict. t.* 110. *Oſb. it.* 94. aſiaticum.
Lilium zeylanicum bulbiferum & umbelliferum. *Herm. lugdb.* 682. *t.* 683. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 182. *f.* 10.
Radix toxicaria. *Rumph. amb.* 11. *p.* 155. *t.* 69.
*Habitat in* Malabaria, Zeylona, America. ♃.
*Bulbi intra capſulas generantur.*

3. CRINUM corollarum apicibus introrſum ungviculatis. americanum
Crinum *Hort. cliff* 127. *Hort. upſ.* 76. *Roy. lugdb.* 37.
LilioAſphodelus americanus ſempervirens maximus polyanthus albus. *Comm. rar.* 14. *t.* 14 *Dill. elth.* 194. *t.* 160. *f.* 195.
β. LilioAſphodelus americanus ſempervirens minor albus. *Comm. rar.* 15. *t.* 15.
*Habitat in* America. ♃.

4. CRINUM foliis ſublanceolatis planis, corollis obtuſis. africanum.

Polianthes floribus umbellatis. *Vir. cliff.* 29. *Hort. cliff.* 126 *Roy. lugdb* 27. *Mill dict. t.* 210.
Hyacinthus africanus tuberoſus, flore cæruleo umbellato. *Breyn prodr.* 1. *p.* 39. *icon.* 23. *t.* 10. *Comm. hort* 2. *p* 132. *t* 67 *Seb. theſ.* 1. *p* 29. *t.* 19. *f.* 4.
Hyacintho affinis, tuberoſa radice, africana, umbella cærulea inodora. *Pluk. alm.* 187. *t.* 195. *f.* 1.
*Habitat in* Æthiopia. ♃.

## AMARYLLIS.

capenſis. 1. AMARYLLIS ſpatha uniflora remotiſſima, corolla æquali, ſtaminibus piſtilloque rectis. *Amœn. acad.* 6. *afr.* 11. *.
Siſyrinchium indicum. *Cornut. canad.* 168. *Moriſ. hiſt.* 2 *p.* 421. *ſ.* 4. *t* 23. *f.* 9. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 236. *f.* 17.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.

lutea. 2. AMARYLLIS ſpatha uniflora, corolla æquali, ſtaminibus declinatis. *Hort. cliff.* 135. *Roy lugdb.* 36.
Narciſſus autumnalis major. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 164
Colchicum luteum 1. majus. *Bauh. pin.* 69.
*Habitat in* Hiſpania, Italia, Thracia. ♃.

Atamaſco. 3. AMARYLLIS ſpatha uniflora, corolla æquali, piſtillo declinato. *Hort. cliff.* 135. *Gron. virg.* 36. *Roy. lugdb* 36.
LilioNarciſſus virginienſis. *Cateſb. car.* 3 *p.* 12. *t.* 12.
Lilio Narciſſus vernus anguſtifolius, flore purpuraſcente. *Barr. t.* 994.
LilioNarciſſus liliflorus carolinianus, flore albo ſingulari cum rubedine diluto. *Pluk. alm.* 220. *t.* 43. *f.* 3.
Lilio Narciſſus indicus pumilus monanthos albus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 266. *ſ.* 4. *t.* 24. *f.* 4.
*Habitat in* Virginia. ♃.

formoſiſſima. 4. AMARYLLIS ſpatha uniflora, corolla inæquali, petalis tribus genitalibusque declinatis. *Hort. cliff.* 135. *Hort. upſ.* 75. *Act. ſtockh.* 1742. *p.* 93. *t.* 6. *Roy. lugdb.* 36.
LilioNarciſſus jacobæus, flore ſangvineo nutante. *Dill elth.* 195. *t.* 162 *f.* 196.
Narciſſus jacobæus major. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 89. *f.* 10.
*Habitat in* America *meridionali, innotuit europæis* 1593. ♃.
*Squamæ totidem quot filamenta, e receptaculo ortæ, filamentorum baſi arcte adſident, an ſic in reliquis?*

5. A-

5. AMARYLLIS ſpatha multiflora, corollis campanulatis æqualibus undulatis, genitalibus declinatis. *Mill. dict. t.* 24. *reginæ.*

Lilium americanum, puniceo flore, Belladonna dictum. *Herm. par.* 194. *t.* 194.

*Habitat in* Caribæis.

*Differt ab A. Belladonna marginibus petalorum undulatis, nec ad ungues recurvatis.*

6. AMARYLLIS ſpatha multiflora, corollis campanulatis æqualibus ungue reflexis, genitalibus declinatis. *Hort. cliff.* 135. *Roy. lugdb.* 36. *Mill. dict. t.* 23. *Bella donna*

LilioNarciſſus polyanthos, flore incarnato: fundo ex luteo albeſcente. *Sloan. jam.* 115. *hiſt.* 1. *p.* 244. *Seb. theſ.* 1. *p.* 25. *t.* 17. *f.* 1.

Lilium rubrum. *Merian. ſurin.* 22. *t.* 22.

*Habitat in* Caribæis, Barbados, Surinama. ♃.

7. AMARYLLIS ſpatha multiflora, corollis revolutis, genitalibus erectis. *Hort. upſ.* 75. *ſarnienſis.*

Amaryllis ſpatha multiflora, corollis æqualibus patentiſſimis revolutis, genitalibus longiſſimis. *Hort. cliff.* 131. *Roy. lugdb.* 36.

Narciſſus japonicus, rutilo flore. *Corn. canad.* 157. *t.* 158. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 23. *f.* 14. *Ehret. ſelect. t.* 9. *f.* 2. *Kæmpf. amæn.* 872. *Seb. muſ.* 1. *t.* 17. *f.* 3.

Lilium ſarnienſe. *Dugl. monogr. t.* 1. 2.

*Habitat in* Japonia, *nunc in* Sarnia *inſula Angliæ.* ♃.

8. AMARYLLIS ſpatha multiflora, corollis campanulatis æqualibus, genitalibus declinatis, ſcapo tereti ancipiti. *Roy. lugdb.* 36. *zeylanica.*

LilioNarciſſus zeylanicus latifolius, flore niveo externe linea purpurea ſtriato. *Comm. hort.* 1. *p.* 73. *t.* 37. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 191. *f.* 9.

Tulipa javana. *Rumph. amb.* 5. *p.* 20. *t.* 105.

β. LilioNarciſſus africanus, ſcillæ foliis, flore niveo linea purpurea ſtriato. *Ehret. pict.* 5. *f.* 2. *Trew. ehret. t.* 13.

*Habitat in* Zeylona. ♃.

9. AMARYLLIS ſpatha multiflora, corollis campanulatis æqualibus, genitalibus declinatis, ſcapo compreſſo longitudine umbellæ. *Roy. lugdb.* 36. *Ehret. pict. t.* 13. *longifolia*

Lilium africanum humile, longiſſimis foliis, polyanthos ſaturato colore purpuraſcens. *Herm. parad.* 195. *t.* 195.
*Habitat in* Æthiopia. ♃.

orientalis. 10. AMARYLLIS ſpatha multiflora, corollis inæqualibus, foliis lingviformibus. *Büttn. cunon.* 215.
Amaryllis ſpatha multiflora, foliis ovato-oblongis obtuſis. *Roy. lugdb.* 37.
LilioNarciſſus indicus maximus ſphæricus, floribus plurimis rubris liliaceis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 568. *ſ.* 4. *t.* 10. *f.* 35.
Narciſſus indicus orientalis. *Svert. flor.* 31. *f.* 1.
Brunſvigia. *Heiſt.*
*Habitat in* India. ♃.

ciliaris. 11. AMARYLLIS ſpatha multiflora, foliis ciliatis.
*Habitat in* Æthiopia.
*Folia plana, linearia, pollicis latitudine, bipalmaria longitudine, adeoque figura Amaryllidis, non vero Hæmanthi, ſed margine undique ciliata, ciliis albis nec ferrugineis; adeoque longe recedit ab Hæmantho ciliari; neutra tamen nobis floruit.*

## BULBOCODIUM.

vernum. 1. BULBOCODIUM foliis lanceolatis. *Roy. lugdb.* 41.
Bulbocodium. *Hort cliff.* 133.
Colchicum vernum hiſpanicum. *Bauh. pin.* 69. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 128. *f.* 2.
Colchicum vernum. *Cluſ. hiſt.* 2. *app.* 203.
*Habitat in* Hiſpania. ♃.

## APHYLLANTHES.

monſpelienſis. 1. APHYLLANTHES. *Hort. cliff.* 493. *Sauv. monſp.* 8.
Aphyllanthes monſpelienſium. *Lob. adv.* 190. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 336.
Caryophyllus cæruleus monſpelienſium. *Bauh. pin.* 209. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 562. *ſ.* 5. *t.* 25. *f.* 12.
*Habitat* Monſpelii *prope Caſtelneuf locis montoſis ſaxoſis ſterilibus.*
Radix *repens. Culmi nudi, ſimplices, cincti baſi vaginis uti Juncus. Gluma bivalvis, biflora; Gluma propria etiam bivalvis. Juncus eſſet ſi Corolla careret.*

AL-

## ALLIUM.

* *Foliis caulinis planis.*

1. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbella globoſa, ſtaminibus tricuſpidatis, petalis carina ſcabris. Ampeloprafum.
Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis gramineis, floribus ſphærice congeſtis, radice laterali ſolida. *Hall. all.* 5. *opuſc.* 344.
Porrum radice laterali ſolida, foliis linearibus, caule erecto, umbella ſubgloboſa. *Roy. lugdb.* 40.
Allium ſphærico capite, folio latiore ſ. Scorodopraſum alterum. *Bauh. pin.* 74. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 151. *.
Scorodopraſum latifolium ſpontaneum italicum, floribus dilute purpureis odoratis. *Mich. gen.* 25. *t.* 24. *f.* 5.
*Habitat in* Oriente, *inque inſula* Holms *Angliæ.* ♃.
*Stamina corolla paullo longiora.*

2. ALLIUM caule planifolio umbellifero, ſtaminibus tricuſpidatis, radice tunicata. *Hort. upſ.* 77. *Mat. med.* 165. Porrum.
Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis gramineis, floribus ſphærice congeſtis, radice tunicata cauli circumnata. *Hall. all.* 7.
Porrum radice ambiente tunicata oblonga ſolitaria. *Hort. cliff.* 136. *Roy. lugdb.* 40.
Porrum commune capitatum. *Bauh. pin.* 72.
Porrum ſativum latifolium. *Bauh. pin.* 72.
*Habitat* - - - -
*Affinis nimium præcedenti & forte ſola varietas. Petala carina ſcabra.*

3. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbella globoſa, ſtaminibus tricuſpidatis corolla duplo longioribus. lineare.
Allium ſtaminibus alterne trifidis, radice tunicis reticulatis obducta. *Hall. all.* 9.
Porrum caule tereti folioſo, foliis linearibus planis, umbella globoſa, ſtaminibus corolla longioribus. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 56. *t.* 13. & 14. *f.* 1.
*Habitat in* Sibiria.

4. ALLIUM caule planifolio umbellifero ſtaminibus tricuſpidatis, umbella ſubgloboſa, floribus lateralibus nutantibus. rotundum.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, ſpica ſphærica, foliis gramineis, radice multiplici. *Hall. opuſc.* 350. *n.* 8.

Allium montanum, capite rotundo. *Bauh. pin.* 75.

Scorodopraſum latifolium ſpontaneum italicum, floribus dilute purpureis odoratis. *Mich. gen.* 25. *t.* 24. *f.* 1.

*Habitat in* Europa *auſtraliori.* ♃.

Victorialis. 5. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbella rotundata, ſtaminibus lanceolatis corolla longioribus, foliis ellipticis *Mat. med.* 163.

Allium foliis caulinis lanceolatis, floribus umbellatis. *Roy. lugdb.* 39.

Allium radice oblonga reticulo obducta. *Hall. all.* 20.

Allium montanum latifolium maculatum. *Bauh. pin.* 74.

Allium anguinum. *Cam. epit.* 329.

*Habitat in Alpibus* Helvetiæ, Italiæ.

*Huic Folia in toto genere latiſſima colchici.*

ſubhirſutum 6. ALLIUM caule planifolio umbellifero, foliis inferioribus hirſutis, ſtaminibus ſubulatis. *Oſb. it.* 49.

Allium foliis radicalibus ſubhirſutis, caulinis glabris, floribus umbellatis. *Hall. all.* 18.

Allium foliis lanceolato-linearibus, florum umbella faſtigiata. *Roy. lugdb.* 39.

Moly angſtifolium umbellatum. *Bauh. pin.* 75.

Moly dioſcoridis. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 192.

*Habitat in* Africa, Italia, Hiſpania, Oriente.

magicum. 7. ALLIUM caule planifolio umbellifero, ramulo bulbifero ſtaminibus ſimplicibus.

Allium caule tereti, propagine ex ala. *Hort. cliff.* 137. *Roy. lugdb.* 39. *Sauv. monſp.* 18.

Allium foliis caulinis lanceolatis, floribus umbellatis, ex ala bulbiferum. *Hall. all.* 19.

Moly latifolium liliflorum. *Bauh. pin.* 75.

Moly indicum, flore purpureo. *Swert. Fl.* 61.

β. Caucaſon. *Lob. ic.* 162.

*Habitat* - - - -

*Caulis teres, nudus, pedalis, infirmus. Folia radicalia canaliculata, ampla, obtuſa. Capitulum bulbiferum. Sauv.*

obliquum. 8. ALLIUM caule planifolio umbellifero, ſtaminibus filiformibus flore triplo longioribus, foliis obliquis

Al-

Allium radice tunicata, foliis planis linearibus caulinis, capitulo umbellato. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 49. *t.* 9.

*Habitat in* Sibiria.

Caulis *bipedalis*, *teres*. Folia *alterna*, *plano-canaliculata*, *obliqua*: *Vaginis teretibus*. Umbella *globoſa*; Spatha *globoſa*, *purpurea*, *acuminata*. Petala *ovata*, *erecta*, *concava*, *flava carina viridi*. Filamenta *albida*, *corolla duplo longiora*. *Antheræ luteæ*. Germen *ſubgloboſum*.

9. ALLIUM caule ſubplanifolio umbellifero, ſtaminibus ſubulatis longioribus, umbella globoſa, foliis linearibus ſubconvexis. ramoſum.

Allium ſcapo nudo tereti farcto, foliis ſemicylindricis, ſtaminibus corolla longioribus. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 52. *t.* 9. *f.* 1.

*Habitat in* Sibiria. *G. Demidoff.*

Caulis *ferme bipedalis*, *teres*. Folia *alterna*, *planiuſcula*, *canaliculata*, *ſubtus convexa*, *margine obtuſa*. Umbella *globoſa*. Petala *ovata*, *purpuraſcentia carina ſaturatiore*. Filamenta *purpurea*, *corolla parum longiora*. *Antheræ violaceæ*. Germen *ſubrotundum*: *maculis* 3, *viridibus*. *E medio caule ex ala folio oppoſita* Ramus *nudus*, *longitudine caulis*.

10. ALLIUM caule planifolio bulbifero, bulbo compoſito, ſtaminibus tricuſpidatis. *Hort. upſ.* 76. *Mat. med.* 164. ſativum.

Allium radicis bulbo multipartito, capitulo bulbifero, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 137. *Roy. lugdb.* 39.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis gramineis, capite bulbifero, radicibus in unum bulbum congruentibus. *Hall. all.* 1.

Allium ſativum. *Bauh. pin.* 73.

Allium. *Cam. epit.* 328.

*Habitat in* Sicilia.

11. ALLIUM caule planifolio bulbifero, foliis crenulatis: vaginis ancipitibus, ſtaminibus tricuſpidatis. *Hort. upſ.* 77. Scorodopraſum.

Allium capitulo bulboſo erecto, foliis planis ſubcrenatis: vaginis ancipitibus. *Fl. ſuec.* 266, 278. *. *It. œl.* 60.

Allium montanum bicorne latifolium, flore dilute purpuraſcente. *Bauh. pin.* 74. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 155. *

β. Allium ſtaminibus alterne trifidis, capite bulbifero, ſcapo ante maturitatem contorto. *Hall. all.* 2.
Allium ſativum alterum ſ. Allioprafum caulis ſummo circumvoluto. *Bauh. pin.* 73.
Allii genus Ophioſcorodon dictum quibusdam. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 559.
Porrum radice laterali cordata ſolida, pedunculo revoluto, capite bulbifero. *Hort. cliff.* 136.
*Habitat in* Oelandia, Dania, Pannonia.

arenarium. 12. ALLIUM caule planifolio bulbifero, vaginis teretibus, ſpatha mutica, ſtaminibus tricuſpidatis. *It. ſcan.* 227. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 279 *.
Allium ſtaminibus alterne trifidis, capite bulbifero, foliis gramineis leviter ſerratis. *Hall. all.* 3.
Allium montanum bicorne latifolium, flore dilute purpuraſcente. *Bauh. pin.* 74.
Porrum planifolium, ſtaminibus alterne trifidis, umbella bulbifera, *Rupp. hall.* 154. *t.* 2. *f.* 2.
*Habitat in* Thuringia; *in Falſtria* Scaniæ.
*Caulis ante antheſin cernuus.*

carinatum. 13. ALLIUM caule planifolio bulbifero, ſtaminibus ſubulatis. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 281.
Allium umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis carinatis *Hall. all.* 27. *t.* 1. *f.* 2.
Ampeloprafum proliferum. *Lob. ic.* 156 *.
β. Allium montanum bicorne anguſtifolium, flore dilute purpuraſcente *Bauh. pin.* 74.
Allium ſ. Moly montanum 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 193.
*Habitat in* Germania.

* *Foliis caulinis teretibus.*

ſphærocephalon. 14. ALLIUM caule teretifolio umbellifero, foliis ſemiteretibus, ſtaminibus tricuſpidatis corolla longioribus.
Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis fiſtuloſis, ſpica ſphærica non bulbifera ſuaverubente. *Hall. opuſc.* 353. *n.* 10.
Allium montanum, capite rotundo. *Bauh. pin.* 75. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 157. *f.* 7.
Allium ſ. Moly montanum, purpureo flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 195.
Allii genus forte Scorodopraſum alterum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 564.

Sco-

Scorodopraſum montanum juncifolium, capite rotundo dilute janthino, floribus paucis. *Mich. gen.* 25. *t.* 24. *f.* 2.

*Habitat in* Italia, Sibiria, Helvetia.

15. ALLIUM caule ſubteretifolio umbellifero, umbella globoſa, ſtaminibus ſimplicibus corolla longioribus, ſpatha ſubulata. parviflorum

*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♃.

*Facies A. ſphærocephali.* Bulbus *oblongus, tunicatus.* Caulis *teres, ſtriatus, folioſus.* Folia *longitudine fere caulis, ſubulata.* Umbella *globoſa:* *Floribus minimis: Petalis exterioribus ovatis, triſtioribus; interioribus duplo longioribus, lanceolatis, purpuraſcentibus.* *Stamina ſimplicia, corolla longiora, uti etiam Stylus.* Spatha *ſubulata, corolla longior, diphylla.* Adeoque *ſimillimum A. ſphærocephalo, ſed ſtamina ſimplicia.*

16. ALLIUM caule ſubteretifolio umbellifero, pedunculis exterioribus brevioribus, ſtaminibus tricuſpidatis. *Hort. upſ.* 78. deſcendens.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis fiſtuloſis, capite ſvave rubente ſphrico non bulbifero, radice laterali. *Hall. all.* 8.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis fiſtuloſis, capite ſphærico non bulbifero atropurpureo. *Hall. all. p.* 11. *t.* 2. *f.* 1.

Allium ſ. Moly latifolium, capite ſphærico, flore purpureo. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 160. *f.* 20.

Moly atropurpureum. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 165. *f.* 13.

*Habitat in* Helvetia.

17. ALLIUM caule teretifolio umbellifero, umbella faſtigiata ſubſexflora, petalis acutis, ſtaminibus ſimplicibus, foliis ſetaceis. moſchatum.

Allium foliis teretibus caulinis, floribus umbellatis. *Hall. all.* 17.

Moly moſchatum, capillaceo folio. *Bauh. pin.* 76. *prodr.* 28. *t.* 28. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 166. *f.* 14. *. *Sauv. monſp.* 10.

*Habitat in* GalloProvinciæ, Narbonæ, Hiſpaniæ *apricis elevatis.*

18. ALLIUM caule ſubteretifolio umbellifero, floribus pen- pallens.

pendulis truncatis, ſtaminibus ſimplicibus corollam æquantibus.

Allium umbella non bulbifera lutea, vagina bicorni, foliis teretibus. *Hall. all.* 21.

Allium montanum bicorne, flore pallido odoro. *Bauh. pin.* 75.

Gethioides ſylveſtre. *Colum. ecphr.* 2. *p.* 6. *t.* 7. *f.* 2.

*Habitat in* Italia, Hiſpania, Monſpelii, Pannonia. ♃.

Caulis *bipedalis, teres, lævis.* Folia *alterna, ſemiteretia, fiſtuloſa, heptagona, erecta.* Spatha *ſubulata, nervoſa.* Corolla *campanulata, truncata, alba.* Petalis *obovatis, obtuſiſſimis, erectis, concavis; carina viridi.* Stamina *ſimplicia, longitudine petalorum.* Flores *mox a floreſcentia pendent.* Stylus *vix albus, poſt antheſin excreſcens, breviſſimus.*

Flavum. 19. ALLIUM caule teretifolio umbellifero, floribus pendulis, petalis ovatis, ſtaminibus corolla longioribus.

Allium foliis teretibus, vagina bicorni, umbella lutea pendula. *Hall. opuſc.* 24.

Allium juncifolium bicorne luteum. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 157. *f.* 6.

*Habitat* Monſpelii. ♃.

*Simillimum A. palleſcenti; Sed differt Petalis ovatis flaviſſimis, nec obovatis albidis. Staminibus & piſtillo corolla duplo longioribus, nec brevioribus.*

20. ALLIUM caule ſubteretifolio umbellifero, pedunculis capillaribus effuſis, ſtaminibus ſimplicibus, ſpatha longiſſima.

Allium foliis teretibus, vagina bicorni, umbella pendula ſuave purpurea. *Hall. opuſc.* 386. *n.* 25.

Allium montanum bicorne, floribus triquetris purpureis pedunculis longis & reflexis. *Segu. ver.* 2. *p.* 70.

*Habitat in* Sibiria, Auſtria, Italia, Oriente. ♃.

Folia *ſubulata, canaliculata.* Flores *pedunculis capillaribus, longiſſimis, laxis.* Petala *purpurea, obovata, longitudine ſtaminum.* Spatha *apice ſubulato, longiſſimo.*

vineale. 21. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, ſtaminibus tricuſpidatis.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis fiſtuloſis, capite bulbifero, radice multiplici. *Hall. all.* 4.

Allium ſylveſtre campeſtre purpuraſcens. *Bauh. pin.* 74.

Al-

Allium campeſtre juncifolium capitatum purpuraſcens majus. *Baub. pin.* 74.
Porrum ſylveſtre vinearum. *Baub. pin.* 72.
Porrum ſylveſtre, gemino capite. *Baub. pin.* 72.
*Habitat in* Germania.
*Capitulum arctum bulbis acuminatis recurvis, ſæpe in longiora acumina crinitis. Corollæ parvæ, violaceæ. Stamina ſetis duabus, longis, extra florem eminentibus.*

22. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, foliis ſcabris ſemiteretibus ſubtus ſulcatis, ſtaminibus ſimplicibus. oleraceum.
Allium umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis teretibus. *Hall. all.* 23. *f.* 4.
Cepa capitulo bulboſo prolifero, foliis ſemiteretibus novemangularibus ſcabris fiſtuloſis. *Fl. ſvec.* 265, 280. *.
Porrum radice ſolida, caule erecto, capitulo bulbifero. *Roy. lugdb.* 40. *Gort. geldr.* 69.
Allium montanum bicorne, flore exalbido. *Baub. pin.* 75.
*Habitat in* Suecia, Germania.

* * *Foliis radicalibus, ſcapo nudo.*

23. ALLIUM ſcapo nudo ancipiti, foliis linearibus planis, ſtaminibus tricuſpidatis. *Hort. upſ.* 80. nutans.
Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis latiſſimis, capite ſphærico, radice laterali ſolida. *Hall. all.* 6.
Porrum ſcapo nudo ancipiti, antequam floruerit nutante, foliis enſiformibus: hinc paullo convexioribus. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 55. *t.* 18. 12
*Habitat in* Sibiria.
*Variat ætate & ſolo præ reliquis, ut vix dignoſcatur.*

24. ALLIUM ſcapo nudo tereti, foliis ſubulatis, umbella globoſa, ſtaminibus tricuſpidatis. Aſcalonicum.
Cepa foliis ſubulatis, radicibus oblongis conglobatis. *Hort. cliff.* 36. *Hort. upſ.* 79.
Cepa aſcalonica. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 383. *ſ.* 4. *t.* 14. *f.* 3.
Cepa ſterilis. *Baub. pin.* 72.
*Habitat in* Palæſtina. *Haſſelquiſt.* 2l.
*Statura fere A. Schœnopraſi.* Scapus *ſubnudus, teres, ſpithamens & ultra.* Spatha *membranacea.* Umbella *globoſa, floribus A. Schœnopraſi minoribus.* Petala *erecta, ovato-lanceolata, cærulea, carina atre-*

*tro-cærulea.* Stamina *longitudine petalorum: alternis latiſſimis apice trifidis.* Antheræ *flavæ.* Stylus *ſtigmate obtuſo.*

ſeneſcens. 25. ALLIUM ſcapo nudo ancipiti, foliis linearibus ſubtus convexis lævibus, umbella ſubrotunda, ſtaminibus ſubulatis. *Hort. upſ.* 79.
Allium caule ancipiti teretiuſculo, foliis enſiformibus: hinc paullo convexioribus. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 53. *t.* 11. *f.* 2.
Allium foliis linearibus, florum umbella ſubgloboſa. *Roy. lugdb.* 39.
Allium radice bulboſa, foliis gramineis, umbella erecta non bulbifera, vaginis breviſſimis. *Hall. helv.* 297. *all.* 16. *n.* 2.
Allium montanum, foliis narciſſi, majus. *Bauh. pin.* 75.
*Habitat in* Sibiria, Sicilia. ♃.
Petala *erecta, a ſe invicem dehiſcentia ſ. diſtantia, canaliculata, inflexa. Folia obliqua & Stamina corolla paullo longiora huic, non vero ſequenti.*

nigrum. 26. ALLIUM ſcapo nudo tereti, foliis linearibus, umbella erecta, petalis erectis, ſpatha mucronata bifida.
Allium montanum bicorne latifolium, flore magno dilute purpuraſcente. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 160. *f.* 21. *Burſ.*
*Habitat* Algiriæ *inque* Galloprovincia.
*Simile A. ſeneſcenti, ſed duplo majus. Folia Narciſſina. Flores quadruplo majores. Petala ovato-oblonga. Stamina lanceolata, corolla breviora. Spatha ovata, acuminata, vix ad baſin in duas partes æquales diviſa.*

anguloſum. 27. ALLIUM ſcapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis ſubtus ſubangulatis, umbella faſtigiata. *Hort. upſ.* 79. *.
Cepa ſcapo nudo ſubangulato farcto, foliis linearibus ſubtus anguloſis, ſtaminibus corolla brevioribus. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 58. *t.* 14. *f.* 2.
Allium radice ſeneſcente lignoſa tranſverſa, umbella erecta. *Hall. all.* 16.
Allium petræum umbelliferum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 564. *t.* 564.

Al-

Allium montanum, foliis narciſſi, minus. *Bauh. pin.* 75.
*Habitat in* Sibiriæ, Germaniæ *humidiuſculis.* ♃.
Folia *interdum ſubtus vix angulata, at* Scapus *ſuperne parum angulato-ſtriatus;* Petala *interiora apice patentia, omnia lateribus conniventia.*

28. ALLIUM ſcapo nudo tereti, foliis linearibus, capitulo bulbifero. *Kalm. it.* 3. *p.* 79. canadenſe.
*Habitat in* Canada. ♃.
Radix *perennis.* Folia *linearia, plana, lævia, recta, ſpithamea.* Scapus *ſubnudus, teres, lævis, vix foliis longior.* Spatha *ovata, mucronata, acutiuſcula.* Capitulum *ex bulbis.* Floſculi *pauci, pedicellati, albidi: Petalis ovalibus.* Stamina *ſimplicia, longitudine corollæ. Antheræ ruſeſcentes.*

29. ALLIUM ſcapo nudo ~~ſemicylindrico~~ triquetro, foliis lanceolatis petiolatis, umbella faſtigiata. urſinum.
Allium foliis lanceolatis, ſcapo nudo ſemicylindraceo, bulbo ſetis obvallato. *Fl. ſvec.* 263, 277. *It. gotl.* 169. *.
Allium foliis radicalibus petiolatis, floribus umbellatis. *Roy. lugdb.* 39. Hall. *all.* 21. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 49.
Allium ſylveſtre latifolium. *Bauh. pin.* 74.
Allium urſinum. *Fuchſ. hiſt.* 739. *Cam. epit.* 330.
*Habitat in* Europæ *ſeptentrionalioris nemoroſis, ruderis.* ♃. In nemoroſis ad thermas Schinznach vulgatiſſima.

30. ALLIUM ſcapo nudo, foliis triquetris, ſtaminibus ſimplicibus. triquetrum.
Allium caule triangulo. *Tournef. inſt.* 385. *Roy. lugdb.* 39.
Allium pratenſe, folio gramineo, flore prorſus albo, radice oblonga. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 159. *f.* 16.
Moly parvum, caule triangulo. *Bauh. pin.* 75.
Moly caule & foliis triangularibus. *Park. par.* 142. *t.* 143. *f.* 4.
*Habitat in* Hiſpania. ♃.
*Folia triquetra latere interiore canaliculato.*

31. ALLIUM ſcapo nudo inferne ventricoſo longiore, foliis teretibus. *Hort. upſ.* 77. *Mat. med.* 166. Cepa.
Allium ſtaminibus alterne trifidis, caule ad terram ventricoſo. Hall. *all.* 10.

Ce-

Cepa ſcapo nudo ventricoſo foliis longiore, radice depreſſa. *Hort. cliff.* 137. *Roy. lugdb.* 40.
Cepa vulgaris. *Bauh. pin.* 71.
*Habitat* - - - -

Moly. 32. ALLIUM ſcapo nudo ſubcylindrico, foliis lanceolatis ſeſſilibus, umbella faſtigiata. *Hort. upſ.* 76.
Allium foliis radicalibus ſeſſilibus lanceolatis, floribus umbellatis. *Roy. lugdb.* 38. *Hall. all.* 29.
Allium foliis lanceolatis, umbella laxa. *Hort. cliff.* 27.
Moly latifolium luteum, odore allii. *Bauh. pin.* 75.
Moly flavo flore. *Swert. flor.* 1. *t.* 60 *f.* 2.
Moly montanum latifolium, flavo flore. *Cluſ. app. alt.*
*Habitat in* Hungaria, Baldo, Monſpelii, Pyrenæis. ♃.
Petala *patentia, tria exteriora magis patentia, interiora erecta.*

roſeum. 33. ALLIUM ſcapo nudo umbellifero, pedicellis brevibus, petalis ovalibus, ſtaminibus breviſſimis, foliis linearibus.
Allium roſeum. *Syſt. nat.* 296. *n.* 9.
Allium foliis enſiformibus, radice bulbillis ſtipata, floribus amplis umbellatis. *Sauv. monſp.* 42.
Allium ſylveſtre ſ. Moly minus, roſeo amplo flore. *Magn. monſp.* 11. *t.* 10. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 166. *f.* 17.
*Habitat* Monſpelii, Pedemonti *in vineis.* ♃.
Folia *linearia, plana, longitudine vix Scapi.* Scapus *teres, nudus.* Spatha *obtuſa.* Umbellæ *radii pedunculares floribus breviores.* Petala *obovato-oblonga, obtuſa, atropurpurea, magna.* Stamina *ſimplicia, alba, breviſſima.* *Bulbi ad Fructum nulli.* Flores *majores, quam in reliquis.*

fiſtuloſum. 34. ALLIUM ſcapo nudo folia adæquante, foliis teretibus ventricoſis. *Hort. upſ.* 78.
Allium ſtaminibus ſimplicibus, caule medio ventricoſo. *Hall. all.* 13.
Cepa ſcapo longitudine foliorum, foliis ventricoſis, radice oblonga. *Hort. cliff.* 136. *Roy. lugdb.* 40.
Cepa oblonga. *Bauh. pin.* 71. *Dod. pempt.* 687.
*Habitat in* - - -

Schœnopraſum. 35. ALLIUM ſcapo nudo folia adæquante, foliis teretibus ſubulato-filiformibus. *Hort. upſ.* 78.
Allium ſtaminibus ſimplicibus, foliis radicalibus teretibus ſcapi longitudine. *Hall. all.* 14.

Ce-

Cepa ſcapis foliisque ſubulatis teretibus fiſtuloſis æqualibus, ſpathis globoſis. *Fl. ſvec.* 264, 282. *It. œl.* 54, 64

Cepa ſcapo longitudine figuraque foliorum, foliis ſubulatis filiformibus, ſpathis globoſis. *Hort. cliff.* 136.

Porrum ſectivum juncifolium. *Bauh. pin.* 72.

Schœnopraſum. *Dod. pempt.* 689.

β. Cepa ſcapis foliisque teretibus, capitulis pyramidatis. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 59. *t.* 15. *f.* 1.

Cepa paluſtris altiſſima. *Buxb. cent.* 4. *p.* 27. *t.* 45.

*Habitat in alpeſtribus* Sibiriæ, Oelandiæ, *locis rupeſtribus.*

36. ALLIUM ſcapo nudo tereti inani, foliis ſubulatis filiformibus, capitulis laxis paucifloris. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 61. *t.* 15. *f.* 2, 3. tenuiſſimum

*Habitat in* Sibiria.

37. ALLIUM ſcapo nudo ſubnullo, capſulis cernuis, foliis planis ciliatis. Chamæ Moly.

Moly humile, folio gramineo. *Bauh. pin.* 75. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 166. *f.* 15.

Chamæ Moly, an Moly dioſcoridis. *Column. ecphr.* 325. *t.* 326.

*Habitat in* Italia.

## LILIUM.

1. LILIUM foliis ſparſis, corollis campanulatis: intus glabris. *Hort. cliff.* 120. *Hort. upſ.* 80. *Mat. med.* 173. *Roy. lugdb.* 30. *Gron. orient.* 105. candidum.

Lilium album, flore erecto, vulgare. *Bauh. pin.* 76.

Lilium candidum. *Dod. pempt.* 197.

β. Lilium album, floribus dependentibus, ſ. peregrinum. *Bauh. pin.* 76.

γ. Lilium caule plano compreſſo. *Gron. orient.* 106.

Lilii albi pulchri & ignoti ſpecies. *Bauh. pin.* 76.

*Habitat in* Palæſtina; Syria, Gades. ♃.

2. LILIUM foliis ſparſis, corollis campanulatis erectis: intus ſcabris. *Hort. cliff.* 120. *Hort. upſ.* 80. *Roy. lugdb.* 31. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 41. *Gron. orient.* 104. bulbiferum.

Lilium purpureo-croceum majus. *Bauh. pin.* 76.

β. Lilium purpureo-croceum, flore pleno.

γ. Lilium purpureo-croceum minus. *Bauh. pin.* 77.

δ. Lilium phœniceum. *Bauh. pin.* 77.

ε. Lilium bulbiferum latifolium majus. *Baub. pin.* 77.
ζ. Lilium bulbiferum anguſtifolium. *Baub. pin.* 77.
η. Lilium bulbiferum minus. *Baub. pin.* 77.
ϑ. Lilium bulbiferum incanum. *Baub. pin.* 77.
*Habitat in* Italia, Auſtria, Sibiria. ♃.

pomponium 3. LILIUM foliis ſparſis ſubulatis, floribus reflexis, corollis revolutis. *Hort. cliff.* 120. *Hort. upſ.* 81. *Roy. lugdb.* 31. *Mill. dict. t.* 165. *f.* 2.
Lilium radice tunicata, foliis ſparſis, floribus reflexis, corollis revolutis. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 42.
Lilium rubrum anguſtifolium. *Baub. pin.* 78.
Lilium rubrum præcox. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 133.
β. Lilium miniatum odoratum anguſtifolium. *Baub. pin.* 79. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 176. *f.* 3.
γ. Lilium brevi & gramineo folio. *Baub. pin.* 79.
*Habitat in* Pyrenæis, Sibiria. ♃.
Folia *linearia, acuta, triquetra, canaliculata, ſparſa.* Nectarii *rima valde dentata.*

chalcedonicum. 4. LILIUM foliis ſparſis lanceolatis, floribus reflexis, corollis revolutis. *Hort. cliff.* 120. *Hort. upſ.* 81. *Roy. lugdb.* 31.
Lilium byzantinum miniatum. *Baub. pin.* 78.
Lilium rubrum ſ. miniatum byzantinum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 131.
β. Lilium byzantinum miniatum polyanthos. *Baub. pin.* 78.
γ. Lilium purpureo-ſanguineum, flore reflexo. *Baub. pin.* 78
Hemerocallis calcedonica. *Lob. ic.* 169.
*Habitat in* Perſia, Platina *Carniolæ.* ♃.
Racemus *ante floreſcentiam vix incurvatus ut in* 3. 5. & Caulis *usque ad apicem* Foliis *veſtitus confertis.*

ſuperbum. 5. LILIUM foliis ſparſis lanceolatis, floribus ramoſo-pyramidatis reflexis, corollis revolutis. *Mill. dict. n.* 8.
Lilium, foliis ſparſis, multiflorum, floribus reflexis fundo aureo limbo aurantio punctis nigricantibus, pedunculis ſingulis uno foliolo. *Trew. ehret.* 2. *t.* 11.
Lilium ſ. Martagon canadenſe, flore luteo punctato. *Cateſb. car.* 2. *p.* 56. *t.* 56.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ♃.

6. LI-

6. LILIUM foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis. *Hort. cliff.* 120. *Hort. upſ.* 81. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 44. *Roy. lugdb.* 31. Martagon.

Lilium, floribus reflexis, montanum. *Bauh. pin.* 77.
Lilium ſylveſtre. *Dod. pempt.* 201.
β. Lilium, floribus reflexis, alterum hirſutum. *Bauh. pin.* 78.
*Habitat in* Hungaria, Helvetia, Sibiria, Lipſiæ. ♃.

7. LILIUM foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis campanulatis. canadenſe.

Lilium anguſtifolium, flore flavo maculis nigris diſtincto. *Tournef. inſt.* 371. *Barr. rar.* 778. *t.* 125.
Lilium Martagon canadenſe maculatum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 408. *ſ.* 4. *t.* 20. *f.* 9. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 177. *f.* 5.
Lilium ſ. Martagon canadenſe, floribus magnis flavis non reflexis. *Cateſb. car.* 3. *p.* 11. *t.* 11.
*Habitat in* Canada. ♃.

8. LILIUM foliis verticillatis, floribus erectis, corolla campanulata, petalis unguiculatis. philadelphicum.

β. Lilium foliis verticillatis brevibus, corollis campanulatis, unguibus petalorum anguſtioribus, floribus erectis. *Mill. dict. t.* 165. *f.* 1.
*Habitat in* Canada. ♃.
*Simillimum eſt L. camſchatcenſi, ſed ejus petala ovata ſeſſilia; hujus unguibus oblongis diſtinctis; ſeparandum itaque ſecundum vivi autoptam Millerum.*

9. LILIUM foliis verticillatis, flore erecto, corolla campanulata, petalis ſeſſilibus. *Amœn. acad.* 2. *p.* 348. *. camſchatcenſe.

*Habitat in* Canada, Camſchatca.

## FRITILLARIA.

1. FRITILLARIA racemo comoſo inferne nudo, foliis integerrimis. *Hort. upſ.* 82. imperialis.

Petilium foliis caulinis. *Hort. cliff.* 119. *Roy. lugdb.* 30.
Lilium ſ. Corona imperialis: genus. *Bauh. pin.* 79.
Tuſai. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 127. 128.
*Habitat in* Perſia? *Conſtantinopoli venit in Europam circa* 1570. ♃.

2. FRITILLARIA racemo comoſo inferne nudo, foliis crenatis. regia.

 Co-

Corona regalis, lilii folio crenato. *Dill. elth.* 110. *t.* 93. *f.* 109.
*Habitat ad* Cap. b. Spei.

perſica. 3. FRITILLARIA racemo nudiuſculo, foliis obliquis. *Hort. upſ.* 82.
Fritillaria racemo nudo terminali. *Hort. cliff.* 119.
Fritillaria radice rotunda. *Roy. lugdb.* 30.
Lilium perſicum. *Bauh. pin.* 79. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 183. *f.* 1.
Lilium ſuſianum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 130.
*Habitat in* Perſia? *e Suſis venit in Europam* 1573. ♃.
*Folia infima ſunt bina, ſ. terna, ſ. quaterna verticillatim oppoſita.*

pyrenaica. 4. FRITILLARIA caule multifloro, foliis infimis oppoſitis. *Hort. cliff.* 81.
Fritillaria flore minore. *Bauh. pin.* 64.
Fritillaria pyrenæa. *Cluſ. hiſt.* 2 *p.* 256. *poſth.* 10.
*Habitat in* Pyrenæis. ♃.

Meleagris. 5. FRITILLARIA caule ſubunifloro, foliis omnibus alternis. *Hort. upſ.* 81. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 283.
Fritillaria e foliorum alis florens. *Hort. cliff.* 119.
Fritillaria radice depreſſa. *Roy. lugdb.* 30.
Fritillaria præcox purpurea variegata. *Bauh. pin.* 64.
Meleagris. *Reneal. ſpec.* 147. *t.* 146.
β. Fritillaria alba variegata. *Bauh. pin.* 64.
γ. Fritillaria alba præcox. *Bauh. pin.* 64.
δ. Fritillaria ſerotina atropurpurea. *Bauh. pin.* 64.
*Habitat in* Gallia, Italia, Auſtria, Upſaliæ. ♃.

## UVULARIA.

amplexifolia. 1. UVULARIA foliis amplexicaulibus.
Uvularia foliis cordato-oblongis. *Roy. lugdb.* 29.
Smilax perfoliata ramoſa, flore albo. *Barr. rar.* 58. *t.* 720.
Polygonatum latifolium ramoſum. *Bauh. pin.* 303. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 531. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 537. *ſ.* 13. *t.* 4. *f.* 11. *Raj. hiſt.* 665.
Polygonatum latifolium 4 ramoſum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 276.
Laurus alexandrina. *Cam. epit.* 936.
*Habitat in* Bohemiæ, Sileſiæ, Saxoniæ, Delphinatus *montibus.* ♃.

2. U-

2. UVULARIA foliis perfoliatis. *Amœn. acad.* 2. *p.* 337. perfoliata.
Uvularia caule perfoliato. *Gron. virg.* 37. *Cold. noveb.* 74.
Uvularia folio integerrimo. *Roy. lugdb.* 29.
Uvularia. *Hort cliff.* 121.
Polygonum ramoſum, flore luteo, majus. *Corn. canad.* 38. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 538. *ſ.* 13. *t.* 4. *f.* 12.
Polygonatum latifolium perfoliatum braſilianum. *Bauh. pin.* 303. *prodr.* 139. *Burſ. XVII.* 61.
*Habitat in* Virginia, Canada. *Plantæ* Burſeri *ex Tou-pinambault Braſiliæ a pharmacopæo allatæ, & C. B. communicatæ, videntur mihi omnes ex Canada fuiſſe.*

3. UVULARIA foliis ſeſſilibus. ſeſſilifolia.
Uvularia foliis ſeſſilibus, flore unico. *Cold. noveb.* 73.
*Habitat in* Canada. *Kalm.*
Habitus *præcedentis*; Caulis *bifidus, uniflorus.* Folia *lanceolato-ovata, alterna, at ubi Flos ex altero ramo exit, folia bina adſunt. Pedunculus nudus.*

## GLORIOSA.

1. GLORIOSA. *Hort. cliff.* 121. *Fl zeyl.* 122. *. *Roy. lugdb.* 29. ſuperba.
Methonica malabarorum. *Herm. lugdb.* 688. *t.* 689. *Pluk. alm.* 249. *t.* 116. *f.* 3.
Lilium zeylanicum ſuperbum. *Comm. hort.* 1. *p.* 69. *t.* 35. *Rudb elyſ.* 2. *p.* 178. *f.* 7.
Mendoni. *Rheed. mal.* 7. *t.* 107. *f.* 57.
*Habitat in* Malabaria. ♃.

## ERYTHRONIUM.

1. ERYTHRONIUM. *Hort. cliff.* 119. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 39. *t.* 7. *Roy. lugdb.* 30. Dens canis.
Dens canis latiore rotundioreque folio. *Bauh. pin.* 87.
Dens caninus. *Dod. pempt.* 203.
β. Dens canis anguſtiore longioreque folio. *Bauh. pin.* 87.
γ. Erythronium foliis ovato-oblongis glabris nigro maculatis. *Gron. virg.* 151. *flore flavo.*
*Habitat in* Liguria, Allobrogibus, *Auguſtæ* Taurinorum, Sibiria, Virginia. ♃.

## TULIPA.

ſylveſtris. 1. TULIPA flore ſubnutante, foliis lanceolatis. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 284. *.
Tulipa minor lutea italica. *Bauh. pin* 63.
Tulipa minor lutea gallica. *Bauh. pin.* 63. *Sauv. monſp.* 306.
*Habitat* Monſpelii, *inque* Apenninis, Lundini. ♃.
Diſtinguitur *a ſequente*: Caule *altiore*, Foliis *anguſtioribus*, Floris *colore luteo ſubtus vireſcente*, petalis *acutioribus*, Scapo *verſus florem inflexo & ante floreſcentiam nutante. Sed præprimis ſtaminum* filamentis *baſi valde attenuatis, & ſupra baſin hirſutis.* Petala *interiora margine hirſuta ſunt, & flos odorus.*

geſneriana. 2. TULIPA flore erecto, foliis ovato-lanceolatis.
Tulipa ſcapo triphyllo, foliis ovato-lanceolatis. *Hort. upſ.* 82.
Tulipa. *Hort. cliff.* 118. *Roy. lugdb.* 31. *Fl. ſuec.* 262.
Tulipa (genus fere totum). *Bauh. pin.* 57.
Tulipa turcarum. *Cord. hiſt.* 213.
*Habitat in* Cappadocia, *unde in Europam* 1559. *Geſnero authore.* ♃.

breyniana. 3. TULIPA caule multifloro polyphyllo, foliis linearibus.
Siſyrinchium, ex phœniceo ſuaverubente flore, æthiopicum. *Breyn. cent. t.* 36. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 13. *f.* 11.
*Habitat in* Æthiopia. ♃.
*Folia caulina* 6. *ſ.* 7, *alterna, lineari-lanceolata: ſuprema ſenſim breviora. Flores ad apicem,* 3 *ſ.* 4, *minores quam plantæ Breynii cultæ. Petala baſi anguſtata. Stylus nullus.*

## ALBUCA.

major. 1. ALBUCA foliis lanceolatis.
Ornithogalum *canadenſe* petalis alternis patentibus: interioribus erectis. *Sp. pl.* 1 *p.* 308.
Ornithogalum luteo-virens indicum. *Corn. canad.* 160. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 140 *f.* 7. *Raj. hiſt.* 1154. *Moriſ. hiſt* 2. *p.* 423 *ſ.* 4. *t* 24. *f.* 7.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.

minor. 2. ALBUCA foliis ſubulatis.

Or-

Ornithogalum africanum, flore viridi altero alteri innato. *Herm. parad.* 209. *t.* 209.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.

## HYPOXIS.

1. HYPOXIS piloſa, capſulis ovatis. *erecta.*
Ornithogalum *hirſutum* ſcapo angulato, pedunculis umbellatis villoſis. *Sp. pl.* 1 *p.* 306.
Ornithogalum ſcapo bifloro. *Roy. lugdb.* 31.
Ornithogalum vernum luteum, foliis anguſtis hirſutis. *Gron. virg.* 37.
Ornithogalum virginianum luteum. *Pet. gaz.* 1. *t.* 1. *f.* 3.
Ornithogalum herbaceum luteum parvum virginianum, foliis gramineis hirſutis. *Pluk. alm.* 272. *t.* 350. *f.* 12.
*Habitat in* Virginia, Canada. ♃.

2. HYPOXIS piloſa, capſulis clavatis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 396. *. *decumbens.*
Ornithogalum, foliis gramineis, floribus geminatis, pedunculis longiſſimis alaribus. *Brown. jam.* 195.
Anthericum ſeſſile, foliis linearibus planis, caule decumbente. *Mill. dict. t.* 39. *f.* 2.
Crocus foliis & radice ſcorzoneræ. *Plum. ic.* 108. *f.* 1?
*Habitat in* America *meridionali.* ♃.

3. HYPOXIS tubis florum longiſſimis. †. *faſcicularis.*
Allium ſylveſtre f. Moly minus, amplo flore. *Ruſſel. alep.* 34. *t.* 2.
*Habitat ad* Aleppo. ♃.

4. HYPOXIS piloſa acaulis, fructificationibus ſubradicalibus. †. *ſeſſilis.*
Ornithogali virginici facie herba tuberoſa carolinenſis. *Dill. elth.* 298. *t.* 220. *f.* 287.
*Habitat in* Carolina. ♃.

## ORNITHOGALUM.

* *ſtaminibus omnibus ſubulatis.*

1.* ORNITHOGALUM ſcapo anguloſo diphyllo, pedunculis umbellatis ſimplicibus. *Fl. ſvec.* 270, 285. *luteum.*
Ornithogalum ſcapo diphyllo, pedunculis ſimplicibus terminalibus, filamentis omnibus ſubulatis. *Hort. cliff.* 124. *Roy. lugdb.* 31.

Ornithogalum luteum. *Bauh. pin.* 71.
Pyrrochiton. *Reneal. ſpec.* 91. *t.* 90.
*Habitat in* Europæ *cultis*, *maellis.* ♃.

*Habitat in* Europæ *paſcuis ſterilibus & ad vias.* ♃.
Radix *repens, denſa.* Culmi *fuſiformes, ſubcompreſſi.* Folia *linearia, lævia, ſubtus convexa & ſtriata, ſupra canaliculata. Folium florale longitudine corymbi.* Corymbus *communis & partiales inæquales.* Capſulæ *ovatæ, fuſcæ, nitidæ.*

bufonius. 11. JUNCUS culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *Roy. lugdb.* 43. *Fl. ſvec.* 283, 305. *Hall. helv.* 254. *Gort. ingr.* 52.
Juncus paluſtris humilior, panicula laxiſſima. *Rupp. jen.* 130. *Fl. lapp.* 122.

Gra-

Gramen nemoroſum, calyculis paleaceis, erectum. *Scheuch. gram.* 327.
Gramen nemoroſum, calyculis paleaceis. *Baub. pin.* 7. *theatr.* 100.
Holoſteum. *Lob. ic.* 18.
β. Gramen nemoroſum, calyculis paleaceis, repens. *Scheuch. gram.* 329.
γ. Gramen nemoroſum, calyculis paleaceis, ſpecies altera procerior. *Scheuch gram.* 328.
ζ. Gramen bufonium erectum anguſtifolium majus. *Barr. ic.* 264.
ε. Gramen holoſteum alpinum minimum. *Baub. pin.* 7. *prodr.* 64. *theatr.* 101.
Gramen juncoides minimum anglo-britannicum. *Raj. angl.* 3 *p.* 434.
*Habitat in* Europæ *inundatis.* ☉.
Pinheaded cobweb muſhroon. Pet. gaz. 51. f. 7. *hujus infans, paucis lecta.*

12. JUNCUS foliis ſetaceis depreſſiuſculis, pedunculis geminis terminalibus, glumis ſolitariis ſubbifloris. ſtygius.
*Habitat in* Sveciæ, *paludibus, cæſpitoſis ſylvaticis profundis.* ♃.
Culmi *ſpithamei, ſimplices.* Folia *lineari-ſubulata, altitudine culmi, erecta, depreſſa, lævia, tria: æ. ad radicem.* β. *in medio culmi.* γ. *culmum inſtar ſpathæ terminans.* Pedunculi *duo, terminales:* Gluma *biflora floſculis duobus, ſeſſilibus, gluma longioribus.* Petala *exteriora anguſtiora, acutiora, concava, extus purpuraſcentia; Interiora pallida.* Stamina *filiformia.* Antheræ *flavæ.* Germen *majuſculum.* Stylus *albus.* Stigmata *tria, reflexa.*

13. JUNCUS folio ſubulato, gluma biflora terminali. biglumis. *Amœn. acad.* 2. *p.* 266. *t.* 3. *f.* 3. *. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 307.
*Habitat in Alpibus* Lapponicis. *D. Montin.* ♃.
*Planta faciem gerit Schœni ferruginei.*

14. JUNCUS foliis planis, gluma triflora terminali. triglumis. *Fl. Svec.* 286; 306.
Juncus gluma triflora culmum terminante. *Fl. lapp.* 115. *t.* 10. *f.* 5.

Juncus exiguus montanus mucrone carens. *Bauh. pin.* 12. *prodr.* 22. *theatr.* 183. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 103. *f.* 8.
*Habitat frequens in Alpibus* Lapponicis, Tauro Raſtadienſi. ♃.

pilosus. 15. JUNCUS foliis planis piloſis, corymbo ramoſo. *Fl. Suec.* 287, 308.
Juncus foliis planis, panicula diffuſa, pedunculis proliferis: floſculis intermediis ſeſſilibus. *Roy. lugdb.* 43.
Gramen nemoroſum hirſutum latifolium majus. *Bauh. pin.* 7. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 225. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 1. *
β. Gramen hirſutum anguſtifolium perenne, lini utriculis. *Barr. ic.* 740.
γ. Juncus foliis planis, culmo paniculato, floribus ſparſis. *Fl. lapp.* 124.
Gramen hirſutum nemoroſum anguſtifolium alpinum, paniculis obſcure rufeſcentibus. *Scheuch. gram.* 312. *t.* 6.
δ. Gramen nemoroſum hirſutum latifolium majus. *Scheuch. gram.* 317.
Gramen hirſutum latifolium maximum, juncea panicula. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 225. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 2.
ε. Gramen hirſutum anguſtifolium majus. *Bauh. pin.* 7. *prodr.* 16. *theatr.* 105. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 225. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 3. *Scheuch. gram.* 318.
ζ. Gramen hirſutum latifolium minus. *Bauh. theatr.* 102.
*Habitat in* Europæ *ſylvis, at varietates* β. δ. ε. ζ. *in Europæ auſtralioribus*; γ, *in Alpibus.* ♃.

niveus. 16. JUNCUS foliis planis ſubpiloſis, corymbis folio brevioribus, floribus faſciculatis.
Juncus foliis planis anguſtioribus, panicula umbellata foliis breviore, floribus longiſſimis albis. *Hall. helv.* 237.
Juncoides montanum nemoroſum, flore niveo. *Scheuch. gram.* 320.
Gramen hirſutum anguſtifolium minus, paniculis albis. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 106. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 39.
*Habitat in Alpibus* Bohemicis, Helveticis, Rhæticis, Monſpelii. ♃.

campeſtris. 17. JUNCUS foliis planis ſubpiloſis, ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque. *Fl. Suec.* 288, 309.

Jun-

Juncus foliis planis, panicula rara, ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque. *Hort. cliff.* 137. *Roy. lugdb.* 42. *Gron. virg.* 38.
Juncus villoſus, capitulis pſyllii. *Tournef. inſt.* 246. *Fl. lapp.* 126.
Juncoides villoſum, capitulis pſyllii. *Scheuch. gram.* 310.
Gramen hirſutum, capitulis pſyllii. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 103.
β. Juncus foliis planis, culmo paniculato, ſpicis ovatis. *Fl. lapp.* 127. *t.* 10. *f.* 2.
γ. Juncoides hirſutum, capitulo glomerato. *Scheuch. gram.* 312.
Gramen hirſutum, capitulo globoſo. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 104.
δ. Juncus montanum nemoroſum villoſum latifolium elatius, capitulis florum candidis & ſplendentibus. *Mich. gen.* 42.
ε. Juncoides latifolium alpinum glabrum, panicula ſublutea ſplendente. *Scheuch. gram* 314.
ζ. Gramen hirſutum elatius, panicula juncea compacta. *Raj. angl.* 3. *p.* 416.
η. Juncoides bohemicum, panicula minore nigricante, ſcapo ſuper eandem erecto & longius producto. *Mich. gen.* 42.
*Habitat in* Europæ *paſcuis ſiccioribus.* ♃.

18. JUNCUS foliis planis, ſpica racemoſa nutante. *Fl. lapp.* 125. *t.* 10. *f.* 4. *Fl. ſuec.* 289, 310. ſpicatus.
Juncus alpinus latifolius, panicula racemoſa nigricante pendula. *Till. piſ.* 91.
*Habitat in* Lapponiæ *Alpibus.* ♃.

## ACHRAS.

1. ACHRAS floribus ſolitariis, foliis cuneiformi-lanceolatis. mammoſa.
Achras. *Læfl. it.* 186?
Sapota, fructu ovato majore. *Plum. gen.* 43.
Sideroxylon inerme, calycibus decaphyllis. *Jacq. amer.* 15.
Malus Perſica maxima, foliis magnis integris longis, fructu maximo oblongo ſcabro: oſſiculo partim rugoſo partim glabro. *Sloan. jam.* 2. *p.* 124. *t.* 218.
Arbor americana pomifera, frondoſis ramulis, foliis

amplis longioribus obtuſis duris & venoſis margine æquali. *Pluk. alm.* 39 *t.* 268. *f.* 2.

Fructus oblongus utrinque acuminatus ſ. conicus lævis ſplendens ſpadiceus. *Raj hiſt.* 1800.

β. Achras fructu elliptico ſcabro majori, floribus ſolitariis alaribus. *Brown. jam.* 200. *t.* 19. *f.* 3. ?

*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

*Hujus Flores mihi non viſi.*

Sapota. 2. ACHRAS floribus ſolitariis, foliis ovato-oblongis.

Achras brachiatus diffuſus, fructu ſubrotundo cicatricula mucrone brevi. *Brown. jam.* 200.

Anona foliis laurinis glabris viridi-fuſcis, fructu minore. *Sloan. jam.* 206. *hiſt.* 2. *p.* 171. *t.* 230. *Raj. dendr.* 78. *Cateſb. car.* 2. *p.* 87. *t.* 87.

β. Achras caudice altiſſimo, fructu minori, ſemine mucronato. *Brown. jam.* 201.

Sapota fructu turbinato minori. *Plum. gen.* 43.

Anona maxima, foliis laurinis glabris viridi-fuſcis, fructo minimo. *Sloan. jam.* 206. *hiſt.* 2. *p.* 172. *t.* 169. *f.* 2. *Raj. dendr.* 79.

*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

ſalicifolia. 3. ACHRAS floribus confertis, foliis lanceolato-ovatis.

Achras foliis oblongis nitidis utrinque productis, floribus confertis, faſciculis infra frondes ſparſis. *Brown. jam.* 201. *t.* 17. *f.* 4.

Salicis folio lato ſplendente arbor, floribus parvis pallide luteis pentapetalis e ramulorum lateribus confertim exeuntibus. *Sloan. jam.* 170. *hiſt.* 2. *p.* 98. *t.* 206. *f.* 2.

*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

## RICHARDIA.

ſcabra. 1. RICHARDIA. *Houſt. mſſ.*

*Habitat in* Vera Cruce. ♃.

*Planta ex ſtellatis XLIV.* Caulis *altus, brachiatus, ſubarticulatus, obſolete tetragonus, hiſpidus: Pilis rigidiuſculis, ſparſis, reflexis.* Folia *lanceolato-ovata, alternatim nervoſa, integerrima, ſubpetiolata, ſcabra.* Flores *in capitula terminalia, paſſim etiam in verticillos congeſti; capitula terminalia, radiata Foliis* 4 *vel pluribus, ſcilicet alternis minoribus.* Corollulæ *ut in Aſperulis, tenues, longæ,*

*ſed*

*ſed ſexfidæ & fructus ex 3 ſeminibus; ſic differt a Spermacoce numero & cæteris.*

## BURSERA.

1. BURSERA. *Jacq. hiſt. t.* 65. gummifera.
 Terebinthus. *Brownii. Jacq. amer.* 18.
 Terebinthus foliis cordato-ovatis pinnatis, cortice lævi rufeſcente, floribus maſculis ſpicatis. *Brown. jam.* 345.
 Terebinthus major, betulæ cortice, fructu triangulari. *Sloan. jam.* 2. *p.* 89. *t.* 199. *Cateſb. car.* 1. *p.* 30. *t.* 30.
 Piſtacia foliis pinnatis deciduis, foliolis ovatis. *Sp. pl.* 1. *p.* 1026.
 Simaruba. *Mat. med.* 535?
 *Habitat in* America *calidiore.* ♄.

## PRINOS.

1. PRINOS foliis longitudinaliter ſerratis. verticillatus
 Prinos. *Gron. virg.* 39. *.
 Alcanna major latifolia dentata. *Munt. phyt.* 213. *t.* 51.
 Aquifolium foliis deciduis. *Duham. arb.* 1. *p.* 62. *t.* 23.
 *Habitat in* Virginiæ *paludibus.* ♄.

2. PRINOS foliis apice ſerratis. glaber.
 Caſſine foliis lanceolatis alternis ſempervirentibus, floribus axillaribus. *Mill. dict. t.* 83. *f.* 2.
 Caſſine vera floridanorum arbuſcula baccifera, alaterni ferme facie, foliis alternatim ſitis, tetrapyrene. *Cateſb. car.* 2. *p.* 57. *t.* 57.
 *Habitat in* Canada. *Kalm.* ♄.
 *Arbor.* Foliis *alternis, petiolatis, oblongis, conſiſtentibus, glabris, verſus apicem ſerraturis utrinque ſæpius binis, acutis, facie ferme Myricæ.* Pedunculi *axillares, parvi, ſæpius triflori.* Flores *non vidi.*

## BERBERIS.

1. BERBERIS pedunculis racemoſis. *Mat. med.* 290. vulgaris.
 *Gron. orient.* 120.
 Berberis ſpinis triplicibus. *Hort. cliff.* 122. *Fl. ſuec.* 290, 311. *Roy. lugdb.* 438. *Hall. helv.* 424.
 Berberis dumetorum. *Bauh. pin.* 454.
 Berberis vulgaris ſ Creſpinus. *Cam. epit.* 86.
 *Habitat in* Europæ *ſylvis*, Oriente, Libano. ♄.

Folia *prima obovata*, *ſerrato-ciliata*, *inarticulata: ſtipulæ utrinque dente capillari terminatæ*: Caulina *alterna: horum infimum ſubpinnatifidum dentibus ſpinoſis*; *reliqua mutata in ſpinas tripartitas*. Folia ſecundaria *bina*, *oblonga*, *ſerrata*, *inter foliainfima & ſpinas intra ſe occultant minora folia*. *Ergo Foliis*, *anni præſentis*, *mutatis in ſpinas*, *inſequentis anticipantia prodibunt*. *An ſimile in ulla alia?*

cretica. 2. BERBERIS pedunculis unifloris.

Berberis cretica, buxi folio. *Tournef. cor.* 42.

Berberis alpina cretica. *Baub. pin.* 454.

Lycium creticum. *Alp. exot.* 21. *t.* 20.

Lycium e Candia. *Pon. ital.* 137.

*Habitat in* Creta. ♄.

## LORANTHUS.

Scurrula. 1. LORANTHUS pedunculis unifloris congeſtis, foliis obovatis.

Scurrula. *Sp. pl.* 110.

Viſcum vitice innaſcens. *Camell. luz.* 3. *n.* 36. *Pet. gaz. t.* 63. *f.* 8.

*Habitat in* China. ♄.

Frutex *paraſiticus*. Folia *oppoſita*, *petiolata*, *ovata*, *integerrima*, *glabra*, *altero latere paulo latiora*. Flores *axillares*, 3—6, *propriis pedicellis*. *Germina inferne attenuata*.

americanus. 2. LORANTHUS racemis ſubramoſis æqualibus, foliis ovatis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 396. *.

Loranthus *americanus*. *Sp. pl.* 1. *p.* 331. *Jacq. hiſt. t.* 67.

Loranthus racemoſus, flore coccineo, baccis nigris. *Vaill. act.* 1722. *p.* 274.

Lonicera flore coccineo, baccis nigris. *Plum. gen.* 17. *ic.* 166. *f.* 1.

Scurrula paraſitica, foliis ovatis oppoſitis, racemis rarioribus alaribus. *Brown. jam.* 197.

*Habitat in* Americæ *arboribus*. ♄.

occidentalis 3. LORANTHUS racemis ſimplicibus, floribus irregularibus. *Lœfl. it.* 187. *. *Amœn. acad.* 5. *p.* 396. *n.* 38. *.

Scurrula paraſitica, foliis majoribus ſubrotundis, ſpicis florum ſimplicibus alaribus. *Brown. jam.* 197.

Viſcum latioribus & ſubrotundis foliis, flore purpureo. *Sloan. jam.* 168. *hiſt.* 2. *p.* 92. *t.* 200. *f.* 2. *Raj. dendr.* 52?
*Habitat in* Americæ *arboribus.* ♄.

4. LORANTHUS floribus aggregato-capitatis. Lonicerioides.
Lonicera pedunculis multifloris, involucris pentaphyllis, foliis ovato-lanceolatis petiolatis. *Fl. zeyl.* 83. *. *Sp. pl.* 1. *p.* 1. 175.
Periclymenum ſurrectum, perſicæ foliis, maderaſpatanum. *Pluk alm.* 287. *t.* 212. *f.* 5.
Itti-Canni. *Rheed. mal.* 7. *p.* - - *t.* 27.
*Habitat in* Aſiæ *arboribus.* ♄.
*Flores huic ſæpius pentandri.*

5. LORANTHUS racemis trichotomis, pedunculis trigonis, floribus æqualibus. *Lœfl. it.* 187. Stelis.
*Habitat in* Cumanæ *arboribus.* ♄.

## FRANKENIA.

1. FRANKENIA foliis linearibus baſi ciliatis. lævis.
Frankenia foliis confertis. *Roy. lugdb.* 452.
Frankenia foliis aciformibus congeſtis. *Sauv. monſp.* 46.
Franca floribus ſolitariis ſeſſilibus, foliis priſmaticis triangularibus. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 459.
Franca maritima ſupina ſaxatilis glauca ericoides ſempervirens, flore purpureo. *Mich. gen.* 23. *t.* 22. *f.* 1.
Lychnis ſupina maritima, ericæ facie. *Raj. angl.* 3. *p.* 38.
Anthyllis repens italica, thymi foliis, rubente flore, polygoni facie. *Till. piſ.* 46.
Cali ſ. Vermiculari marinæ non diſſimilis planta. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 703.
Polygonum fruticoſum ſupinum ericoides cinereum, thymi folio, hiſpanicum. *Barr. ic.* 714. *Bocc. muſ.* 1. *p.* 7. *t.* 11.
Polygonum maritimum minus, foliis ſerpylli. *Bauh. pin.* 281.
*Habitat in* Europæ *auſtralis maritimis.* ♃.

2. FRANKENIA caulibus hirſutis, floribus faſciculatis terminalibus. hirſuta.
Franca maritima ſupina multiflora candida, caulibus hirſutis, foliis quaſi vermiculatis. *Mich. gen.* 23. *t.* 22. *f.* 2.

Po-

Polygonum creticum, thymi folio. *Bauh. pin.* 281. *prodr.* 131.
Alſine cretica maritima ſupina, caule hirſuto, foliis quaſi vermiculatis. *Tournef. cor.* 45.
*Habitat in* Apulia, Creta.

pulverulenta. 3. FRANKENIA foliis obovatis retuſis ſubtus pulveratis.
Frankenia foliis ovalibus. *Sauv. monſp.* 168.
Franca maritima quadrifolia ſupina, chamæſyces folio & facie. *Mich. gen.* 23.
Anthyllis valentina. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 186.
Anthyllis marina, chamæſyces ſimilis. *Bauh. pin.* 282.
*Habitat in* Suſexiæ, Narbonæ, Italiæ, Apuliæ *littoribus.* ☉.
*In ordine Naturali ad XL. referatur.*

## PEPLIS.

Portula. 1. PEPLIS floribus apetalis. *Fl. lapp.* 128. *Fl. ſvec.* 291, 312. *Hall. helv.* 406.
Glaucoides paluſtre, portulacæ folio, flore purpureo. *Mich. gen.* 21. *t.* 18.
Glaux paluſtris, flore ſtriato clauſo, foliis portulacæ. T. *Petit. gen.* 43. *t.* 43.
Glaux aquatica, folio ſubrotundo. *Lœſ. pruſſ.* 106. *t.* 20.
Glaux altera, ſubrotundo folio. *Vaill. pariſ.* 80. *t.* 15. *f.* 5.
Alſine paluſtris minor ſerpillifolia. *Bauh. pin.* 251.
*Habitat in* Europæ *inundatis.* ☉.

tetrandra. 2. PEPLIS floribus tetrandris monopetalis. *Jacq. amer.* 18. *t.* 180. *f.* 29. *Amœn. acad.* 5. *p.* 412. *.
Amannia hirta, floribus parvis orbiculatis, floribus ſingularibus ad alas. *Brown. jam.* 145.
*Habitat in* Jamaica. ☉.

# *DIGYNIA.*

## VELEZIA.

rigida. 1. VELEZIA. *Lœfl.*
Silene foliis ſubulatis cauli appreſſis, calycibus rigidis intermedio longioribus *Sauv. monſp.* 145.

Lych-

Lychnis ſylveſtris minima, exiguo flore. *Bauh. pin.* 206. *prodr.* 103.

Lychnis minima rigida cherleri. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 352. *Raj. hiſt.* 997.

Lychnis corniculata minor. *Barr. rar.* 665. *t.* 1018, 1017. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 50. *t.* 43.

*Habitat in* Europa *auſtrali.* ☉.

Stamina *tenuiſſima difficillime numerantur; in ſiccis ſpeciminibus* 5 *vidi; at in* vivis *circiter* 6. *Læfling. Si hujus ordo naturalis ſit n. XL, numerus naturalis erit ſtaminum ſex, ſi vero XLII, erit quinque.*

## ORYZA.

1. ORYZA. *Bauh. pin.* 24. *theatr.* 479. *Cam. epit.* 192. *Dod. pempt.* 509. *Catesb. car.* 1. *p.* 14. *t.* 14. *Hort. cliff.* 137. *Mat. med.* 174. *Roy. lugdb.* 58. ſativa.

*Habitat forte in* Æthiopia, *colitur in* Indiæ *paludoſis.* ☉.

## ATRAPHAXIS.

1. ATRAPHAXIS ramis ſpinoſis. *Hort. cliff.* 138. *Roy lugdb.* 409. ſpinoſa.

Atriplex orientalis, frutex aculeatus, flore pulchro. *Tournef. cor.* 38. *Buxb. cent.* 1. *p.* 19. *t.* 30. *Dill. elth.* 47. *t* 40. *f.* 47.

*Habitat in* Media *ad urbem* Hanſen *locis glareoſis, juxta fluvios.* ♄.

2. ATRAPHAXIS inermis. undulata.

Atraphaxis inermis, foliis undulatis. *Hort cliff.* 137. *Roy. lugdb.* 409.

Arbuſcula africana repens, folio ad latera criſpo, ad polygona relata. *Dill. elth.* 36. *t.* 32. *f.* 36.

*Habitat in* Æthiopia? ♄.

# *TRIGYNIA.*

## FLAGELLARIA.

1. FLAGELLARIA. *Fl. zeyl.* 133. *. *Amœn. acad.* 1. *p.* 398. *Oſb. it.* 276. indica.

Palmjuncus lævis. *Rumph. amb.* 5. *p.* 120. *t.* 59. *f.* 2.

Panambu-valli. *Rheed. mal.* 7. *p.* 99. *t.* 53. *Raj. ſuppl.* 573.

*Habitat in* Java, Malabaria, Zeylona. ♄.
Frutex *humanam altitudinem ſuperans.* Rami *diſtichi.*
*Affinitas proxima Calami.*

## RUMEX.

* *Hermaphroditi: valvulis floris granulo notatis.*

Patientia. 1. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granifera, foliis cordatis. *Mat. med.* 178.
Lapathum hortenſe, folio oblongo. *Baub. pin.* 114.
Lapathum ſativum. *Dod. pempt.* 648.
*Habitat in* Italia. ♃.
*Confer.* Lapathum hortenſe latifolium. *Baub. pin.* 115.

ſanguineus. 2. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granifera, foliis cordato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 138. *Hort. upſ.* 89. *Mat. med.* 528. *Roy. lugdb.* 229.
Lapathum folio acuto rubente. *Baub. pin.* 115.
Lapathum rubens. *Dod. pempt.* 650. *Cam. epit.* 229.
*Habitat in* Virginia. ♂.
*Valvula exterior floris grano magno globoſo rubro notata, rarius & altera grano minimo.*

criſpus. 3. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integris graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis.
Rumex floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis planis, foliis cordato-oblongis. *Hort. cliff.* 138. *Fl. ſvec.* 294, 314. *Roy. lugdb.* 229.
Rumex foliis cordato-oblongis acuminatis integris. *Fl lapp.* 129.
Lapathum folio acuto criſpo. *Baub. pin.* 115.
Lapathum acutum criſpum. *Tabern. ic.* 436.
*Habitat in* Europæ *humeſis.* ♃.

verticillatus 4. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: omnibus graniferis, foliis lanceolatis: vaginis cylindricis.
Lapathum aquaticum, foliis longis anguſtis acutis, floribus ad genicula verticillatim congeſtis. *Gron. virg.* 39.
*Habitat in* Virginia. ♃.

Britannica. 5. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis:

mis: omnibus graniferis, foliis lanceolatis: vaginis obſoletis. *Mat. med.* 17.

Rumex aquatica, calycis foliolis omnibus æqualibus, radice exterius nigra vel flava *Cold. noveb.* 83.

Lapathum foliis longis latis vix acuminatis coſtis caulibusque rubentibus, radice intus crocea. *Gron. virg.* 39.

*Habitat in* Virginia. ♃.

*In præcedenti ſtipula cylindrica membranacea fere ad dimidium vaginans internodium, in hac vero non item, ſed ut in Europæis. Pedicelli in priori craſſiores, in hac capillares; prior magis ſpicata, hæc magis paniculata. Plantam Gron. in Fl. virginica habui a Cl. Authore, quæ non rubra erat caule aut coſtis.*

6. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis: ſubunica granifera, foliis radicalibus panduriformibus. pulcher.

Rumex floribus hermaphroditis, foliis lyratis *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 7.

Lapathum ramis procumbentibus, ſeminis involucro dentato, foliis interioribus inſtar fidium. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 580.

Lapathum pulchrum bononienſe ſinuatum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 988. *Raj. hiſt.* 174.

*Habitat in* Anglia, Gallia, Italia. ♃.

Folia *Caulina lateribus non ſinuata, ovato-oblonga, integra.* Rami *floriferi recurvati.* Calycis *valvulæ dentatæ, apice obtuſæ; harum exterior granulum gerit; reliquæ vero granulum obſoletum habent.*

7. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis trifido-ſetaceis: unica granifera. *Hort upſ.* 89. ægyptiacus.

Rumex floribus hermaphroditis, foliis oblongis, valvulis dentato-ſetaceis longiſſimis. *Wach. ultr.* 391.

Lapathum ægypticum, capſula ſeminis alba & crenata. *Dill. elth.* 191. *t.* 158 *f.* 191.

Lapathum ægyptiacum annuum, parietariæ foliis, capſula ſeminis longius barbata. *Till. piſ.* 43. *t.* 37. *f.* 1.

*Habitat in* Ægypto. ☉.

8. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis: omnibus graniferis, foliis lanceolatis. perſicarioides.

*Habitat in* Virginia. ☉.

Planta

Planta *ſpithamæa*, *ramoſiſſima.* Folia *lanceolata*, *petiolata*, *lævia*, *undata*, *integra*: Floris *valvulæ dentibus utrinque tribus longis*, *omnes tectæ granis pallidis magnis.*

maritimus. 9. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis linearibus. *Lech. ſcan.* 26. *It. ſcan.* 248. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 313.

Lapathum aquaticum, luteolæ folio. *Tournef. inſt.* 504.

Lapathum aquaticum, anguſtiſſimo acuminato folio. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 142. *t.* 104.

Anthoxanthon. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 987.

*Habitat in* Europæ *littoribus maritimis.*

divaricatus. 10. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis obtuſis pubeſcentibus.

Lapathum arvenſe ſubhirſutum, folio retuſo, caule longius brachiato, capſula ſeminis crenata. *Till. piſ.* 93. *t.* 37. *f.* 2.

*Habitat in* Italia. ⊙.

acutus. 11. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis. *Hort. cliff.* 138. *Mat. med.* 176. *Fl. ſvec.* 293, 316. *Roy lugdb.* 229.

Lapathum acutum ſ. Oxylapathum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 983. *Lob. ic.* 284.

Lapathum acutum. *Raj. hiſt.* 175.

*Habitat in* Europæ *ſucculentis.* ♃.

obtuſifolius. 12. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis obtuſiuſculis crenulatis.

Lapathum involucro ſeminis dentato, foliis obtuſis ora criſpula. *Hall. helv.* 172.

Lapathum ſylveſtre, folio ſubrotundo, ſeminis involucris dentatis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 580.

Lapathum folio minus acuto. *Bauh. pin.* 111.

Lapathum vulgare, folio obtuſo. I. B. *Raj. hiſt.* 175.

Lapathum. *Cam. epit.* 228.

*Habitat in* Sudermania, Germania, Helvetia, Gallia, Anglia. ♃.

* * *Hermaphroditi: valvulis floris grano deſtitutis.*

13. RU-

13. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis nudis, pedicellis planis reflexis. *Hort. upſ.* 90. bucephalophorus.
Rumex fructibus dentatis calyce reflexis, caput bovinum referentibus. *Hort. cliff.* 139.
Acetoſa, ocymi folio, neapolitana. *Bauh. pin.* 114.
Acetoſa, ocymi folio, bucephalophoros. *Col. ecphr.* 1. *p.* 151. *t.* 150.
*Habitat in* Italia. ☉.
*Flores ſemper terni.*

14. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis acutis. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 315. aquaticus.
Lapathum aquaticum, folio cubitali. *Bauh. pin.* 116.
Lapathum paluſtre. *Tabern ic.* 437.
Hippolapathum. *Dalech. hiſt.* 604. *Cam. epit.* 232.
Herba britannica. *Munt. brit. t.* 1.
*Habitat in* Europa *ad ripas fluviorum & paludum.* ♃.

15. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis lævibus, caule arboreo, foliis ſubcordatis. *Vir. cliff.* 32. *Hort. cliff.* 139. *Roy. lugdb.* 320. Lunaria.
Acetoſa arboreſcens, ſubrotundo folio. *Pluk. alm.* 8. *t.* 252. *f.* 3.
Lunaria magorum arabum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 994?
*Habitat in* Canariis. ♄.
*Flos tripartitus, nec ſexpartitus eſt.*

16. RUMEX floribus hermaphroditis geminatis: valvularum alis omnibus maximis membranaceis reflexis, foliis indiviſis. *Hort. cliff.* 130. *Hort. upſ.* 90. *Roy. lugdb.* 230. veſicarius.
Acetoſa americana, foliis longiſſimis pediculis donatis. *Bauh. pin.* 114. *prodr.* 54. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 583. *ſ.* 5. *t.* 28. *f.* 7.
*Habitat in* Africa. ☉.

18. RUMEX floribus hermaphroditis diſtinctis, valvulis cordatis obtuſis integerrimis, foliis haſtato-ovatis eroſis. tingitanus.
Acetoſa dentata perennis. *Zanon. hiſt.* 14.
Acetoſa veſicaria tingitana perennis repens, foliis longis ſinuatis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 583. *ſ.* 5. *t.* 28. *f.* 8.
Lapathum maritimum fœtidum. *Bauh. pin.* 116. *prodr.* 56.
*Habitat in* Barbaria, Hiſpania. *Alſtræmer.* ♃.

Cau-

Caules *ramoſi*. Folia *petiolata, ovata, acuminata, ſubſcabra, baſi ſubhaſtata, juxta baſin eroſa, margine ſcaberrima & fere inæqualia.* Racemi *longi, floribus 5 ſ. 3. propriis pedicellis ad ſingulos dentes racemi.* Calycis *valvulæ cordatæ, integerrimæ, nudæ.*

roſeus. 19. RUMEX floribus hermaphroditis diſtinctis: valvulæ alterius ala maxima membranacea, declinata, foliis eroſis. *Roy. lugdb.* 230.

Acetoſa ægyptia, roſeo ſeminis involucro. *Shaw. afr.* 5. *f.* 5.

*Habitat in* Ægypto. ⊙

*Seminum valvulæ maximæ, unciales, orbiculatæ, reticulatæ, margine denticulatæ, apice & baſi bifidæ, quod non in R. tingitano.*

ſcutatus. 20. RUMEX floribus hermaphroditis, foliis cordato-haſtatis. *Vir. cliff.* 32. *Hort. cliff.* 138. *Hort. upſ.* 89. *Roy. lugdb.* 230.

Acetoſa rotundifolia hortenſis. *Bauh. pin.* 114 *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 583. *ſ.* 5. *t.* 28. *f.* 9.

Lapathum androgynum acetoſum, foliis ſagittatis, ramis divergentibus. *Hall. helv.* 170.

Oxalis rotundifolia. *Dod. pempt.* 649.

β. Acetoſa ſcutata repens. *Bauh. pin.* 114. *prodr.* 55.

*Habitat in* Helvetia, Galloprovincia, *inter acervos lapidum.* ♃.

digynus. 21. RUMEX floribus hermaphroditis digynis. *Hort. cliff.* 138. *Fl. ſvec.* 294, 317. *Roy. lugdb.* 230.

Rumex foliis orbiculatis emarginatis. *Fl. lapp.* 132.

Acetoſa rotundifolia alpina. *Bauh. pin.* 55. *prodr.* 114. *Oed. dan. t.* 14.

Acetoſa repens veſtmorlandia, cochleariæ foliis nonnihil ſinuatis. *Pluk. alm.* 8. *t.* 252. *f.* 2.

Acetoſa britannica rotundifolia, fructu compreſſo. *Blair. obſ.* 67. *t.* 67.

*Habitat in Alpibus* Lapponicis, Helveticis, Wallicis. ♃.

*Flos quadrifidus: Calyce diphyllo, Corolla dipetala, Staminibus 6 Stylis. 2.*

* * * *Floribus diclinis.*

alpinus. 22. RUMEX floribus hermaphroditis ſterilibus femineisque, valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis obtuſis rugoſis.

Ru-

Rumex folio pedali cordato, radice repente *Monnier. obſ.* 165. *Sauv. Monſp.* 111.
Lapathum androgynum obtuſifolium, ſpica confertiſſima. *Hall. helv.* 170.
Lapathum hortenſe rotundifolium ſ. montanum. *Bauh. pin.* 115.
Lapathum rotundifolium. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 69.
Rhabarbarum monachorum. *Mat. med.* 178.
*Habitat in* Helvetia, Gallia *auſtrali.* ♂.
*Statura & magnitudo Rhei.*

22. RUMEX floribus androgynis: calycibus femineis monophyllis: valvulis exterioribus reflexo-uncinatis. *Hort. upſ.* 89. ſpinoſus.
Rumex floribus androgynis, calycibus fructus uncinatis. *Hort. cliff.* 139. *Roy. lugdb.* 230.
Beta cretica, ſemine aculeato. *Bauh. pin.* 118. *prodr.* 57.
Beta cretica, ſemine ſpinoſo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 962.
*Habitat in* Creta. ☉.

23. RUMEX floribus dioicis, foliis oblongis ſagittatis: hamis patentibus. tuberoſus.
Acetoſa tuberoſa radice. *Bauh. pin.* 114.
Oxalis tuberoſa. *Dod. pempt.* 649.
*Habitat in* Italia. ♃.
*Affinis nimium R. Acetoſæ ac ſi ejus hybrida, ſed* Folia *hamis poſtice magis biantia & Stipulæ longiores. Radix omnino Filipendulæ.*

24. RUMEX floribus dioicis, foliis oblongis ſagittatis. *Vir. cliff.* 32. *Hort. cliff.* 139. *Hort. upſ.* 89. *Fl. ſvec.* 295; 318. *Fl. lapp.* 130. *Mat. med.* 529. *Roy. lugdb.* 231. Acetoſa.
Acetoſa pratenſis. *Bauh. pin.* 14.
β. Acetoſa pratenſis, flore albo. *Tournef. inſt.* 502.
γ. Oxalis criſpa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 990. *Tabern. ic.* 440.
δ. Acetoſa montana maxima. *Bauh. pin.* 114. *Scheuch. alp.* 129.
ε. Acetoſa montana, lato ari folio rotundo. *Bocc. muſ.* 165. *t.* 125.
*Habitat in* Europæ *paſcuis.* δ *in Alpibus.* ♃.

25. RUMEX floribus dioicis, foliis lanceolato-haſtatis. *Vir. cliff.* 32. *Hort. cliff.* 139. *Fl. lapp.* 131. *Fl. Suec.* 296; 319. *Roy. lugdb.* 231. *Gron. virg.* 153. Acetoſella.

 Ace-

Acetoſa arvenſis lanceolata. *Bauh. pin.* 114.
Oxalis ovina. *Tabern. ic.* 440.
β. Acetoſa lanceolata anguſtifolia repens. *Bauh. pin.* 14. *prodr.* 55.
γ. Acetoſa arvenſis minima non lanceolata. *Bauh. pin.* 114.
δ Acetoſa minor erecta, lobis multifidis. *Bocc. muſ.* 164 *t.* 126.
*Habitat in* Europæ *paſcuis & arvis arenoſis.* ♃.

multifidus. 26. RUMEX floribus dioicis, foliis haſtatis: auriculis palmatis. †.
Acetoſa minor erecta lobis multifidis. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 164. *t.* 126.
*Habitat in Alpibus* Calabriæ, Hetruriæ, Orientis. ♃.

aculeatus. 27. RUMEX floribus dioicis, foliis lanceolatis petiolatis, fructibus reflexis: valvulis ciliatis.
Acetoſa cretica, ſemine aculeato. *Bauh. pin.* 114. *prodr.* 55. *t.* 55.
Oxalis minor aculeata candiæ. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 991.
*Habitat in* Creta, Hiſpania. ♃.
*Similis R. Acetoſellæ, ſed* Folia *baſi attenuata absque hamis.* Florum *femineorum interiores valvulæ ciliatæ aculeis minimis.*

## SCHEUCHZERIA.

paluſtris. 1. SCHEUCHZERIA. *Fl. lapp.* 133. *t.* 10. *f.* 1. *Fl. ſuec.* 297; 320. *Roy. lugdb.* 45. *Hall. helv.* 258. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 73. *Berg. viadr.* 67.
Juncus floridus minor. *Bauh. pin.* 12. *prodr.* 43. *theatr.* 190. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 110. *f.* 2.
Juncoidi affinis paluſtris. *Scheuch gram* 336.
Gramen junceum aquaticum, ſemine racemoſo. *Læſ. pruſſ.* 114. *t.* 28.
*Habitat in* Lapponiæ, Helvetiæ, Boruſſiæ, Sueciæ *paludoſis.* ♃.

## TRIGLOCHIN.

paluſtre. 1. TRIGLOCHIN capſulis trilocularibus ſublinearibus. *Fl. Svec.* 298; 321. *Act. ſtockh.* 1742. *p.* 147. *t.* 6. *f.* 1. 2. 3.
Triglochin fructu tenui. *Fl. lapp.* 134. *Roy. lugdb.* 44. *Hall. helv.* 258.

Gra-

Gramen junceum ſpicatum ſ. Triglochin. *Bauh. pin.* 6. *theatr.* 80.
Calamagroſtis IV. *Dalech. hiſt.* 1006.
β. Juncago maritima perennis, bulboſa radice. *Mich. gen.* 44.
Juncago maritima. *Barr. rar.* 55. *t.* 271.
*Habitat in* Europæ *inundatis uliginoſis.* ♂.

2. TRIGLOCHIN capſulis ſexlocularibus ovatis. *Fl. ſuec.* 299; 322. *act. ſtockh.* 1742. *p.* 147. *t.* 6. *f.* 4. 5. maritimum.
Triglochin fructu ſubrotundo. *Fl. lapp.* 135. *Roy. lugdb.* 45. *Gort. gelr.* 76.
Juncago paluſtris & maritima perennis, fructu breviore quinquecapſulari. *Mich. gen.* 44.
Gramen ſpicatum alternum. *Bauh. pin.* 6. *theatr.* 82.
*Habitat in* Europæ *maritimis.* ♃.

## MELANTHIUM.

1. MELANTHIUM petalis ungviculatis. virginicum.
Melanthium foliis linearibus integerrimis longiſſimis, floribus paniculatis. *Gron. virg.* 59.
Aſphodelo affinis floridana, ramoſo caule, floribus ornithogali obſoletis. *Pluk. amalth.* 40. *t.* 434. *f.* 8.
*Habitat in* Virginia. ♃.

2. MELANTHIUM petalis ſeſſilibus. *Amœn. acad.* 2. *p.* 349. *t.* 11. *. ſibiricum.
Ornithogalum ſpicis florum longiſſimis ramoſis. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 45. *t.* 8.
*Habitat in* Sibiria. ♃.

3. MELANTHIUM petalis punctatis, foliis cucullatis. *Amoen. acad.* 6. *afr.* 12. *. capenſe.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.

## MEDEOLA.

1. MEDEOLA foliis verticillatis, ramis inermibus. virginiana.
Medeola foliis ſtellatis lanceolatis, fructu baccato. *Gron. virg.* 39. *.
Lilium ſ. Martagon puſillum, floribus minutiſſime herbaceis. *Pluk. alm.* 401. *t.* 328. *f.* 4.
*Habitat in* Virginia. ♄.

aſparagoides. 2. MEDEOLA foliis pinnatis: foliolis alternis.
Aſparagus foliis ovato-lanceolatis ſolitariis. *Hort. cliff.* 122. *Roy. lugdb.* 29.
Aſparagus africanus ſcandens, myrti folio. *Till. piſ.* 16. *t.* 12. *f.* 1. 2.
Laurus alexandrina ramoſa, foliis e ſummitate caulium prodeunte. *Herm. lugdb.* 679. *t.* 631.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
Caules *teretes, volubiles, inermes, annui plerumque.* Folia *alterna, remota, forte pinnata?* *Foliola ovato-oblonga, ſeſſilia, nitida, alterna, plerumque ſeptena. Simillima Aſparago ſarmentoſo, ſed inermis & ultra humanam altitudinem adſcendens.* Corollæ *albidæ, revolutæ, ſerotinæ.* Flores *pedunculati, penduli, ſolitarii, ex alia foliorum; a Differunt* folia *iſta* pinnata *ab aliis pinnatis foliis, & conſideranda ut faſciculata, ſed diſtincta & remota petiolo communi, omnino ut in Phyllantho Niruri.*

## TRILLIUM.

cernuum. 1. TRILLIUM flore pedunculato cernuo.
Paris foliis ternis, flore pedunculato nutante. *Cold. noveb.* 81.
Solanum triphyllum, flore hexapetalo carneo. *Cateſb. carol.* 1. *p.* 45.
*Habitat in* Carolina. ♃.

erectum. 2. TRILLIUM flore pedunculato erecto.
Paris foliis ternis, flore pedunculato erecto. *Amoen. acad.* 1. *p.* 154.*
Solanum triphyllum braſilianum. *Bauh. pin.* 167. *prodr.* 91. *Burſ. IX*: 12.
Solanum triphyllum canadenſe. *Corn. canad.* 166. *t.* 167.
Solano congener triphyllum canadenſe. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 532. *ſ.* 13. *t.* 3. *f.* 7.
*Habitat in* Virginia.

ſeſſile. 3. TRILLIUM flore ſeſſili erecto.
Paris foliis ternatis, flore ſeſſili erecto. *Gron. virg.* 44.
Solanum virginianum triphyllum, flore tripetalo atropurpureo in foliorum ſinu, abſque pediculo, ſeſſili. *Pluk. alm.* 352. *t.* 111. *f.* 6.

So-

Solanum triphyllum, flore hexapetalo: tribus petalis purpureis, cæteris viridibus reflexis, *Cateſb. car.* 1. *p.* 50. *t.* 50.
*Habitat in* Virginia, Carolina. ♃.

## COLCHICUM.

1. COLCHICUM foliis planis lanceolatis erectis. *Hort. cliff.* 140. *Hort. upſ.* 90. *Roy. lugdb.* 41. *Sauv. monſp.* 18. 19. *Bœhm. lipſ.* 29. autumnale.
Colchicum commune. *Baub. pin.* 67.
Colchicum. *Fucb. biſt.* 356. 357.
β. Colchium flore pleno. *Baub. pin.* 67.
*Habitat in* Europæ *auſtralioris ſucculentis.* ♃.

2. COLCHICUM foliis linearibus patentiſſimis. *Lœfl.* montanum.
Colchicum montanum anguſtifolium. *Baub. pin.* 68.
Colchicum montanum. *Cluſ. hiſp.* 266. *t.* 267. *biſt.* 1. *p.* 200.
*Habitat in* Hiſpania, Helvetia. ♃.
Folia *una cum floribus autumno erumpunt.*

3. COLCHICUM foliis undulatis patentibus. *Hort. cliff.* 140. *Roy. lugdb.* 42. variegatum.
Colchicum chionenſe, floribus fritillariæ inſtar teſſulatis, foliis undulatis. *Moriſ. biſt.* 2. *p.* 341. *ſ.* 4. *t.* 3. *f.* 7.
*Habitat in* Chio *inſula.* ♃.

## HELONIAS.

1. HELONIAS. bullata.
Helonias foliis radicalibus lanceolatis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 12. *t.* 1. *f.* 1. *.
Ephemerum phalangoides virginianum, floſculis arbuteis bullatis in ſpicam diſpoſitis. *Pluk. alm.* 135. *t.* 174. *f.* 5. *Moriſ. biſt.* 3. *p.* 606. *ſ.* 15. *t.* 2. *f.* 1.
*Habitat in* Penſylvaniæ *paludoſis.* ♃.

2. HELONIAS foliis caulinis ſetaceis. aſphodeloides.
*Habitat in* Penſylvania. *Bartbram.*
Caulis *ſimpliciſſimus, bipedalis.* Folia *alternata ſ. ſparſa, lineari-ſetacea, erecta, lævia, margine ſcabra.* Racemus *terminalis, ſimplex, pedunculis flore longioribus.* Flores *albi.* *Simillima Aſphodelo, ſed Styli tres recurvati.*

# *TETRAGYNIA.*

## PETIVERIA.

alliacea. 1. PETIVERIA floribus hexandris. *Hort. cliff.* 141. *Hort. upſ.* 91. *Act. ſtockh.* 1744. *p.* 287. *t.* 7.
Petiveria foliis oblongo ovatis, ſpicis longioribus terminalibus. *Brown. jam.* 274.
Verbenæ aut Scorodoniæ affinis anomala, flore albido calyce aſpero, allii odore. *Sloan. jam.* 64. *hiſt.* 1. *p.* 172. *Raj ſuppl.* 287.
*Habitat in* Jamaicæ *nemoroſis.* ♄.

octandra. 2. PETIVERIA floribus octandris.
Petiveria ſolani foliis, loculis ſpinoſis. *Plum. gen.* 50. *ic.* 219.
*Habitat in* America *meridionali. Jacquin.* ♄.
*Simillima P. precedentiæ, ut vix, niſi ab exercitato, diſtinguatur. Differt vero Caule breviore ſtrictiore; Staminibus octo; Filamentis purpureis, nec albis; Foliis rigidioribus & omnino glabris.*

# *POLYGYNIA.*

## ALISMA.

Plantago ▽ 1. ALISMA foliis ovatis acutis, fructibus obtuſe trigonis.
Aliſma fructu obtuſo trigono. *Fl. lapp.* 138. *Fl. ſuec.* 300; 323. *Hort. cliff.* 141. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 77.
Plantago aquatica latifolia. *Bauh. pin.* 190.
Plantago aquatica. *Cam. epit.* 264.
*Habitat in* Europæ *aquoſis & ad ripas fluviorum, lacuum.* ♃.

flava. 2. ALISMA foliis ovatis acutis, pedunculis umbellatis, fructibus globoſis.
Damaſonium maximum, plantaginis folio, flore flaveſcente, fructu globoſo. *Plum. ſpec.* 7. *ic.* 115.
*Habitat in* America *meridionali.* ♃.

Damaſonium. 3. ALISMA foliis cordato-oblongis, floribus hexagynis, capſulis ſubulatis.
Aliſma fructu ſexcorni. *Hort. cliff.* 141. *Roy. lugdb.* 46. *Sauv. monſp.* 14.
Plantago aquatica ſtellata. *Bauh. pin.* 190.

Plan-

Plantago aquatica minor altera. *Lob. ic.* 301.
Damaſonium ſtellatum. *Dalech. hiſt.* 1058.
*Habitat in* Angliæ, Galliæ *aquoſis.*

4. ALISMA foliis cordatis obtuſis, floribus dodecandris, ſeminibus uncinato-muricatis. cordifolia.
Damaſonium ramoſum, folio cordiformi. *Vaill. act.* 1719. *p.* 28.
Sagittaria virginiana, obtuſiore lato folio, floribus minoribus albis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 618. *ſ.* 15. *t.* 4. *f.* 6.
Ranunculus aquaticus, aſari foliis, ad nodos umbelliferus. *Plum. ſpec.* 7. *ic* 234. *f.* 2.
*Habitat in* America *auſtrali & ſeptentrionali.* ♃.
*Media inter Aliſmas & Sagittarias.*

5. ALISMA foliis ovatis obtuſis, pedunculis ſolitariis. natans.
*Fl. ſuec.* 2. 324.
Damaſonium repens, potamogetonis rotundifolii folio. *Vaill. act.* 1719. *p.* 29. *t.* 4. *f.* 8.
Damaſonium radiculas emittens ex geniculis. *Vaill. pariſ.* 46.
Ranunculus paluſtris, foliis gramineis & ſubrotundis. *Petit. gen.* 47.
*Habitat in* Galliæ, Sueciæ *foſſis.*

6. ALISMA foliis lineari-lanceolatis, fructibus globoſo-ſquarroſis. Ranunculoides.
Aliſma fructu globoſo undique echinato. *Hort. cliff.* 141. *It. gotl.* 298. *Fl. ſuec.* 301; 325. *Roy. lugdb.* 46. *Gort. gelr.* 77. *Sauv. monſp.* 14.
Damaſonium anguſtiſſimo plantaginis folio. *Vaill. act.* 1719. *p.* 35.
Plantago aquatica humilis anguſtifolia. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 738. *Lob. ic.* 300.
Ranunculus aquaticus, plantaginis folio anguſtiſſimo. *T. Pet. gaz.* 41. *t.* 26. *f.* 12.
*Habitat in* Gotlandiæ, Belgii, Angliæ, Galliæ *foſſis.*

7. ALISMA foliis ſubulatis. *Gron. virg.* 153. ſubulata.
*Habitat in* Virginia.

*Claſſis VII.*

# HEPTANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### TRIENTALIS.

europæa. 1. TRIENTALIS foliis lanceolatis integerrimis.
Trientalis *Fl. lapp.* 139. *Fl. ſvec.* 302; 326. *Roy. lugdb.* 438. *Hall. opuſc.* 123. *Kalm. it.* 2. *p.* 263.
Alſine alpina. *Swenkf ſileſ.* 117.
Pyrola, alſines flore, europæa. *Bauh. pin.* 191. *prodr.* 101.
Pyrola, alſines flore, minor braſiliana. *Bauh. prodr.* 101. *t.* (*ſub* Hermodactyli *nomine*) 99. *Burſ. X.* 107.
*Habitat in* Europæ *borealis ſylvis & juniperetis.* ♃.

### ÆSCULUS.

Hippo Caſtanum. 1. ÆSCULUS floribus heptandris, *Hort. upſ.* 92.
Æſculus. *Hort. cliff.* 142. *Roy lugdb.* 463.
Caſtanea folio multifido. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 7. *Bauh. pin.* 419.
*Habitat in* Aſia *ſeptentrionaliore, unde in Europam* 1550. ♄.

Pavia. 2. ÆSCULUS floribus octandris.
Pavia. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 260. *t.* 260. *Hort. angl.* 54. *t.* 19. *Hort. cliff.* 143. *Roy. lugdb.* 463. *Trew. ehret.* *t.* 15. *Mill. ic.* 198. *Duham. arb.* 2. *p.* 98.
Saamouna piſonis ſ. ſiliquifera braſilienſis arbor, digitatis foliis ſerratis, floribus teucrii purpureis. *Pluk. alm.* 326. *t.* 56. *f.* 4.
*Habitat in* Carolina, Braſilia. ♄.
*Capſula hujus glabra, præcedentis muricata. Flores in eodem thyrſo Maſculos & Hermaphroditos obſervavit Dav. v. Royen; ſi ita, Polygama erit.*

## *DIGYNIA*

### LIMEUM.

africanum. 1. LIMEUM.

*Habitat in* Æthiopia. ♃.
*Statura Corrigiolæ ſ. Telephii.* Caules *proſtrati, debiles, ſpithamæi, angulati, nudi, baſi perennantes.* Folia *alterna, remota, lineari-lanceolata, parva, ſubpetiolata.* Corymbi *terminales, ſolitarii, compoſiti, nudi, longius pedunculati.*

## TRIGYNIA.

1. SAURURUS foliis cordatis petiolatis, amentis ſolitariis recurvis. *Hort. upſ.* 91. cernuus.
Saururus foliis profunde cordatis ovato-lanceolatis, ſpicis ſolitariis. *Hort. cliff.* 139. *Gron. virg.* 40. *Roy. lugdb.* 8.
Serpentaria repens, floribus ſtamineis ſpicatis, bryoniæ nigræ folio ampliore pingui. *Pluk. alm.* 343. *t.* 117. *f.* 4.
*Habitat in* Virginia. ♃.
Amenti *Squamæ petiolatæ, albæ; at defloratæ vireſcentes, pedicellis incurvatis ad rachin, germini incumbentibus.* Stamina *vix numerantur, niſi deflorato amento perſiſtentia.*

## HEPTAGYNIA.

### SEPTAS.

1. SEPTAS. *Amœn. acad.* 6. *afr.* 13. *.
Doronici? ſpecies pumila, auriculæ urſi folio glabro. capenſis.
*Pluk. mant.* 166. *t.* 330. *f.* 9.
Trientalis foliis ſubrotundis crenatis. *Roy. lugdb.* 538.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♃. *Dav. v. Royen.*

*Claſſis VIII.*

# OCTANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### TROPÆOLUM.

minus, 1. TROPÆOLUM foliis integris, petalis acuminato-ſetaceis. *Hort. upſ.* 93.
Tropæolum foliis peltatis orbiculatis. *Hort. cliff.* 145.
Cardamindum minus & vulgare T. *Fewill. peruv.* 3. *p* 14 *t.* 8.
Naſturtium indicum majus. *Bauh. pin.* 306.
Naſturtium indicum. *Lob. ic.* 516. *f.* 2, 1.
*Habitat in* Peru, Limæ *innotuit* 1580 *per Dodonæum.* ☉, ♃.

majus, 2. TROPÆOLUM foliis ſubquinquelobis, petalis obtuſis. *Hort. upſ.* 93.
Tropæolum foliis peltatis orbiculatis. *Hort. cliff.* 143.
Cardamindum ampliori folio & majori flore. T. *Few. peruv.* 3. *p.* 14. *t.* 8.
Acriviola maxima odorata. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 244.
Viola inodora ſcandens, naſturtii ſapore, maxima odorata. *Herm. lugdb.* 628. *t.* 629.
*Habitat in* Peru, *unde in Europam venit* 1684 *cura Bewerningii.* ☉. ♃.
*Flores ante crepuſculum fulminant, obſervante E. C. Linnæa.*

peregrinum 3. TROPÆOLUM foliis palmatis, petalis multifidis.
Cardamindum quinquefolii folio, vulgo Malla. *Few. peruv.* 2. *p.* 756. *t.* 42.
*Habitat in* Peru, *nondum mihi viſum in Europa.* ☉.

### OSBECKIA.

chinenſis. 1. OSBECKIA. *Oſb. it.* 213. *t.* 2. *.
Echinophora maderaſpatana, ſideritis non ſerratis nervoſis foliis, fructu capſulari caucalidis æmulo. *Pluk. alm.* 132. *t.* 173. *f.* 4.
Kadali maderaſpatanum minus, capſulis piloſis. *Raj. ſuppl. app.* 236.

Ha-

*Habitat in* India ; *in honorem* Petr. Osbeck, *Sveci, qui* 1751. *plantas* Chinæ & Javæ *periculoſo itinere adiit, legit, examinavit, deſcripſit, communicavit.*
*Habitus Melaſtomæ.* Caulis *erectus, brachiatus, acute tetragonus.* Folia *anguſto-lanceolata, trinervia, oppoſita, ſcabra, ſubſeſſilia.* Flores *terminales aliquot, ſeſſiles, cincti foliis* 4 *flore longioribus patentibus.*

## RHEXIA.

1. RHEXIA foliis ſeſſilibus ſerratis, calycibus glabris. *Gron virg.* 41. virginica.
Aliſanus vegetabilis caroliniianus. *Pluk. amalt.* 8.
Lyſimachia non pappoſa virginiana, tuberariæ foliis hirſutis, flore tetrapetalo rubello. *Pluk. alm.* 235. *t.* 202. *f.* 8.
*Habitat in* Virginia.
Caulis *tetragonus angulis membranaceis.* Folia *oppoſita, ſublanceolata, internodiis longiora, ſeſſilia, trinervia, pilis vagis hiſpiduſcula, ſubſerrata ſerraturis ſetaceis.* Pedunculus *terminalis, dichotomus.* Flores *ſolitarii ex dichotomia, ſubſeſſiles, petalis rubris; Antheris falcatis, luteis.*

2. RHEXIA foliis ciliatis. mariana.
Lyſimachia non pappoſa, terræ marianæ, leptoneuros, flore tetrapetalo rubello, folio & caule hirſutie ferruginea hiſpidis. *Pluk. mant.* 123. *t.* 428. *f.* 1.
*Habitat in* Marilandia, Braſilia.
*Calyx adſperſus ſetis apice ſtellatis.*

3. RHEXIA floribus alternis axillaribus pedunculatis quinquefidis. *Amœn. acad.* 5 *p.* 396. *. Aciſanthera.
Aciſanthera erecta ramoſa, ramulis quadratis, foliolis trinerviis ovatis crenatis oppoſitis, floribus ſingularibus. *Brown. jam.* 217. *t.* 22. *f.* 1.
*Habitat in* Jamaica. ♃.

## OENOTHERA.

1. OENOTHERA hirta, foliis ſupra glabris. hirta.
Oenothera aſſurgens hirſuta, floribus ſolitariis. *Brown. jam.* 208?
Onagra fruteſcens & hirſuta nerii folio, flore magno luteo. *Plum. ſpec.* 7. *ic.* 174. *f.* 2.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

2. OE-

biennis. 2. OENOTHERA foliis ovato-lanceolatis planis, caule muricato-ſubvilloſo. *Vir. cliff.* 33. *Hort. upſ.* 94. *Gron. virg.* 254. *Roy. lugdb.* 251. *Gort. gelr.* 78. *Kalm. it.* 3. *p.* 509.

Oenothera foliis ovato-lanceolatis denticulatis, floribus lateralibus in ſummo caulis. *Hort. cliff.* 144.

Lyſimachia lutea corniculata. *Bauh. pin.* 245. 516. *. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 271. *ſ.* 3. *t.* 11. *f.* 7.

Hyoſcyamus virginianus. *Alp. exot.* 325. *t.* 324.

*Habitat in* Virginia, *unde* 1614, *nunc vulgaris Europæ.* ♂.

parviflora. 3. OENOTHERA foliis ovato-lanceolatis planis, caule lævi ſubvilloſo.

Oenothera foliis lanceolatis, capſulis ventricoſo-conicis. *Zin. gœtt.* 199.

*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ♂.

*Fructus apex coronatus margine octifido, nec quadrifido, uti OE. biennis, cui ſimillima.* Caulis *pilis adſperſus, ſed absque tuberculis ad eorum baſin.* Folia *repando-ſubdentata, minus mollia.* Calyx *tubo ſuo quadruplo brevior, infra apicem denticulo notatus, hinc ante explicationem mucrones in hac diſtantes.* Petalorum *latera diſtantia, dimidio minora præcedentis petalis.* Capſulæ *quadrivalves.*

octovalvis. 4. OENOTHERA foliis lanceolato-oblongis acuminatis planis glabris. *Jacq. amer.* 19 *hiſt. t.* 70. †.

Onagra foliis perſicariæ anguſtioribus, flore magno luteo. *Plum. ſpec.* 7. *ic.* 175. *f.* 1.

*Habitat in* America.

*Plumieri figura etiam OE. parviſloram refert.*

molliſſima. 5. OENOTHERA foliis lanceolatis undulatis. *Vir. cliff.* 33. *Gron. virg.* 42. *Roy. ludgb.* 251.

Oenothera foliis lineari-lanceolatis dentatis, floribus e medio caule. *Hort. upſ.* 144.

Onagra bonarienſis villoſa, flore mutabili. *Dill. elth.* 297. *t.* 219. *f.* 286.

*Habitat in agro* Bonarienſi. ☉.

fruticoſa. 6. OENOTHERA foliis lanceolatis ſubdentatis, capſulis pedicellatis acutangulis, racemo pedunculato.

Oenothera florum calyce monophyllo, hinc tantum aperto. *Gron. virg.* 42.

Onagra anguſtifolia, caule rubro, flore minore. *Tournef. inſt.* 302.
*Habitat in* Virginia. ♃.
Calyx *purpuraſcens, tetraphyllus, ſed rumpitur altero ſæpius & unico latere.* Tubus *filiformis, anguſtiſſimus.* Capſula *angulis 4 acutis compreſſis.* Folia *rarius denticulata.*

7. OENOTHERA foliis lanceolatis obtuſis glabris ſubpetiolatis, caulibus proſtratis, capſulis acutangulis. pumila.
Oenothera foliis radicalibus ovatis, caulinis lanceolatis obtuſis, capſulis ovatis obtuſis. *Mill. dict. t.* 188.
Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor mariana, anguſtioribus foliis. *Pluk. mant.* 123.
Lyſimachia marilandica parva, foliis anguſtis acutis. *Raj. ſuppl.* 416.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ♃.
Caulis *palmaris, herbaceus, teres, flexuoſus, divaricatiſſimus.* Folia *elliptico-lanceolata, integerrima.* Flores *axillares, ſolitarii, erecti, ſubſeſſiles.* Petala *lutea, obcordata, lineata.* Capſulæ *obovatæ, obtuſæ, octangulares, angulis quatuor latioribus compreſſis, quadrivalvis.* Radix *perennis.*

## GAURA.

1. GAURA. *Amœn. acad.* 3. *p.* 26. *Act. holmenſ.* 1756. *p.* 222. *t.* 8. *. biennis.
Lyſimachia Chamenerio ſimilis floridana, foliis nigris punctis, capſulis carinatis in ramulorum cymis. *Pluk. amalth.* 139. *t.* 428. *f.* 2.
*Habitat in* Virginia, Penſylvania. ♂.

## EPILOBIUM.

* *Staminibus declinatis.*

1. EPILOBIUM foliis ſparſis lineari-lanceolatis, floribus inæqualibus. anguſtifolium.
Epilobium floribus difformibus, piſtillo declinato. *Fl. ſvec.* 304; 327.
Epilobium foliis lanceolatis integerrimis. *Fl. lapp.* 146. *Hort. cliff.* 154. *Roy. lugdb.* 250.
Lyſimachia Chamænerion dicta anguſtifolia. *Bauh. pin.* 245.

β. Ly-

β. Lyſimachia Chamænerion dicta latifolia. *Bauh. pin.* 245.

γ. Lyſimachia Chamænerion dicta alpina. *Bauh. pin.* 245. *prodr.* 116.

*Habitat in* Europa *boreali.* ♃.

latifolium. 2. EPILOBIUM foliis alternis lanceolato-ovatis, floribus inæqualibus.

*Habitat in* Sibiria. ♃.

*Differt a præcedenti floribus duplo majoribus, foliis lanceolato-ovatis, alternis nec ſparſis, utrinque læviſſimo tomento molliſſimis. Hæc & antecedens differunt a ſequentibus in non paucis: his enim* Flores *inæquales petalis integris;* Stamina *baſi conniventia ad Stylum;* Piſtillum *declinatum;* Folia *alterna;* Folia *erumpentia revoluta contra ac in reliquis.*

* * *Staminibus erectis regularibus, petalis bifidis.*

hirſutum. 3. EPILOBIUM foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis decurenti-amplexicaulibus. *Hort. cliff.* 145. *Fl. ſvec.* 305. 328. *Gron. virg.* 154. *Roy. lugdb.* 251.

Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta, magno flore. *Bauh. pin.* 245.

Lyſimachia purpurea. *Fuchſ. hiſt.* 491.

β. Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta, parvo flore. *Bauh. pin.* 245. *prodr.* 116.

*Habitat in* Europæ *humidiuſculis.* ♃.

*Planta ſubhirſuta. Foliorum baſis media altior lateralibus.*

montanum. 4. EPILOBIUM foliis oppoſitis ovatis dentatis. *Fl. lapp.* 147. *Fl. ſvec.* 306; 329. *Hort. cliff.* 145. *Roy. lugdb.* 251.

Lyſimachia ſiliquoſa glabra major. *Bauh. pin.* 245.

Pſeudo-Lyſimachium purpureum primum. *Dod. pempt.* 85.

*Habitat in* Europæ *montoſis.*

*Caulis molliſſimus. Folia glabra.*

tetragonum. 5. EPILOBIUM foliis lanceolatis denticulatis: imis oppoſitis, caule tetragono. *Sauv. monſp.* 75.

Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor. *Bauh. pin.* 303. *Raj. hiſt.* 801.

Lyſimachia minor. *Tabern. ic.* 854.

*Habitat in* Europa. ♃.
*Folia tenera macula livida. Summitas, adhuc tenella, nutans.*

6. EPILOBIUM foliis oppoſitis lanceolatis integerrimis, petalis emarginatis, caule erecto. *Fl. ſvec.* 307; 330. *. paluſtre.
Epilobium foliis linearibus. *Fl. lapp.* 149. *Roy. lugdb.* 251.
Lyſimachia ſiliquoſa glabra anguſtifolia. *Bauh. pin* 245.
β. Epilobium foliis lanceolatis, ramoſe florens. *Fl. lapp.* 148.
*Habitat in* Europæ *humidiuſculis.* β in *Alpibus.* ♃.

7. EPILOBIUM foliis oppoſitis ovato-lanceolatis integerrimis, ſiliquis ſeſſilibus, caule repente. alpinum.
Epilobium foliis ovalibus: ſuperioribus attenuatis. *Fl. Svec.* 308; 331.
Epilobium foliis ovato-oblongis integerrimis. *Fl. lapp.* 150.
Epilobium, foliis ellipticis obtuſe lanceolatis, totum læve. *Hall. Helv.* 409.
Chamænerion alpinum, alſines foliis. *Scheuch. alp.* 132. 332.
Lyſimachia ſiliquoſa nana, prunellæ foliis. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 161. *t.* 108.
*Habitat in Alpibus* Helveticis, Lapponicis. ♃.
*Repens eſt, primo vere florens germinibus ſeſſilibus.*

## MELICOCCA.

1. MELICOCCA. *Jacq. hiſt. t.* 71. bijuga.
Melicoccus foliis ut plurimum bijugatis ovatis, per pennas alatas diſpoſitis. *Brown. jam.* 210.
Nux americana coſta foliorum appendicibus acuta. *Pluk. alm.* 265. *t.* 207. *f.* 4.
Nux americana foliis alatis bifidis. *Comm. hort.* 1. *p.* 183. *t.* 94.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.
*Obnoxia Cocco heſperidum præ reliquis, ut Sapindus, cui ſimillima.*

## AMYRIS.

1. AMYRIS foliis ternatis acutis. Elemifera.
Elemifera foliis ternatis. *Hort. cliff.* 486.

Fru-

Frutex trifolius reſinoſus floribus tetrapetalis albis racemoſis. *Cateſb. car.* 2. *p.* 33. *t.* 33. *f.* 3.
Cornus racemoſa trifolia & quinquefolia, foliis foraminulatis. *Plum. ſpec.* 19. *ic* 100?
*Habitat in* Carolina. ♄.

maritima. 2. AMYRIS foliis ternatis obtuſis. *Jacq. amer.* 19.
Amyris fruticoſus minor, foliis orbiculatis venoſis pinnato-ternatis, racemis terminalibus. *Brown. jam.* 209.
*Habitat in* America. ♃.

toxifera. 3. AMYRIS foliis impare pinnatis.
Elemifera foliis pinnatis. *Hort. cliff.* 486.
Toxicodendron foliis alatis, fructu purpureo pyriformi ſparſo. *Cateſb. car.* 1. *p.* 40. *t.* 40.
*Habitat in* Carolina.

balſamifera. 4. AMARIS foliis bijugis.
Arboris arboreus, foliis bijugatis ovatis glabris, racemis laxis terminalibus. *Brown. jam.* 208.
Lauro affinis terebinthi folio alato, ligno odorato candido, flore albo. *Sloan. jam.* 137. *hiſt.* 2. *p.* 24. *t.* 168. *f.* 4. *Raj. dendr.* 88.
Lucinium arbor tiliæ foliis minoribus, americanum. *Pluk. alm.* 228. *t.* 201. *f.* 3.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

## GRISLEA.

ſecunda. 1. GRISLEA. *Hort. cliff.* 146. *Lœfl. it.* 245. *.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

## COMBRETUM.

laxum. 1. COMBRETUM ſpicis laxis. *Lœfl. it.* 308.
Combretum floribus octandris, ſpicis laxis ſecundis. *Jacq. amer.* 19.
Gaura fruticoſa ſcandens, foliis oppoſitis. *Lœfl. it.* 248. *.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

ſecundum. 2. COMBRETUM ſpicis ſecundis. *Jacq. amer.* 19. †.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

## ALOPHYLLUS.

zeylanicus. 1. ALLOPHYLUS. *Fl. zeyl.* 140. *.
*Habitat in* Zeylona. ♄.

## XIMENIA.

1. XIMENIA foliis oblongis, pedunculis multifloris. *Jacq. amer.* 19. *hiſt. t.* 177. *f.* 31. *Hort. cliff.* 1193. americana.
Ximenia aculeata, flore villoſo, fructu luteo. *Plum. gen.* 6. *ic.* 261. *f.* 1.
*Habitat in* America. ♄.
Folia *ovato-oblonga, alterna, integerrima, petiolata.* Spina *ad ſingulam foliorum axillam.* Racemus *multiflorus, inter ſpinam & ramum.*

2. XIMENIA foliis ovatis, pedunculis unifloris. inermis.
Amyris arboreſcens, foliis ovatis glabris: vetuſtioribus confertis, petiolis ſubmarginatis, floribus ſolitariis. *Brown. jam.* 209.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

## MIMUSOPS.

1. MIMUSOPS foliis alternis remotis. *Fl. zeyl.* 138. *. Elengi.
Flos cuſpidum. *Rumph. amb.* 2. *p.* 189. *t.* 63.
Kauki indorum. *Pluk. alm.* 203. *Breyn cent.* 20. *t.* 8.
Elengi. *Rheed. mal.* 1. *p.* 34. *t.* 20.
*Habitat in* India. ♄.

2. MIMUSOPS foliis confertis. *Fl. zeyl.* 137. *. Kauki.
Metroſiderops macaſſarenſis. *Rumph amb.* 3. *p.* 19. *t.* 8.
*Habitat in* India. ♃.

## JAMBOLIFERA.

1. JAMBOLIFERA. *Fl. zey.* 139. *. pedunculata.
Jambulones. *Bauh. pin.* 460.
*Habitat in* India. ♄.

## SANTALUM.

1. SANTALUM. *Mat. med.* 183. album.
Santalum verum. *Breyn. ic.* 94. *t.* 5. *f.* 1.
Santalum album. *Bauh. pin.* 392. *Rumph. amb.* 2. *p.* 42. *t.* 11.
*Habitat in* India. ♄.

## MEMECYLON.

1. MEMECYLON foliis ovatis. *Fl. zeyl.* 136. *. capitellatum


Cor-

Cornus ſylveſtris, foliis croceum colorem tingentibus, floſculis ad foliorum alas globoſis. *Burm. zeyl.* 76. *t.* 30.
*Habitat in* Zeylona. ♄.

## LAWSONIA.

inermis. 1. LAWSONIA ramis inermibus. *Fl. zeyl.* 135. *Gron. orient.* 47.
Liguſtrum ægyptiacum latifolium. *Bauh. pin.* 476.
Alhenna ſ. Henna arabum. *Walth. hort.* 3. *t.* 4.
Pontaletſce. *Rheed. mal.* 4. *p.* 117. *t.* 57.
Alcanna arabum. *Bell. itin.* 35.
Cyprus, Henna, Alcanna. *Rauw. itin.* 60. *t.* 60.
*Habitat in* India, Ægypto. ♄.
*Affinis maxime ſequenti; ut forte cultura mitior facta.*

ſpinoſa. 2. LAWSONIA ramis ſpinoſis. *Fl. zeyl.* 134. *Haſſelq. it.* 464. *.
Rhamnus malabaricus. *Mail-anſchi. Pluk. alm.* 38. 220. *f.* 1.
Cyprus *Rumph. amb.* 4. *p.* 42. *t.* 17.
Mail-anſchi. *Rheed. mal.* 1. *p.* 73. *t.* 40.
*Habitat in* India. ♄.

## VACCINIUM.

* *Foliis annotinis deciduis.*

Myrtillus. 1. VACCINIUM pedunculis unifloris, foliis ſerratis ovatis deciduis caule angulato. *Fl. lapp.* 143. *Fl. ſvec.* 313; 333. *Mat. med.* 184. *Hort. cliff.* 148. *Roy. lugdb.* 239. *Hall. helv.* 419.
Vitis idæa foliis oblongis crenatis, fructu nigricante. *Bauh. pin.* 470.
Myrtillus germanica & Vitis idæa. *Dalech. hiſt.* 191; 192.
*Habitat in* Europæ *borealis ſylvis umbroſis.* ♄.

ſtamineum. 2. VACCINIUM pedunculis ſolitariis unifloris, antheris corolla longioribus, foliis oblongis integerrimis.
Vaccinium ſtaminibus corolla longioribus. *Gron. virg.* 43.
Vitis idea americana, longiori mucronato folio & crenato, floribus urceolatis racemoſis. *Pluk. alm.* 331. *t.* 339. *f.* 2.

*Ha-*

*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ♄.

*Frutex.* Folia *oblonga, integerrima.* Pedunculi *axillares, ſolitarii, uniflori, filiformes, corolla longiores.* Corollæ *quinquefidæ, campanulato-patentes.* Antheræ 10. Stylus *flore longior.*

3. VACCINIUM pedunculis unifloris, foliis integerrimis ovalibus baſi ciliatis. uliginoſum.

Vaccinium foliis ovalibus integerrimis deciduis. *Fl. ſvec.* 312; 332.

Vaccinium foliis annuis integerrimis. *Fl. lapp.* 142. *Hall. helv.* 414.

Vitis idæa foliis ſubrotundis exalbidis. *Bauh. pin.* 470.

Vitis idæa II. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 61. *t.* 62.

*Habitat in* Sueciæ *borealibus & alpinis, uliginoſis.* ♄.

4. VACCINIUM pedunculis ſimplicibus, foliis integerrimis ovatis ſubtus tomentoſis. album.

*Habitat in* Penſylvania. *Kalm.* ♄.

*Frutex.* Folia *ovata, ſubtus tomentoſa.* Flores *duo vel tres ad apices ramorum: pedunculis aggregatis, breviſſimis, nudis.*

5. VACCINIUM pedunculis ſimpliciſſimis unifloris, foliis ovatis mucronatis glabris integerrimis. mucronatum.

*Habitat in* America *ſeptentrionali.* *Kalm.* ♄.

Frutex *Ramis teretibus, glaucis.* Folia *elliptica, utrinque glabra, integerrima, mucronata, petiolis canaliculatis inſidentia.* Pedunculi *uniflori, foliis paulo breviores.*

6. VACCINIUM floribus corymboſis ovatis, foliis oblongis acuminatis integerrimis. corymboſum.

*Habitat in* America *ſeptentrionli.* *Kalm.* ♄.

*Frutex.* Folia *oblonga, acuta, nervis ſubtus villoſis.* Corymbi *ex gemmaceo involucro, ſeſſiles.* Corollæ *cylindraceo-ovatæ, longiores, quam in reliquis.* *Stamina decem.*

7. VACCINIUM racemis filiformibus folioſis: foliis oblongis integerrimis. frondoſum.

Vaccinium foliis ovatis integris deciduis, racemis folioſis. *Gron. virg.* 155. *.

*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ♄.

*Frutex.* Folia *oblonga, integerrima.* Racemi *infra folia, bracteis oblongis, parvis.* Pedunculi *partiales bracteis*

*ctcis longiores, inſtructi bracteolis duabus filiformibus.* Corolla *ovato-campanulata.* Stamina 10.

ligustrinum. 8. VACCINIUM racemis nudis, caule fruticoſo, foliis crenulatis oblongis.

*Habitat in* Penſylvania. *Kalm.* ♄.

Flores *in Racemis alternis, numeroſis, deſtitutis bracteis, ſ. foliolis, qua nota facile diſtingvitur.*

Arctoſtaphylos. 9. VACCINIUM floribus racemoſis, foliis crenulatis ovatis acutis, caule arboreo.

Vitis idæa orientalis maxima, ceraſi folio, flore variegato. *Tournef. cor.* 42. *it.* 2. *p.* 223. *t.* 223.

β. Vitis idæa cappadocica maxima, meſpili folio, flore variegato. *Tournef. cor.* 42.

*Habitat in* Cappadocia. ♄.

Racemi *foliis longiores, infra folia ſiti, foliolis ovatis inſtructi.*

* * *Foliis ſempervirentibus.*

Vitis idæa. 10. VACCINIUM racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis integerrimis ſubtus punctatis.

Vaccinium foliis obverſe ovatis perennantibus. *Fl. lapp.* 145. *Fl. ſvec.* 314; 334. *Mat. med.* 185. *Hort. cliff.* 148. *Roy. lugdb.* 239. *Hall. helv.* 414. *Gort. gelr.* 81.

Vitis idæa foliis ſubrotundis non crenatis, baccis rubris. *Bauh. pin.* 470. *Oed. dan. t.* 40.

*Habitat in* Europæ *frigidioris ſylvis macris.* ♄.

Oxycoccos. 11. VACCINIUM foliis integerrimis revolutis ovatis, caulibus repentibus filiformibus nudis.

Vaccinium ramis filiformibus repentibus, foliis ovatis perennantibus. *Fl. lapp* 145.

Vaccinium ramis filiformibus, foliis ovatis perennantibus, pedunculis ſimplicibus ſtipula duplici. *Fl. ſvec.* 315; 335. *Mat. med.* 186.

Vitis idæa paluſtris. *Bauh. pin.* 471.

Vaccinia paluſtria. *Dod. pempt.* 770. *Lob. ic.* 109.

*Habitat in* Europæ *paludibus ſphagno repletis.* ♃.

*Racemus breviſſimus, pedunculis longiſſimis: bracteis 2 alternis; Corolla revoluta.*

hiſpidulum. 12. VACCINIUM foliis integerrimis revolutis ovatis, caulibus repentibus filiformibus hiſpidis. *Kalm. it.* 3. *p.* 37.

Vi-

Vitis idæa paluſtris americana, oblongis ſplendentibus foliis, fructu grandiore rubro plurimis intus acinis referto. *Pluk. alm.* 392. *t.* 320. *f.* 6.
Vitis idæa paluſtris virginiana, fructu majore. *Raj. hiſt.* 685.
*Habitat in* Americæ ſeptentrionalis *paludoſis.* ♃.
*Structura antecedentis, ſed majora omnia, & Caulis ſquamis ſetaceis imbricatus.*

## ERICA.

* *Antheris biariſtatis.*

1. ERICA antheris bicornibus incluſis, corollis inæqualibus campanulatis mediocribus, foliis oppoſitis ſagittatis. vulgaris.
Erica foliis quadrifariam imbricatis triquetris glabris erectis, corollis inæqualibus calyce brevioribus. *Hort. cliff.* 146. *Fl. ſvec.* 309; 336. *Roy. lugdb.* 442.
Erica vulgaris glabra. *Bauh. pin.* 485. *Fl. lapp.* 141.
β. Erica myricæ folio hirſuto. *Bauh. pin.* 485.
Erica vulgaris hirſuta. *Raj. angl.* 3. *p.* 471.
*Habitat in* Europæ *campeſtribus ſterilibus, frequens.* ♄.
*Comparativa:* mediocris, longior, brevior *corolla reſpicit proportionem ad calycem.*

2. ERICA antheris bicornibus exſertis, corollis globoſis umbellatis, foliis ternis aceroſis glabris. umbellata.
Erica foliis aceroſis glabris ternis, corollis ovatis ſtaminibus brevioribus terminalibus. *Læfl. it.* 138.
*Habitat in* Luſitania. ♄.
Fruticulus *habitu Ericæ vulgaris.* Folia *terna, aceroſa, brevia, glabra, ſubtus linea alba notata.* Umbellulæ *nudæ absque involucro.* Calyx *compoſitus.* Corolla *pallide cærulea, angulata.*

3. ERICA antheris bicornibus incluſis, corollis campanulatis mediocribus ſecundis, foliis ternis triquetris patulis. herbacea.
Erica procumbens herbacea. *Bauh. pin.* 486.
Erica coris folio 8. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 44.
*Habitat in* Europa *auſtraliori.*

4. ERICA antheris bicornibus incluſis, corollis ovatis racemoſis, foliis ternis glabris linearibus. cinerea.

Erica foliis linearibus ternis, floribus globoſo-oblongis laxe ſpicatis. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 110.
Erica foliis aceroſis glabris ternis, corollis oblongo-ovatis ſtaminibus longioribus verticillato-racemoſis. *Læfl. it.* 137. *.
Erica humilis, cortice cinereo, arbuti flore. *Baub. pin.* 486.
Erica coris folio 6. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 47. *Oed. dan. t.* 38.
*Habitat in* Europa *media*, Oriente. ♄.

ſcoparia. 5. ERICA antheris bicornibus incluſis, corollis campanulatis longioribus, foliis ternis patentibus, ramis albis.
Erica erecta, foliis ternis, floribus ad alas ſeſſilibus verticillatis. *Sauv. monſp.* 170.
Erica major ſcoparia, foliis deciduis. *Baub. pin* 485.
Erica ſcoparia, floſculis herbaceis. *Lob. ic.* 2. *p.* 215. *Sauv. monſp.* 46.
*Habitat* Monſpelii, *in* Hiſpania, & Europa *auſtrali*. ♄.

caffra. 6. ERICA antheris bicornibus incluſis, corollis ſubovatis mediocribus ſolitariis, foliis ternis, caule arboreo.
Erica foliis lineari-ſubulatis ternis, corollis ovatis, calycibus acutis patulis. *Hort. cliff.* 148.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

viridi-purpurea. 7. ERICA antheris bicornibus incluſis, corollis ovatis longioribus, racemis corymboſis ſecundis, foliis ternis.
Erica foliis lanceolatis oppoſitis imbricatis, floribus uno verſu racemoſis. *Hort. cliff.* 148. *Sauv. monſp.* 170.
Erica major, floribus ex herbaceo-purpureis. *Baub. pin.* 485.
Erica corios folio 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 42.
*Habitat in* Luſitania. ♄.

Tetralix. 8. ERICA antheris bicornibus incluſis, corollis ſubgloboſis confertis folio longioribus, foliis quaternis ciliatis patentibus.
Erica foliis ſubulatis ciliatis quaternis, corollis globoſo-ovatis terminalibus confertis. *Hort. cliff.* 148. *Fl. ſvec.* 310, 337. *Roy. lugdb.* 442.
Erica ex rubro nigricans ſcoparia. *Baub. pin.* 486.
*Habitat in* Europæ *borealis paludibus ceſpitoſis*. ♄.

arborea. 9. ERICA antheris bicornibus incluſis, corollis campanu-

nulatis longioribus, foliis quaternis patentiſſimis, caule ſubarboreo tomentoſo.

Erica erecta, foliis quaternis, floribus ſpicato racemoſis. *Sauv. monſp.* 170. 46.

Erica foliis acerosis linearibus patentiſſimis, corollis ovatis, ſtaminibus brevibus. *Hort. cliff.* 47. *Roy. lugdb.* 442.

Erica maxima alba. *Bauh. pin.* 485.

*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♄.

10. ERICA foliis in ſummitate quinis, caule procumbente. *Segu. ver.* 280. purpuraſcens.

Erica procumbens dilute purpurea. *Bauh. pin.* 486. *Raj. hiſt.* 1715.

Erica foliis corios, flore purpureo dilutioris coloris. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 358.

Erica coris folio VII. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 43.

*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♄.

* * *Antheris muticis obtuſis emarginatis.*

11. ERICA antheris ſimplicibus incluſis, corollis ovatis irregularibus, floribus terno-racemoſis, foliis ternis ciliatis. ciliaris.

Erica foliis ovatis ciliatis ternis, corollis ovatis apice tubuloſis irregularibus verticillato-racemoſis. *Læfl. it.* 138. *.

Erica hirſuta anglica. *Bauh. pin.* 602.

Erica XII. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 46.

*Habitat in* Luſitania. ♄.

Planta *ſuffruticoſa, bipedalis.* Folia *terna, patentia, ſeſſilia, ovato-oblonga, acuta, margine reflexa, ciliata.* Racemus *terminalis, terno-verticillatus.* Corolla *magna, ovata, ore contracto inæquali.*

12. ERICA antheris bifidis exſertis, calycibus duplicatis coloratis acutis corolla longioribus, foliis ternis lævibus. imbricata.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

Calyx *albus* eſt.

13. ERICA antheris ſimplicibus bifidis exſertis, corollis cylindricis, foliis quinis patentibus. multiflora.

Erica, foliis corios, multiflora. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 356. *Raj. angl.* 3. *p.* 471. *.

Erica maxima purpuraſcens, longioribus foliis. *Bauh. pin.* 485.
Erica juniperifolia denſe fruticans narbonenſis. *Lob. hiſt.* 620. *Garid. aix.* 160. *t.* 32. *Sauv. monſp.* 46.
*Habitat in* Anglia, G. Narbonenſi, Oriente. ♄.

carnea. 14. ERICA antheris ſimplicibus exſertis, corollis ovatis ſublongioribus, foliis quaternis triangularibus patentibus glabris.
Erica procumbens, ternis foliis, carnea. *Bauh. pin.* 486.
Erica coris folio IX. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 44.
*Habitat in* Pannoniæ, Helvetiæ, Baldi, Tridentini *arenoſis.* ♄.

bruniades. 15. ERICA antheris bifidis exſertis, corollis globoſis calyce lanato tectis, foliis ternis ſubciliatis patentibus.
Erica promont. b. ſpei floribus albidis, ſtaminibus rubris. *Pet. gaz.* 5. *t.* 2. *f.* 9.
Eriocephalus bruniades ericæformis monomopatenſis, capitulis globulorum inſtar interius cavis & denſa lanugine tectis. *Pluk. mant.* 69. *t.* 347. *f.* 9.
Frutex africanus aromaticus. *Seb. muſ.* 2. *p.* 64. *t.* 63. *f.* 7.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
Folia *linearia, remota, patula, pilis raris adſperſa.* Calyces *alba lana.*

[illegible] 16. ERICA antheris bifidis exſertis, corollis globoſis, calycibus lanatis coloratis, foliis ternis hirtis.
Erica carnea promont. cap. ſpei foliis & floribus villoſis. *Pet. gaz.* 5. *t.* 2. *f.* 10.
Erica africana, calyce lanuginoſo ex viridi luteo, floribus concoloribus exiguis lanugine obſitis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 30. *t.* 20. *f.* 1.
Erica capitata nodiflora, globulis lanugine ex flavo-vireſcente obductis. *Raj. dendr.* 98.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
*Dignoſcitur Floribus globoſis, lanugine luteo-viridi obductis.*

plukenetii. 17. ERICA antheris bifidis exſertis, corollis ſubcylindricis ſubtruncatis longioribus, calycibus ſimplicibus, foliis ternis linearibus.

Cha-

Chamæpithys æthiopica, foliis læte virentibus, flore oblongo phœniceo plus quam eleganti ſ. pluſquenetii. *Pluk. mant.* 45. *t.* 344. *f.* 3. *Seb. muſ.* 2. *t.* 25. *f.* 5.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

Folia *terna*, *linearia*, *conferta*. Flores *pedunculati*, *nutantes*. Calyx *corolla dimidio brevior*, *ſubulatus*, *carinatus*. Corolla *cylindrica*, *longa*, *ore læviſſime quadrifido*. Stamina *fere membranacea*, *linearia*, *obtuſa*, *corolla duplo longiora*.

18. ERICA antheris bifidis exſertis, corollis clavatis quadrifidis, calycibus imbricatis, foliis ternis glabris. coccinea.

Erica africana anguſtifolia, floribus oblongis tubuloſis dependentibus coccineis, cum longiſſimis filamentis concoloribus. *Raj. dendr.* 98. *Seb. muſ.* 1. *p.* 32. *t.* 21. *f.* 4.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

Statura *E. plukenetii*, *ſed* Caulis *tomentoſus*. Folia *linearia*, *brevia*. Pedunculi *craſſiores*, *breviores*. Calyx *imbricatus ſquamis octo*, *ovatis*, *per paria oppoſitis*, *nec intimis quaternis*. Corolla *præcedentis*, *ſed profundius diviſa*. Stamina *prioris*, *corolla duplo longiora*, *nec Antheris diſtinguendis a filamentis*.

19. ERICA antheris bifidis exſertis, corollis clavato-cylindricis curvis ſolitariis, foliis ternis glabris. curviflora.

Erica foliis linearibus quaternis oppoſitis villoſis, corollis longiſſimis ſolitariis. *Hort. cliff.* 148.

Erica fruticoſa capenſis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 32. *t.* 20. *f.* 4.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

20. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis clavato-cylindricis incurvatis pubeſcentibus acutis, foliis quaternis ciliatis. tubiflora.

Erica ſpicata, floribus oblongis ex carneo-purpureis. *Pluk. mant.* 67. *t.* 346. *f.* 9.

Erica africana fruteſcens. *Seb. muſ.* 2. *p.* 20. *t.* 19. *f.* 5.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

Folia *linearia*, *lævia*: *ſumma ciliata*. Flores *terminales*, *ſolitarii*, *ſeſſiles*. Corollæ *purpureæ*, *acuminatæ*, *pubeſcentes*, *multoties calyce longiores*.

21. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis ſubclavatis hirtis, floribus aggregatis ſeſſilibus, foliis quaternis ciliatis. cerinthoides

Erica africana, flore purpureo. *Barth. act. 2. p. 57.*
Erica, coris folio hiſpido, cerinthoides africana. *Breyn. cent. 25. t. 33. Seb. muſ. 2. t. 22. f. 4. & t. 34. f. 6.*
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
Frutex *ramis compoſitis.* Folia *quaterna, oblonga, convexa, lævia, ſubtus ſulco exarata, ſpinulis ciliata.* Flores *magni, ad latera aggeſti in capitulum ſeſſiles.* Calyx *hirtus pilis albis.* Corolla *læte ſanguinea, pilis albis hirta, ore obſolete quadrifida.*

abietina. 22. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis ventricoſo-cylindricis glabris, floribus lateralibus, foliis quaternis ciliatis.
Erica foliis ſubulatis glabris quinis pluribusque verticillatis, floribus longiſſimis terminalibus confertis. *Hort. cliff.* 148.
Erica africana, abietis folio longiore & tenuiore, floribus oblongis ſaturate rubris. *Raj. dendr. 96. Seb. muſ. 1. p. 31. t. 21. f. 1.*
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
Frutex *determinate ramoſus.* Folia *quaterna, oblongo-ſubulata, lævia, canaliculata, acuta.* Flores *laterales, pedunculis ſolitariis ex alis foliorum.* Calyx *foliolis ovatis, purpureis.* Corollæ *longæ, ſimiles E. curviflore, ſed rectæ, ventricoſa, glaberrimæ, obtuſæ.*

pentaphylla 23. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis ovatis acutis, foliis quinis lævibus.
Erica africana fruteſcens, juniperi folio, flore urceolari breviſſimo. *Seb. muſ. 1. p. 32. t. 21. f. 2.*
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

pubeſcens. 24. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis ſubovatis pubeſcentibus, foliis quaternis linearibus hiſpidis.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

parviflora. 25. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis ſubrotundis longitudine calycis, foliis quaternis ciliatis.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.
Folia *linearia, incurvata, hiſpida.* Flores *inter folia terminalia conniventia, foliis breviores.*

phyſodes. 26. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis ovatis inflatis glabris, foliis quaternis linearibus glabris obtuſis.

Ha-

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

Folia *patula*, *lato-linearia*, *carinata*. Flores *ad apices ramorum quaſi umbellati*. Calyx *ovatus*, *glaber*, *coloratus*, *corolla triplo brevior*.

27. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis inflatis maximis, foliis ternis linearibus lævibus. *Amœn. acad.* 6. *afr.* 15. *. halicacaba.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

Frutex *altus*: *Ramis purpuraſcentibus*; *Ramulis ſubtomentoſis*, *albis*. Folia *terna*, *confertiſſima*, *lævia*, *margine ſcabra*. Pedunculi *foliis breviores*. Corolla *purpuraſcens*, *glabra*, *ab omnibus diſtincta magnitudine & facie calycis Phyſalidis annuæ*.

28. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis ſubovatis calyces coloratos æquantibus, foliis ternis lævibus. calycina.

Erica africana humilis, flore albo urceolari, coris folio, calyce amplo. *Seb. muſ.* 2. *p.* 13. *t.* 11. *f.* 7.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

Calyx & *Bracteæ albæ*. Corollæ *luteæ*.

29. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis ovatis calyces coloratos æquantibus, foliis oppoſitis linearibus appreſſis. tenuifolia.

Erica africana tenuifolia, unedonis flore, foliis longioribus cauli adpreſſis. *Pluk. mant.* 68. *t.* 346. *f.* 11.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

30. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis ovatis ſubſeſſilibus, foliis quinis obtuſis ciliatis. empetrifolia

Erica africana, coridis folio, piloſa, floſculis minutiſſimis purpureis inter ramulos diſperſis. *Pluk. mant.* 68.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

31. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis globoſis glabris quaternis, foliis quaternis ſetaceis patulis. pilulifera.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

32. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis ovatis, calycibus planis, bracteis coloratis, foliis ternis glabris. corifolia.

Erica antheris bifidis exſertis, corollis globoſis mediocribus, pedunculis triphyllis, foliis quaternis. *Syſt. nat.* 2. *p.* 355.

Eri-

Erica africana glabra fruticoſa, coris folio, arbuti flore dilute purpureo. *Seb. muſ.* 1. *p.* 32. *t.* 21. *f.* 3.
Erica roſmarini foliis incanis, æthiopica, floribus arbuteis magno calyce incluſis. *Pluk. man.* 68. *t.* 346. *f.* 5.
Erica capenſis, coridis folio, flore, rubello. *Pet. gaz.* 7. *t.* 3. *f.* 7.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
Caulis *fruticoſus*, *compoſitus*. Folia *terna*, *linearia*, *glabra*. Flores *terminales ſ. umbellulæ ſeſſiles*. Bracteæ *in ſingulo pedunculo tres*, *alternæ*, *ovatæ*, *purpureæ*, *magnitudine & facie folioli calycini*. Calyx *patens*, *foliolis ovatis*, *purpureis*. Corolla *ovata*, *purpurea*.

triflora. 33. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis ſubgloboſis ſubvilloſis ternis, pedunculis triphyllis, foliis ternis.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

gnaphalodes. 34. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis globoſis ternis, calycibus duplicibus obtuſis.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

planifolia. 35. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis campanulatis, foliis quaternis ciliatis patentibus.
Erica africana hirſuta, thymi foliis ternis. *Pluk. mant.* 69. *t.* 347. *f.* 1.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

paniculata. 36. ERICA antheris bifidis incluſis, corollis campanulatis ſubumbellatis, foliis quaternis linearibus lævibus.
Erica tenuifolia, floſculis ſuave rubellis. *Pluk. alm.* 136. *t.* 279. *f.* 2.
Erica africana, anguſtiſſimis foliis, floſculis in capitulum congeſtis. *Seb. muſ.* 2. *p.* 46. *t.* 44. *f.* 4.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
Frutex. Folia *linearia*, *erecta*, *fere lævia*. Flores *parvi*, *purpurei*, *uti etiam calyces & pedunculi minimi*, *adeo copioſi*, *ut totam tegant plantam*.

ſpumoſa. 37. ERICA antheris bifidis incluſis, calycibus trifloris: ſquamis inflatis inflexis, foliis ternis lævibus. *Amœn. acad.* 6. *afr.* 14. *.
Erica africana, flore rubro plano. *Seb. muſ.* 2. *p.* 11. *t.* 9. *f.* 10. *mala.*
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

*Ha-*

Æthiopicas *has omnes ad me miſit inſpiciendas ex Herbario Oldenlandiano, egregii theſauri, de re herbaria optime meritus, poſſeſſor* C. Burmannus.

* * * *obſcura.*

38. ERICA racemo terminali, foliis alternis ſubtus tomentoſis. Daboecii.

Erica cantabrica, flore maximo, foliis myrti ſubtus incanis. *Tournef. inſt.* 603.

Erica f. Dabeci hibernis. *Raj. dendr.* 98.

Erica hibernica, foliis myrti piloſis ſubtus incanis. *Pet. gaz.* 42. *t.* 27. *f.* 4.

Vaccinium cantabricum. *Hudſon. angl.* 143.

*Habitat in* Hiberniæ *Gallovidia in montibus Mayo, ſolo cæſpitoſo.* ♄.

Statura *& magnitudo Andromedæ polifoliæ.* Caules *fruticoſi, piloſi, ferruginei.* Folia *alterna, Andromedæ, lanceolata, ſubpetiolata, lateribus revoluta, ſubtus albo tomentoſa, ſupra pilis rariſſimis adſperſa.* Rami *breviores.* Racemus *longus, terminalis.* Calyx *quadripartitus, minimus.* Capſula *erecta, quadrilocularis, quadrivalvis, magna.* Flores *non vidi, quos deſcribant autoptæ.*

## DAPHNE.

* *Floribus lateralibus.*

1. DAPHNE floribus ſeſſilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. Mezereum.

Daphne floribus ſeſſilibus infra folia elliptico-lanceolata. *Fl. lapp.* 140. *Fl. ſvec.* 311; 338. *Mat. med.* 179. *Hort. cliff.* 147. *Roy. lugdb.* 201.

Laureola folio deciduo, flore purpureo, officinis Laureola femina. *Bauh. pin.* 462.

Daphnoides. *Cam. epit.* 937.

*Habitat in* Europæ *borealis ſylvis.* ♄.

2. DAPHNE floribus ſeſſilibus axillaribus, foliis lanceolatis, caulibus ſimpliciſſimis. Thymelæa.

Daphne floribus tetrandris ſecundum caules ſimpliciſſimos. *Sauv. monſp.* 56.

Thymelæa foliis polygalæ glabris. *Bauh. pin.* 463.

Thymelæa alpina glabra, floſculis ſubluteis ad foliorum ortum ſeſſilibus. *Pluk. alm.* 366. *t.* 229. *f.* 2.

Sa-

Sanamunda viridis vel glabra. *Bauh. prodr.* 160.
Sanamunda glabra. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 592.
*Habitat in* Hiſpania & Monſpelii *in Horto Dei.* ♄.

villoſa. 3. DAPHNE foliis ſeſſilibus lateralibus ſolitariis, foliis lanceolatis planis ciliatis piloſis confertis.
Thymelæa villoſa minor luſitanica, polygoni folio. *Tournef. inſt.* 594.
*Habitat in* Luſitania, Hiſpania. *Alſtrœmer.* ♄.
Frutex *ramis alternis.* Folia *polygoni, lanceolata, vix petiolata, utrinque pilis albis remotis: paucioribus in pagina ſuperiore, pluribus ad margines. Ex alis rudimenta plurima folioſa ramulorum, unde quaſi verticillata.* Flores *anguſti, parvi, foliis breviores.*

Tarton-raira. 4. DAPHNE floribus ſeſſilibus aggregatis axillaribus, foliis ovatis utrinque pubeſcentibus nervoſis. *Gron. orient.* 125.
Thymelæa foliis candicantibus & ſerici inſtar mollibus. *Bauh. pin.* 463.
Tarton-Raire galloprovinciæ monſpelienſium. *Lob. ic.* 371.
*Habitat in* Galloprovincia. ♄.

alpina. 5. DAPHNE floribus ſeſſilibus aggregatis lateralibus, foliis lanceolatis obtuſiuſculis ſubtus tomentoſis.
Daphnes aliud rarum, foliis ſupremis hirſutis. *Geſn. faſc.* 6. *t.* 3. *f.* 7.
Thymelæa cantabrica juniperifolia, ramulis procumbentibus. *Tournef. inſt.* 595.
Thymelæa floribus inter folia, folio utrinque hirſuto. *Hall. helv.* 187. *Sauv. monſp.* 57.
Chamelæa alpina, folio inferne incano. *Bauh. pin.* 1462
Chamelæa alpina incana. *Lob. ic.* 370.
β. Chamelæa ſabaudica, folio utrinque incano, flore albo. *Raj. hiſt.* 1588.
Thymelæa, incana, mezerei folio & facie, ſurculis admodum fragilibus. *Pluk. alm.* 366. *t.* 229. *f.* 3.
*Habitat in Alpibus* Helvetiæ, Genevæ, Italiæ, Auſtriæ. ♄.

Laureola. 6. DAPHNE racemis axillaribus, foliis lanceolati glabris.

Daph-

Daphne racemis lateralibus, foliis lanceolatis integris. *Hort. cliff.* 147. *Hort. upſ.* 94. *Mat. med.* 180. *Sauv. monſp.* 57.

Laureola ſempervirens, flore viridi, quibusdam Laureola mas. *Bauh. pin.* 662.

Laureola. *Dod. pempt.* 365.

*Habitat in* Anglia, Helvetia, Gallia, Baldo. ♄.

7. DAPHNE pedunculis lateralibus bifloris, foliis lanceolato-ovatis. pontica.

Thymelæa pontica, citrei foliis. *Tournef. itin.* 3. *p.* 180. *t.* 180.

*Habitat in* Ponto. ♄.

* * *Floribus terminalibus.*

8. DAPHNE capitulo terminali pedunculato, foliis oppoſitis oblongo-ovatis glabris. *Oſb. it.* 246. indica.

*Habitat in* China. ♄.

Frutex *parvus.* Folia *oppoſita, oblongo-ovata, integerrima, glabra.* Pedunculus *terminalis, breviſſimus, apice gerens flores* 6 *ad* 8 *ſeſſiles.*

9. *DAPHNE floribus congeſtis terminalibus ſeſſilibus, foliis lanceolatis nudis. Cneorum

Daphne humifuſa, foliis oblongis flores ſeſſiles terminales ſubcingentibus. *Sauv. monſp.* 57. *Duham. arb.* 2. *t.* 94.

Thymelææ affinis facie externa. *Bauh. pin.* 463.

Cneorum. *Matth. hiſt.* 46. *Cluſ. hiſt.* 89.

*Habitat in* Helvetia, Hungaria, Pyrenæis, Baldo, *L. B. Munchhauſen.* ♄.

10. DAPHNE panicula terminali, foliis lineari-lanceolatis acuminatis. Gnidium.

Daphne foliis lanceolatis baſi anguſtioribus, racemo nudo terminali. *Sauv. monſp.* 56.

Daphne floribus racemoſis, foliis lineari-lanceolatis acuminatis integris. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 427.

Thymelæa foliis lini. *Bauh. pin.* 463.

Thymelæa. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 87. *Cam. epit.* 974.

*Habitat in* Hiſpania, Italia, G. Narbonenſi. ♄.

11. DAPHNE floribus terminalibus pedunculatis, foliis ſparſis linearibus patentibus mucronatis. ſquarroſa.

Thymelæa capitata lanuginoſa, foliis creberrimis minimis aculeatis. *Burm. afr.* 134. *t.* 49. *f.* 1.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

## DIRCA.

paluſtris. 1. DIRCA. *Amœn. acad.* 3. *p.* 12. *t.* 1. *f.* 7. *Kalm. it.* 3. *p.* 88. *Duham. arb.* 1. *t.* 212.
Thymelæa floribus albis primo vere erumpentibus, foliis oblongis acuminatis, viminibus & cortice valde tenacibus. *Gron. virg.* 155.
*Habitat in* Virginiæ *paludoſis.* ♄.

## GNIDIA.

pinifolia. 1. GNIDIA foliis ſparſis lineari-ſubulatis, floribus verticillatis, floribus aggregatis terminalibus.
Rapunculus foliis nervoſis linearibus, floribus argenteis non galeatis. *Burm. afr.* 112. *t.* 41. *f.* 3.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

tomentoſa. 2. GNIDIA foliis alternis ovato-lanceolatis.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
*Flores tomentoſi, capitati, terminales.*

oppoſitifolia 3. GNIDIA foliis oppoſitis lanceolatis.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
Frutex *ramis rectis.* Folia *oppoſita, lanceolata, glabra, integerrima.* Flores *terminales, conferti, infundibuliformes, tubo villoſo, petalis emarginatis.*

## STELLERA.

Paſſerina. 1. STELLERA foliis linearibus, floribus quadrifidis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 400. *Sauv. monſp.* 69.
Paſſerina foliis linearibus, floribus laxe ſpicatis alternis in foliorum binorum alis ſeſſilibus. *Guett. ſtamp.* 25. *Dalib. pariſ.* 118.
Paſſerina. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 456.
Lithoſpermum, linariæ folio, germanicum. *Bauh. pin.* 259.
Linaria alterna botryoides montana. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 82. *t.* 80.
*Habitat in* Italiæ, Galliæ, Germaniæ *campis aridis apricis.*

2. STEL-

2. STELLERA foliis lanceolatis, floribus quinquefidis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 400. *. chamæjaſme.
Chamæjaſme radice mandragoræ. *Amm. ruth.* 16. *t.* 2.
*Habitat in* Sibiria. *Gmelin.* ♃.

## PASSERINA.

1. PASSERINA foliis linearibus convexis quadrifariam imbricatis, ramis tomentoſis. filiformis.
Paſſerina foliis linearibus. *Hort. cliff.* 246. *t.* 11. *. *Roy. lugdb.* 208.
Thymelæa æthiopica fruticoſa, foliis in longum ſtriatis, ſurculis valde tomentoſis. *Pluk. alm.* 180.
Thymelæa æthiopica, paſſerinæ foliis. *Breyn. cent.* 10. *t.* 6.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

2. PASSERINA foliis carnoſis extus glabris, caulibus tomentoſis. hirſuta.
Thymelæa tomentoſa, foliis ſedi minoris. *Bauh. pin.* 461.
Sanamunda 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 89. *Breyn. cent.* . *t.* 19.
Seſamoides parvum dalechampi. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 595.
*Habitat in* Galloprovincia, Italia, Oriente. ♄

3. PASSERINA foliis ovatis tomentoſis, floralibus quaternis, caule hirſuto, filamentis bifurcatis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 313. *. ſericea.
Thymelæa ſericea, foliis oblongis, floribus tubuloſis anguſtiſſimis. *Burm. afric.* 135. *t.* 49. *f.* 2.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

4. PASSERINA foliis lanceolatis glabris acuminatis adpreſſis, floribus dodecandris ſeſſilibus, ſtaminibus quatuor incluſis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 271. *. dodecandra.
Thymelæa foliis oppoſitis cruciatis. *Burm. afr.* 127. *t.* 147. *f.* 1. 2.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

5. PASSERINA foliis ovatis glabris acutis, floribus obtuſis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 312. *. lævigata.
Thymelæa foliis planis acutis, coma & floribus purpureis. *Burm. afric.* 137. *t.* 49. *f.* 3.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

6. PASSERINA foliis lanceolato-linearibus glabris, floribus capitata.

ribus capitatis: receptaculo incraſſato. *Amœn. acad.* 6. *afr.* 16. *.
Thymelæa foliis linearibus alternis, flore ex uno petiolo copioſis. *Burm. afric.* 133. *t.* 48. *f.* 3.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.

ciliata. 7. PASSERINA foliis lanceolatis ſubciliatis erectis, ramis nudis.
Paſſerina foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 146. *Roy. lugdb.* 208. *Gron. orient.* 126.
Thymelæa foliis chamæleæ minoribus hirſutis. *Bauh. pin.* 463.
Thymelæa foliis oblongis acutis ad oras fimbriatis. *Burm. afric.* 129. *t.* 47. *f.* 2.
Sanamunda 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 88.
Erica africana, ruſci folio. *Seb. muſ.* 2. *p.* 15. *t.* 12. *f.* 9.
*Habitat in* Æthiopia, Hiſpania, Oriente. ♄.

uniflora. 8. PASSERINA foliis oppoſitis linearibus, floribus ſolitariis terminalibus, ramis glabris.
Thymelæa foliis triquetris cruciatim oppoſitis, flore ſericeo. *Burm. afr.* 132. *t.* 48. *f.* 2.
Thymelæa ramoſa, linearibus foliis anguſtis, flore ſolitario. *Burm. afric.* 131. *t.* 48. *f.* 1.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

## LACHNEA.

eriocephala. 1. LACHNEA capitulis ſolitariis lanatis, foliis quadrifariam imbricatis.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.
Folia *trigona gibba.* Capitula *terminalia, ſolitaria, tomentoſa, cincta lana candida.*

conglomerata. 2. LACHNEA capitulis confertis, foliis laxis.
Thymelæa africana, polii anguſtioribus foliis, floribus in capitulis ſummo caule conglomeratis. *Pluk. mant.* 179. *Raj. dendr.* 54.
Sanamunda 3 Cluſii affinis, polii folio. *Breyn. Cent.* 18. *t.* 7.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.

## BÆCKEA.

fruteſcens. 1. BÆCKEA. *Oſb. it.* 231. *t.* 1. *.

*Ha*

*Habitat in* China. ♄. *D. D. Abrah.* BÆCK. *S. R. M:tis Sueciæ Archiater, & Amicus noſter vere ſincerus, è cujus horto ſicco plurimas rariores ſtirpes obtinuimus, etiam hanc primus nobiſcum communicavit.*
Frutex *habitu abrotani, ramis virgatis: Ramulis oppoſitis, brevibus, ſimplicibus.* Folia *oppoſita, linearia, acuta, glabra, integerrima.* Flores *axillares, ſolitarii: pedunculo nudo longitudine floris, foliis longe breviore.* Perianthium *infundibuliforme, quinquedentatum.* Petala 5, *ſubrotunda, calyci inſerta.* Filamenta 8, *quorum* 6 *paria, &* 2 *ſolitaria, breviſſima, inflexa* Antheræ *ſubovatæ, parvæ* Germen *ſubrotundum.* Stylus *filiformis, corolla brevior.* Stigma *capitatum. Chinenſibus* Tjongina. *Osbeck.*

# DIGYNIA.

## GALENIA.

1. GALENIA. *Hort. cliff.* 150. *Roy. lugdb.* 209. africana.
Sherardia. *Pont. epiſt.* 14.
Kali lignoſum, flore muſcoſo, roſmarini folio. *Bocc. muſ.* 150. *t.* 110.
Atriplex africana lignoſa fruteſcens, roſmarini foliis. *Till. piſ.* 20. *t.* 15.
*Habitat in* Africa. ♄.

## WEINMANNIA.

1. WEINMANNIA.
Windmannia fruticoſa, foliis ſubrotundis ſerratis per pinnas cordato-alatas, racemis terminalibus, pinnis & ramis oppoſitis. *Brown. jam.* 212. pinnata.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

## MOEHRINGIA.

1. MOEHRINGIA.
Alſine montana, capillaceo folio. *Bauh. pin.* 251. *Scheuch. alp.* 503. *t.* 6. *Pluk. alm.* 23. *t.* 75. *f.* 1. muſcoſa.
Alſine ſaxifraga anguſtifolia minima montana. *Col. ecphr.* 1. *p.* 292. *t.* 290.
β. Alſine tenuifolia muſcoſa. *Bauh. pin.* 251. *Moriſ. bleſ.* 10. *hiſt.* 2. *p.* 551. *ſ.* 5. *t* 23. *f.* 12.

*Habitat in Alpibus* Helvetiæ, Italiæ, Auſtriæ, Monſpelii *ad fontes & ſcaturigines.*

# *TRIGYNIA.*

## POLYGONUM.

* Atraphaxoides *caule fruteſcente.*

fruteſcens. 1. POLYGONUM caule fruticoſo, calycinis foliolis duobus reflexis. *Hort. upſ.* 95.
Atraphaxis inermis, foliis planis. *Hort. cliff.* 138. *Roy. lugdb.* 209.
Lapathum orientale, frutex humilis, flore pulchro. *Tournef. cor.* 38.
Lapathum dauricum montanum fruticans, ramis late ſparſis. *Amm. ruth.* 227.
*Habitat in* Sibiria, Dauria. ♄.

* * Biſtorta *ſpica unica.*

Biſtorta. 2.* POLYGONUM caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. *Mat. med.* 188.
Biſtorta foliis ovato-oblongis acuminatis. *Hort. cliff.* 150. *Hort. upſ.* 95. *Roy. lugdb.* 217.
Biſtorta major, radice magis intorta. *Bauh. pin.* 192.
Biſtorta. *Cam. epit.* 683.
*Habitat in montibus* Helvetiæ, Auſtriæ, Galliæ. ♃.

viviparum. 3.* POLYGONUM caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, foliis lanceolatis.
Biſtorta foliis lanceolatis. *Fl. lapp.* 152. *Fl. Suec.* 321; 340. *Hort. cliff.* 150.
Biſtorta montana minor, radice intorta inodora, floſculis in ſpicæ cacumine albis ſterilibus, inferna ſpicæ parte tuberculis proliferis turbinatis puniceis fecunda. *Amm. ruth.* 169.
Biſtorta alpina media. *Bauh. pin.* 192. *Oed. dan. t.* 13.
Biſtorta alpina minor. *Bauh. pin.* 192.
Biſtorta alpina minima. *Hall. opuſc.* 234.
*Habitat in* Europæ *ſubalpinis paſcuis duris.* ♃.

* * * Perſicaria *piſtillo bifido.*

virginianum. 4. POLYGONUM floribus pentandris ſemidigynis, corollis quadrifidis inæqualibus, foliis ovatis.

Per-

Perſicaria floribus pentandris digynis, corolla quadrifida inæquali. *Wach. ultr.* 258.
Perſicaria florum ſtaminibus quinis, ſtylo duplici, corolla quadrifida inæquali. *Hort. cliff.* 42. *Gron. virg.* 43. *Roy. lugdb.* 216.
Perſicaria fruteſcens maculoſa virginiana, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 589. *Raj. hiſt.* 183.
*Habitat in* Virginia. ♃.

5. POLYGONUM floribus pentandris ſemidigynis, ſtaminibus corollæ regulari æqualibus. Lapathifolium.
Perſicaria floribus pentandris digynis, corolla regulari ſtaminibus æquali. *Wach. ultr.* 257.
Perſicaria florum ſtaminibus quinis ſemidigynis, ſtylo bifido corollæ regulari æquantibus. *Hort. cliff.* 42.
Perſicaria major, lapathi foliis, calyce floris purpureo. *Tournef. inſt.* 510. *Raj. ſupl.* 119.
Perſicaria Hydropiper. *Lob. ic.* 315.
*Habitat in* Gallia.

6. POLYGONUM floribus pentandris ſemidigynis, ſtaminibus corolla longioribus. amphibium.
Perſicaria florum ſtaminibus quinis corollam ſuperantibus, ſtylo bifido. *Hort. cliff.* 41. *Roy. lugdb.* 216.
Perſicaria floribus pentandris digynis, corolla ſtaminibus breviore. *Fl. ſvec.* 318; 341.
Potamogeton ſalicis folio. *Bauh. pin.* 193.
*Habitat in* Europa.

7. POLYGONUM foliis crenatis. †. ſerratum.
Polygonum folio oblongo crenato. *Shaw. afr.* 489.
*Habitat in* Mauritania.

8. POLYGONUM floribus pentandris trigynis, foliis lanceolatis. ocreatum.
Perſicaria ſpicis longis numeroſis, vaginis integris, floribus pentandris trigynis. *Gmel.*
*Habitat in* Sibiria. *D. Gmelin.*
Stipulæ *ſunt vaginæ integræ, ventricoſæ, læves, ampliores multo quam caulis.* Folia *lanceolata, revoluta.* Flores *racemoſi.*

9. POLYGONUM floribus hexandris ſemidigynis, foliis lanceolatis, ſtipulis ſubmuticis. Hydropiper

Polygonum foliis lanceolatis, floribus hexandris ſemidigynis. *Mat. med.* 187.
Perſicaria floribus hexandris ſemidigynis. *Fl. ſvec.* 320; 343.
Perſicaria florum ſtaminibus ſenis, ſtylo bifido. *Hort. cliff.* 46. *Roy. lugdb.* 216.
Perſicaria urens ſ. Hydropiper. *Baub. pin.* 101.
Hydropiper. *Dod. pempt.* 607.
*Habitat in* Europæ *ſubhumidis.* ☉.

Perſicaria. 10. POLYGONUM floribus hexandris digynis, ſpicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, ſtipulis ciliatis.
Perſicaria floribus hexandris digynis. *Fl. ſvec.* 319; 342.
Perſicaria florum ſtaminibus ſenis, ſtylo duplici. *Hort. cliff.* 42. *Gron. virg.* 157. *Roy. lugdb.* 216.
Perſicaria mitis. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 779. *Fl. lapp.* 71.
Perſicaria mitis maculoſa & non maculoſa. *Baub. pin.* 101.
Perſicaria foliis anguſtiſſimis pene glabris, ſpinis interruptis rariſſimis, vaginis ciliaribus. *Hall. helv.* 181. *gœtt.* 29.
β. Perſicaria anguſtifolia. *Baub. pin.* 101. *prodr.* 43.
γ. Perſicaria foliis ſubtus tomentoſis. *Hall. helv.* 181. *gœt.* 28.
*Habitat in* Europæ *cultis.* ☉.
*Folia ſubtus tomentoſa.*

barbatum. 11. POLYGONUM floribus hexandris trigynis, ſpicis virgatis, ſtipulis truncatis ſetaceo ciliatis, foliis lanceolatis.
Perſicaria maderaſpatana, longiore folio, hirſuta. *Pluk. alm.* 288. *t.* 10. *f.* 7?
Perſicaria foliis ovatis glabris. *Kraſchen. comm. petr.* 1747. *p.* 375. *t.* 13. ?
Perſicaria procumbens longiſſima anguſtiſſima non maculoſa, ſpica longiori laxiori & graciliore. *Sloan. jam.* 48. *hiſt.* 1. *p.* 17. *t.* 3. *f.* 1.
Velutta-modela-mucu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 145. *t.* 77. (*non* 76.).
*Habitat in* China.
Caulis *herbaceus, rufus.* Stipulæ *vaginales laxæ, piloſæ, truncatæ, ciliatæ, ſetis validis longitudine ferme ipſius ſtipulæ.* Spicæ *virgatæ, longæ: floribus remotis, tribus ex ſingula bractea turbinata.* Folia *lanceolata.*

12. Po-

12. POLYGONUM floribus heptandris digynis, foliis ovatis, caule erecto, ſtipulis hirtis hypocrateriformibus. orientale.
Perſicaria florum ſtaminibus ſex pluribusque, ſtylo duplici. *Hort. cliff.* 42. *Hort. upſ.* 96. *Roy. lugdb.* 216.
Perſicaria foliis ovato-lanceolatis acutis, foliis pentandris, caule erecto. *Mill. dict. t.* 201.
Perſicaria orientalis, nicotianæ folio, calyce florum purpureo. *Tournef. cor.* 38. *Comm. rar.* 43. *t.* 43.
Schovanna-modela-muccu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 147. *t.* 76. (*non* 77.).
*Habitat in* Oriente, India. ⊙.
*Indica longe hirſutior eſt, quam orientalis.*

13. POLYGONUM floribus octandris digynis, pedunculis hiſpidis, foliis lanceolatis, ſtipulis muticis. penſylvanicum.
*Habitat in* Penſylvania. *Kalm.*
Facies & *habitus Pol. Perſicariæ, ſed majora ſtrictiora omnia.* Caulis *ramoſus, angulatus.* Folia *lanceolata, acuminata carina ſubtus admodum ſcabra.* Stipulæ *truncatæ, muticæ.* Pedunculi *ſcabri, ſetis rigidiuſculis apice gluten ſecernentibus.* Spicæ *ſubracemoſæ, floſculis pedicellatis.*

* * * * Polygonum *foliis indiviſis, floribus octandris.*

14. POLYGONUM floribus octandris trigynis axillaribus, foliis ovali lanceolatis ſempervirentibus, caule ſuffruteſcente. maritimum.
Polygonum maritimum latifolium. *Baub. pin.* 281.
Polygonum maritimum. *Cam. epit.* 691
*Habitat in littoribus* M. mediterranei, Orientis, Virginiæ. ♄.
*Affine nimis P. aviculari, ut vix diſtinguatur, etiam floribus quaternis & caule hinc planiore; ſed majora durioraque omnia. Folia ovata, coriacea, ſempervirentia, exſiccatione cæruleſcentia.* Caulis *brevior, durus, perennans.*

15. POLYGONUM floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. aviculare.
Polygonum caule procumbente herbaceo, foliis lanceolatis integerrimis. *Mat. med.* 186
Polygonum. *Hort. cliff.* 150. *Fl. ſuec.* 322; 339. *Gron. virg.* 44. *Roy. lugdb.* 215. *Hall. helv.* 182.
Polygonum latifolium. *Baub. pin.* 281.

β. Polygonum brevi anguſtoque folio. *Bauh. pin.* 281.
γ. Polygonum oblongo anguſto folio. *Bauh. pin.* 281. *Fl. lapp.* 153.
δ. Polygonum anguſtis foliis, calycibus purpuraſcentibus. *Dill. app.* 65.
ε. Polygonum erectum humile, foliis orbum. *Dill. app.* 65.
*Habitat in* Europæ *cultis ruderatis.* ☉.

erectum. 16. POLYGONUM floribus octandris trigynis axillaribus, foliis ovalibus, caule erecto herbaceo.
*Habitat in* Philadelphia, *enata ex ſeminibus D. Kalmii.* ☉.

articulatum. 17. POLYGONUM floribus octandris trigynis, ſpicis articulatis paniculatis, ſtipulis vaginalibus truncatis.
*Habitat in* Canada. *Kalm.* ☉.
Radix *fibroſa, parva.* Caulis *pedalis, ramis ſuperne alternis; ſubdiviſus in paniculam floriferam.* Stipulæ *ſolitariæ, vaginales, ſuperne latiores, integræ, truncatæ, nec fiſſæ.* Folia *linearia, glabra.* *Paniculam terminant Spicæ filiformes, anguſtiſſimæ, imbricatæ bracteis vaginalibus, turbinatis, truncatis: ex ſinu ſingulo oritur Pedunculus ſolitarius, capillaris, baſi articulatus, coloratus, uniflorus.* Corolla *incarnata, quinquepartita, fundo laxiore quam in P. aviculari, ſtaminibus octo, Piſtillo ſtylis* 3.

divaricatum 18. POLYGONUM floribus octandris trigynis racemoſis, foliis lanceolatis, caule divaricato patulo.
Helxine foliis lanceolatis, caule diffuſo. *Hort. upſ.* 96.
Fagopyrum orientale ramoſum & multiflorum, perſicariæ folio. *Tournef. cor.* 39. *Buxb. cent.* 2. *p.* 31. *t.* 31.
Perſicaria alpina, folio nigricante, floribus albis. *B. All. pedem.* 41. *t.* 8.
Perſicaria alpina altera ſaxatilis, foliis durioribus acutis. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 108. *t.* 83.
*Habitat in* Sibiria, Corſica. ♃.

* * * * * Helxine *foliis ſubcordatis.*

chinenſe. 19. POLYGONUM floribus octandris trigynis, pedunculis ſcabris, foliis ovatis.
*Habitat in* India, China.

Cau-

Caulis *flexuoſus.* Folia *ovato-cordata, ſ. lato-ovata, glabra utrinque.* Pedunculi *hiſpidi, apice ſæpius trifidi.* Flores *capitati.* Stipulæ *vaginales, latæ, integerrimæ nec ciliatæ, ovatæ.* Flores *in capitulis ſubrotundis, pauci, terminales.*

20. POLYGONUM foliis triangularibus, caule aculeato, ſtipulis perfoliato-folioſis patentibus ſubrotundis. perfoliatum.

*Habitat in* India. *Burmannus.*

*Similis P. ſagittato & arifolio.* Caulis *angulatus aculeis parvis recurvis, ut etiam Petioli.* Stipulæ *non vaginantes, ſed patentes, foliaceæ, ovatæ ſ. ſubrotundæ, integerrimæ.* Folia *triangularia, baſi parum ſinuata, latiora quam longa, interdum peltata.* Pedunculi *ad apicem caulis, pauciflori, aculeati.*

21. POLYGONUM foliis ſagittatis, caule aculeato. ſagittatum.

Helxine caule aculeato, foliis ſagittatis. *Gron. virg.* 44. *Cold. noveb.* 92.

Helxine caule erecto aculeis reflexis exaſperato. *Hort. cliff.* 151. *t.* 12. *. *Roy. lugdb.* 211.

Fagotritico ſimilis, anguſtiori folio, convolvuli modo ſcandens, caule ſpinulis deflexis denſius obſito. *Pluk. mant.* 74. *t.* 394. *f.* 5.

Planta poſterior e novo belgio. *Laët. amer.* 73. *t.* 74.

*Habitat in* Virginiæ, Marilandiæ *madidis.*

22. POLYGONUM foliis haſtatis, caule aculeato. arifolium.

Fagotritico ſimilis ſpinoſa ſcandens, ari folio latiore, floridana. *Pluk. amalth.* 87. *t.* 398. *f.* 3.

Planta prior e novo belgio. *Laët. amer.* 73.

*Habitat in* Virginia, Florida.

23. POLYGONUM foliis cordato-ſagittatis, caule inermi erecto, ſeminibus ſubdentatis. tataricum.

Helxine caule erectiuſculo inermi, foliis cordato-ſagittatis, ſeminibus ſubdentatis. *Hort. upſ.* 96.

Helxine caule erecto inermi, foliis cordato-ſagittatis, ſeminum angulis dentatis. *Hort. cliff.* 151.

Fagotriticum ſibiricum. *Act. ſtockh.* 1744. *p.* 117. *t.* 4.

*Habitat in* Tataria. ☉.

Fagopyrum 24. POLYGONUM foliis cordato-ſagittatis, caule erectiuſculo inermi, ſeminum angulis æqualibus.

Polygonum caule erectiuſculo inermi ramoſo, foliis cordato-ſagittatis, ſeminibus lævibus. *Mat. med.* 188.

Helxine caule erectiuſculo inermi, foliis cordato-ſagittatis, ſeminibus integerrimis. *Hort. upſ.* 96.

Helxine caule erectiuſculo inermi, foliis cordato-ſagittatis. *Hort. cliff.* 151. *Fl. ſvec.* 324; 345. *Roy. lugdb.* 217.

Eryſimum cereale, folio hederaceo. *Bauh. pin.* 27.

Ocymum cereale. *Tabern. hiſt.* 276.

*Habitat in* Aſia. ⊙.

Convolvulus. 25. POLYGONUM foliis cordatis, caule volubili, floribus planiuſculis.

Helxine caule volubili. *Fl. lapp.* 154. *Fl. ſvec.* 323; 344. *Hort. cliff.* 150. *Gron. virg.* 157. *Roy. lugdb.* 217.

Convolvulus minor, ſemine triangulo. *Bauh. pin.* 295.

Convolvulum nigrum. *Dod. pempt.* 396.

*Habitat in* Europæ *agris.* ⊙.

Caules *ſtriati.* Racemi *ex alis.* *Flores etjam ad baſin pedunculi communis.* Semina *calyce triquetro tecta.*

dumetorum 26. POLYGONUM foliis cordatis, caule volubili lævi, floribus carinato-alatis.

Fagopyrum prælongum dumetorum, ſeminibus alatis duplici more diſpoſitis. *Dill. app.* 60.

Fagopyrum ſcandens altiſſimum dumetorum, ſeminibus tribus alis pellucidis. *Rupp. jen.* 99. *Hall. helv.* 173.

Fagopyrum ſylvaticum ſcandens, flore foliaceo. *Pont. anth.* 265.

Fagopyrum majus ſcandens. *Vaill. pariſ.* 52.

*Habitat in* Europæ *auſtralioris ſylvis umbroſis.* ⊙.

Folia *cordata lobis baſeos rotundatis.* Caulis *non ſtriatus.* Panicula e *racemo compoſito, alternatim bifario.*

ſcandens. 27. POLYGONUM foliis cordatis, caule erecto ſcandente, petiolis baſi ſubtus poro pertuſis.

Polygonum foliis cordatis, caule volubili, floribus carinatis. *Syſt. nat.* 1. *p.* 364.

Fa-

Fagopyrum ſcandens americanum maximum. *Tournef. inſt.* 511.
Fagopyrum ſcandens, caule rubente, ſemine nigro. *Gron. virg.* 44. *Cold. noveb.* 93.
Fagotriticum volubile majus virginianum. *Pluk. alm.* 143. *t.* 177. *f.* 7.
Fagopyrum ſcandens ſ. Volubilis nigra major, flore & fructu membranaceis compreſſis. *Sloan. jam.* 46. *hiſt.* 1. *p.* 138. *t.* 90. *f.* 1.
*Habitat in* America. ☉.

## COCCOLOBA.

1. COCCOLOBA foliis cordato-ſubrotundis nitidis. Uvifera.
Coccoloba foliis ſubrotundis integris nitidis planis, racemis fructuum cernuis. *Jacq. amer.* 19. *hiſt. t.* 73.
Coccolobis foliis craſſis orbiculatis ſinu aperto. *Brown. jam.* 208.
Polygonum foliis ſubrotundis, caule arboreo, fructibus baccatis. *Sp. pl.* 1. *p.* 365.
Uvifera foliis ſubrotundis ampliſſimis. *Hort. cliff.* 487.
Uvifera litorea, foliis amplioribus fere orbiculatis craſſis, americana. *Pluk. alm.* 394. *t.* 236. *f.* 7.
Guajabara racemoſa, foliis coriaceis ſubrotundis. *Plum. ic. t.* 445.
Populus americana rotundifolia. *Bauh. pin.* 430.
Prunus maritima racemoſa, folio ſubrotundo glabro, fructu minore purpureo. *Sloan. jam.* 183. *hiſt.* 2. *p.* 129. *t.* 220. *f.* 3. *Raj. dendr.* 40. *Cateſb. car.* 2. *p.* 96. *t.* 96.
*Habitat in* America. ♄.

2. COCCOLOBA foliis orbiculatis pubeſcentibus. rubeſcens.
Coccoloba *grandifolia* foliis ſubrotundis integris hirſutis rugoſis. *Jacq. amer.* 19.
Coccolobis arborea, foliis orbiculatis. *Brown. jam.* 210.
Scortea arbor americana, ampliſſimis foliis averſa parte nervis extantibus. *Pluk. phyt.* 222. *f.* 8.
*Habitat in* America. ♄.

3. COCCOLOBA foliis lanceolato-ovatis. punctata.
Coccoloba foliis ovali-oblongis acuminatis planis. *Jacq. amer.* 19.
Coccolobis foliis oblongo-ovatis venoſis, uvis minoribus punctatis. *Brown. jam.* 240.

Uvi-

Uvifera arbor americana, fructu aromatico punctato. *Pluk. alm.* 394. *t.* 237. *f.* 4.
*Habitat in* America. ♄.

excoriata. 4. COCCOLOBA foliis ovatis, ramis quaſi excorticatis.
Coccoloba foliis ovato-oblongis acuminatis rugoſis. *Jacq. amer.* 19.
Coccolobis montana major arborea, foliis ſubrotundis, cortice lævi. *Brown. jam.* 210.
Guajabara alia racemoſa, foliis oblongis. *Plum. ic.* 146. *f.* 1?
Arbor indica, glycyrrhizæ foliis ſubrotundis, floribus in prælongam ſpicam adactis. *Pluk. amalth.* 22. *t.* 363. *f.* 4.?
*Habitat in* America. ♄.

tenuifolia. 5. COCCOLOBA foliis ovatis membranaceis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 397. *.
Coccolobis fruteſcens, foliis ſubrotundis, fructu minore trigono. *Brown. jam.* 210. *t.* 14. *f.* 3.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

## PAULLINIA.

aſiatica. 1. PAULLINIA foliis ternatis, caule aculeato, cirrhis nullis. *Fl. zeyl.* 143. *.
Chamælæa trifolia aculeata. *Burm. zeyl.* 58. *t.* 24.
Frutex baccifer indicus ſpinoſus trifolius, floribus ſpicatis. *Pluk. alm.* 202. *t.* 95. *f.* 5.
Kaka-toddali. *Rheed. mal.* 5. *p.* 81. *t.* 41.
*Habitat in* India. ♄.

Seriana. 2. PAULLINIA foliis ternatis, petiolis teretiuſculis, foliolis ovato-oblongis.
Paullinia foliis ternatis, foliolis crenatis, pedunculis cirrhiferis. *Hort. cliff.* 152.
Seriana ſcandens triphylla & racemoſa. *Plum. gen.* 34. *ic.* 113. *f.* 2.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

Cururu. 3. PAULLINIA foliis ternatis, petiolis marginatis, foliolis cuneiformibus obtuſis ſubdentatis.
Paullinia foliis ternatis, foliolis obtuſis vix denticulatis glabris deſinentibus in petiolum proprium. *Hort. cliff.* 151. *.
Cururu ſcandens triphylla. *Plum. gen.* 34. *ic.* 111. *f.* 2.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

4. PAULLINIA foliis biternatis, petiolis marginatis, foliolis ovatis integris. mexicana.
Paullinia foliis ternato-decompoſitis, caule aculeato. *Hort. cliff.* 152.
Seriana ſcandens enneaphylla & racemoſa. *Plum. gen.* 34. *ic.* 113. *f.* 1.
Quauhmecatl. *Hern. mex.* 289.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

5. PAULLINIA foliis biternatis, foliolis ovatis ſubſinuatis. curaſſavica.
Paullinia foliis decompoſitis ternatis, caule inermi. *Hort. cliff.* 152. *.
Cururu ſcandens enneaphylla, fructu racemoſo rubro. *Plum. gen.* 34. *ic.* 111. *f.* 1.
Cordis indi folio & facie fruteſcens curaſſavica latifolia. *Pluk. alm.* 120. *t.* 168. *f.* 6.
*Habitat in* Curaſſao. ♄.

6. PAULLINIA foliis triternatis. polyphylla.
Paullinia foliis ſupradecompoſitis. *Hort. cliff.* 152. *.
Seriana fruteſcens polyphylla & racemoſa. *Plum. gen.* 34. *ic.* 112.
Cordis indi folio & facie fruteſcens portoricenſis. *Pluk. alm.* 120 *t.* 168. *f.* 5.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.
*Cirrhus axillaris; Flores paniculati.*

7. PAULLINIA foliis pinnatis: foliolis inciſis, petiolis marginatis. *Hort. cliff.* 52. *. *Roy. lugdb.* 464. pinnata.
Cururu ſcandens pentaphylla. *Plum. gen.* 34.
Clematis pentaphylla, pediculis alatis, fructu racemoſo tricocco & coccineo. *Plum. amer.* 76. *t.* 91.
Piſum cordatum non veſicarium. *Sloan. jam.* 111.
Cururu-ape. *Marcgr. braſ.* 22. *Piſ. braſ.* 114. *Raj. hiſt.* 1347.
*Habitat in* Braſilia, Jamaica, Domingo. ♄.
*Foliola oblongo-ovata, profunde & remote ſerrata.*

## CARDIOSPERMUM.

1. CARDIOSPERMUM foliis lævibus. *Hort. cliff.* 150. *Hort. upſ.* 97. *Fl. zeyl.* 142. *Roy. lugdb.* 464. Halicacabum.
Piſum veſicarium, fructu nigro: alba macula notato. *Bauh. pin.* 743.

Hali-

Halicacabum. *Rumph. amb.* 6. *p.* 60. *t.* 24. *f.* 2.
Halicacabus peregrinus. *Dod. pempt.* 455.
β. Corindum ampliore folio, fructu maximo. *Tournef. inſt.* 431.
γ. Corindum fructu & folio minori. *Tournef. inſt.* 431.
*Habitat in* Indiis. ⊙.

Corindum. 2. CARDIOSPERMUM foliis ſubtus tomentoſis.
Cardioſpermum villoſum, foliis inciſis obtuſis, petiolis brevibus. *Mill. dict.*
*Habitat in* Braſilia.
*Similis C. Halicacabo, ſed Capſulæ & Folia ſubtus tomentoſa. Pedunculi inter cirrhos* 10 *ſ.* 11 *floribus, a caſu fructificationum perſiſtentes, rigidi: Capſulæ arctiores.*

## SAPINDUS.

Saponaria. 1. SAPINDUS foliis impari-pinnatis, caule inermi.
Sapindus. *Hort. cliff.* 152. *Mat. med.* 532. *Roy. lugdb.* 464.
Sapindus foliis oblongis vix petiolatis per coſtam ample alatam. *Brown. jam.* 206.
Saponaria. *Rumph. amb.* 2. *p.* 134.
Prunifera racemoſa, folio alato coſta media membranulis utrinque exſtantibus donata. *Sloan. jam.* 184. *hiſt.* 2. *p.* 131.
Nux americana, foliis alatis bifidis. *Comm. hort.* 1. *p.* 183. *t.* 94.
Nuciprunifera arbor americana, fructu ſaponario orbiculato monococco nigro. *Pluk. alm.* 255. *t.* 217. *f.* 7.
*Habitat in* Indiis. ♄.

trifoliata. 2. SAPINDUS foliis ternatis.
Poerinſii ſ. Vercœpœlongi. *Rheed. mal.* 4. *p.* 43. *t.*
*Habitat in* Malabaria. ♄.

ſpinoſus. 3. SAPINDUS foliis abrupte pinnatis, caule ſpinoſiſſimo.
Sapindus fruticoſus, caudice & ramis ſpinoſiſſimis, foliis ovatis pinnatis. *Brown. jam.* 207. *t.* 20. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

# *TETRAGYNIA.*

## PARIS.

quadrifolia. 1. PARIS.

Paris foliis quaternis. *Fl. lapp.* 155. *Fl. ſvec.* 325; 346. *Hort. cliff.* 153 *Roy. lugdb.* 461. *Hall. helv.* 412.
Solanum quadrifolium bacciferum. *Baub. pin.* 167.
Aconitum ſalutiferum. *Tabern. hiſt.* 720.
*Habitat in* Europæ *nemoribus.* ♃.

## ADOXA.

1. ADOXA. *Hort. cliff.* 152. *Fl. ſvec.* 326; 347. *. *Roy. lugdb.* 252. Moſchatellina.
Moſchatella. *Cord. hiſt.* 172.
Ranunculus nemoroſus Moſchatellina dictus. *Baub. pin.* 178.
Fumaria bulboſa ſ. tuberoſa minima. *Tabern. ic.* 39.
*Habitat in* Europæ *nemoribus.* ♃.
*Huc relata ſecundum florem terminalem ex principiis Phil. bot.* 178.

## ELATINE.

1. ELATINE foliis oppoſitis. *Fl. lapp.* 156. *Fl. ſvec.* 327; 348. *Grov. virg.* 158. *Roy. lugdb.* 452. Hydropiper
Hydropiper. *Buxb. cent.* 3. *p.* 35. *t.* 37. *f.* 3.
Alſinaſtrum ſerpillifolium, flore albo tetrapetalo. *Vaill. pariſ.* 5. *t.* 2. *f.* 2.
β. Alſinaſtrum ſerpillifolium, flore roſeo tripetalo. *Vaill. pariſ.* 5. *t.* 2. *f.* 1.
*Habitat in* Europæ *inundatis.* ☉.

2. ELATINE foliis verticillatis. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 349. *Roy. lugdb.* 452. *Sauv. monſp.* 164. *Boem. lipſ.* 127. Alſinaſtrum
Elatine foliis emerſis linaribus, immerſis capillaceis. *Sauv. act. monſp.* 1743. *p.* 50.
Ericoides facie pinaſtellæ. *Rupp. gen.* 90. *.
Equiſetum paluſtre, linariæ ſcopariæ folio. *Baub. pin.* 15.
Alſinaſtrum gallii folio. *Vaill. pariſ.* 6. *t.* 1. *f.* 6.
β. Alſinaſtrum gratiolæ folio. *Tournef. inſt.* 244. *Raj. ſuppl.* 502.
*Habitat* Aboæ, Lipſiæ, Pariſiis, Monſpelii, *in foſſis.*

## *Claſſis IX.*

# ENNEANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### LAURUS.

Cinnamomum. 1. LAURUS foliis trinerviis ovato-oblongis nervis verſus apicem evaneſcentibus. *Fl. zeyl.* 145. *. *Mat. med.* 190.
Laurus foliis oblongo-ovatis nitidis planis. *Hort. cliff.* 154.
Cinnamomum, foliis latis ovatis, frugiferum. *Burm. zeyl.* 62. *t.* 27.
Cinnamomum ſ. Canella zeylanica. *Bauh. pin.* 408.
Caſſia cinnamomea. *Herm. lugdb.* 129. *t.* 655.
*Habitat in* Zeylona; *in* Martinia. *Jacquin.* ♄.

Caſſia. 2. LAURUS foliis triplinerviis lanceolatis. *Fl. zeyl.* 146. *. *Mat. med.* 191.
Cinnamomum perpetuo florens, folio tenuiore acuto. *Burm. zeyl.* 63. *t.* 28.
Cinnamomum ſ. Canella malabarica ſ. javanenſis. *Bauh. pin.* 409.
Carua. *Rheed. mal.* 1. *p.* 107. *t.* 59.
*Habitat in* Malabaria, Sumatra, Java. ♄.

Camphora. 3. LAURUS foliis triplinerviis lanceolato-ovatis. *Mat. med.* 192.
Laurus foliis ovatis utrinque acuminatis trinerviis nitidis, petiolis laxis. *Hort. cliff.* 154.
Laurus Camphorifera. *Kampf. jap.*
Camphora officinarum. *Bauh. pin.* 500.
Arbor camphorifera japonica. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 16. *ic.* 16. *t.* 2.
*Habitat in* Japonia. ♄.

Chloroxylon. 4. LAURUS foliis trinerviis ovatis coriaceis: nervis apicem attingentibus.
Chloroxylon foliis ovatis glabris rigidis trinerviis, floribus ſingularibus. *Brown. jam.* 187. *t.* 7. *f.* 1.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

5. LAU-

5. LAURUS foliis venoſis lanceolatis perennantibus, floribus quadrifidis dioicis. *Hort. cliff.* 155. *Hort. upſ.* 98. *Mat. med.* 194. *Roy. lugdb.* 98. nobilis.
Laurus vulgaris. *Bauh. pin.* 460.
Laurus. *Cam. epit.* 60.
*Habitat in* Italia, Græcia. ♄.

6. LAURUS foliis venoſis lanceolatis perennantibus planis, ramulis tuberculatis cicatricibus, floribus racemoſis. *Hort. cliff.* 154. *Gron. virg.* 159. indica.
Laurus indica. *Pluk. alm.* 210. *t.* 301. *f.* 1.
Laurus latifolia indica. *Barr. rar.* 123. *t.* 877.
Cinnamomum ſylveſtre americanum. *Seb. theſ.* 2. *p.* 90. *t.* 84. *f.* 6.
*Habitat in* Virginia. ♄.

7. LAURUS foliis venoſis ovatis coriaceis perennantibus, floribus corymboſis. Perſea.
Perſea. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 2.
Perſea americana. *Bauh. pin.* 441.
Pyro ſimilis fructus in nova hiſpania, nucleo magno. *Bauh. pin.* 439.
Prunifera arbor fructu maximo pyriformi viridi, pericarpio eſculento butyraceo nucleum unicum maximum nullo oſſiculo tectum cingente. *Sloan. jam.* 132. *hiſt.* 2. *p.* 132. *t.* 222. *f.* 2. *Raj. dendr.* 48.
Arbor americana, ampliſſimis pergamenis foliis ſuperficie nitidiſſima, fructu pyriformi cruſtaceo cortice coriato. *Pluk. alm.* 39. *t.* 267. *f.* 1.
*Habitat in* America *calida.* ♄.

8. LAURUS foliis venoſis lanceolatis, calycibus fructus baccatis. *Hort cliff.* 154. *Gron. virg.* 46. *Roy. lugdb.* 226. Borbonia.
Laurus carolinienſis, foliis acuminatis, baccis cæruleis, pedicellis longis rubris inſidentibus. *Catesb. car.* 1. *p.* 63. *t.* 63.
Borbonia fructu oblongo nigro, calice coccineo. *Plum. gen.* 4. *ic.* 60.
*Habitat in* Carolina, Virginia. ♄.

9. LAURUS foliis venoſis oblongis acuminatis annuis, ramis ſupra-axillaribus. æſtivalis.
Laurus foliis lanceolatis enervibus annuis. *Gron. virg.* 159.

Laurus foliis enervibus ovatis utrinque acutis. *Gron. virg.* 46

Cornus foliis ſalicis laureæ acuminatis, floribus albis, fructu ſaſſafras. *Catesb. car.* 2. *p.* 28. *t.* 28?

*Habitat in* Virginia *ad ripas rivulorum.* ♄.

*Pedunculi hujus fructiferi colorati ſunt.*

Benzoin. 10. LAURUS foliis enerviis ovatis utrinque acutis integris annuis. *Hort. cliff.* 154. *Mat. med.* 195. *Gron. virg.* 46. *Roy. lugdb.* 226.

Arbor virginiana, citreæ vel limonii folio, Benzoinum fundens. *Comm. hort.* 1. *p.* 189. *t.* 97.

Arbor virginiana, piſhaminis folio, baccata Benzoinum redolens. *Pluk. alm.* 42. *t.* 139. *f.* 3. 4.

*Habitat in* Virginia. ♄.

Saſſafras. 11. LAURUS foliis integris trilobisque. *Hort. cliff.* 154. *Mat. med.* 193. *Gron. virg.* 46. *Roy. lugdb.* 227. *Cold. noveb.* 94. *Kalm. it.* 2. *p.* 270, 434.

Cornus mas odorata, folio trifido: margine plano, Saſſafras dicta. *Pluk. alm.* 120. *t.* 222. *f.* 6. *Catesb. car.* 1. *p.* 55. *t.* 55

Saſſafras arbor, ex florida, ficulneo folio. *Bauh. pin.* 431.

β. Cornus mas ſ. Saſſafras laurinis foliis indiviſis. *Pluk. amalth.* 66.

*Habitat in* Virginia, Carolina, Florida. ♄.

## TINUS.

occidentalis 1. TINUS.

Volkameria arborea, foliis oblongo-ovatis alternis ſuperne glabris, ſubtus ſubvilloſis & nervoſis, ſpicis ramoſis & terminalibus. *Brown. jam.* 264. *t.* 21. *f.* 1.

Baccifera arbor calyculata, foliis laurinis, fructu racemoſo eſculento ſubrotundo monopyreno pallide luteo. *Sloan. jam.* 165. *hiſt.* 2. *p.* 86. *t.* 198. *f.* 2. *Raj. dend.* 49.

*Habitat in* Jamaica. ♄.

## CASSYTHA.

filiformis. 1. CASSYTHA. *Oſb. it.* 243. *. *Jacq. amer.* 20. *hiſt. t.* 79 *Sp. pl.* 1. *p.* 35.

Cuſcuta altera ſ. major. *Camell. luz.* 1. *n.* 1. *Pet. gaz.* 77. *t.* 49. *f.* 12.

Cu-

Cuſcuta baccifera barbadenſium. *Pluk. alm.* 126. *t.* 172. *f.* 2.
Cuſſuta. *Rumph. amb.* 5. *p.* 491. *t.* 184. *f.* 4.
Acatſia-valli. *Rheed. mal.* 7. *p.* 83. *t.* 44. *Raj. ſuppl.* 551.
*Habitat in* India.
*Simillima Cuſcutæ; relata ad Triandriam ab Oſbeckio, ad Enneandriam a Jacquinio; mihi non floruit.*

## *TRIGYNIA.*

### RHEUM.

1. RHEUM foliis glabris, petiolis ſubſulcatis. Rhaponticum.
Rheum foliis glabris. *Hort. upſ.* 98. *Mat. med.* 198.
Rheum. *Hort. cliff.* 155.
Rhaponticum. *Alp. rapont.* 1. *t.* 1.
Rhaponticum folio lapathi majoris glabro. *Bauh. pin.* 116.
*Habitat in* Thracia, Scythia, Monte Aureo. ♃.
*Petioli ſubtus ſulcati, quod non in ſequenti ſpecie.*

2. RHEUM foliis ſubvilloſis undulatis petiolis æqualibus. *Amœn acad.* 3. *p.* 212. *t.* 4. *. undulatum.
Rheum foliis ſubvilloſis. *Hort. upſ.* 98. *Mat. med* 197.
Rhabarbarum folio oblongo criſpo undulato, flabellis ſpartis. *Geoffr. mat.* 2. *p.* 125.
Rhabarbarum ſinenſe, folio criſpo, flagellis rarioribus & minoribus. *Amm. herb.* 206.
Rhabarbarum folio longiori hirſuto criſpo, florum thyrſo longiori & tenuiori. *Amm. ruth.* 9.
Acetoſa montana, folio cubitali oblongiore criſpo, floribus in ſubviridi luteolis. *Meſſerſchmidii. Amm. ruth.* 226.
*Habitat in* China, Sibiria. ♃.

3. RHEUM foliis palmatis acuminatis. palmatum.
*Habitat in* China *ad murum. a. Dav. Gortero.* ♃.
*Gemma vernans non rubeſcens, ſed flaveſcens. Folia ſcabriuſcula. Foliorum laciniæ oblongæ acutiuſculæ.*

4. RHEUM foliis ſublobatis obtuſiſſimis glaberrimis argute denticulatis glabris. compactum.
Rheum foliis cordatis glabris marginibus ſinuatis, ſpicis diviſis nutantibus. *Mill. dict.* *t.* 218.

*Habitat in* Tataria, China. ♃.

Folia, *magis quam reliqua, coriacea ſ. compacta: Lobis rotundatis, obſoletioribus, crenatis margine cartilagineo acutis denticulis, utrinque glaberrimis, venis robuſtioribus. Paniculæ rami nutantes.*

Ribes. 5. RHEUM foliis granulatis, petiolis æqualibus. *Gron. orient.* 130.

Lapathum orientale, aſpero & verrucoſo folio, Ribes arabibus dictum. *Dill. elth.* 191. *t.* 158 *f.* 192.

Lapathum orientale tomentoſum rotundifolium, Ribes arabum dictum. *Breyn. E. N. C. cent.* 7. *p.* 7.

Lapathum orientale aſperum, folio ſubrotundo, fructu magno purpureo. *Pocock. orient.* 189. *t.* 84.

Ribes arabum. *Rauw. it.* 266. 282.

Ribes arabum, foliis petaſitidis. *Bauh. pin.* 455.

*Habitat in* Perſia, Libano, Carmelo. ♃.

Flores *hujus ſpeciei non vidi. Facies ſuadet hujus generis eſſe.*

# *HEXAGYNIA.*

## BUTOMUS.

umbellatus. 1. BUTOMUS. *Fl. lapp.* 159. *Fl. ſuec.* 328; 350. *Roy. lugdb.* 45. *Hall. helv.* 298.

Juncus floridus major. *Bauh. pin.* 112.

Sedo affinis Juncoides umbellata paluſtris. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 468. *ſ.* 12. *t.* 5. *f.* 1.

Gladiolus aquatilis. *Dod. pempt.* 600.

*Habitat in* Europæ *aquoſis.* ♃.

*Claſ-*

*Claſſis X.*

# DECANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### SOPHORA.

1. SOPHORA foliis pinnatis: foliolis numeroſis oblongis villoſis, caule herbaceo. alopecuroides.
Sophora. *Hort. cliff.* 156.
Ervum orientale alopecuroides perenne, fructu longiſſimo. *Tournef. cor.* 27. *Dill. elth.* 136.
Glycyrrhiza ſiliquis nodoſis quaſi articulatis. *Buxb. cent.* 3. *p.* 25. *t.* 46.
*Habitat in* Oriente. ♃.

2. SOPHORA foliis pinnatis: foliolis numeroſis ſubrotundis tomentoſis. tomentoſa.
Sophora tomentoſa, foliolis ſubrotundis. *Fl. zeyl.* 163. *.
Indigophora foliis tomentoſis. *Hort cliff.* 487.
Colutea zeylanica argentea tota. *Herm. lugdb.* 169, *t.* 171. *Raj hiſt.* 1720.
*Habitat in* Zeylona. ♄.

3. SOPHORA foliis pinnatis: foliolis numeroſis ſubcordatis. occidentalis
Galega fruticoſa, foliis ſubrotundis pinnatis, ſpicis ſimplicibus terminalibus. *Brown. jam.* 289. *t.* 31. *f.* 1.
Corallodendron foliis pſeudo-acaciæ ſubtus tomentoſis, flore luteo. *Plum. ſpec.* 21. *ic.* 101.
Arbori coral affinis non ſpinoſa, fraxini folio rotundiore, foliis & ramulis pubeſcentibus. *Sloan. jam.* 144. *hiſt* 2. *p.* 40. *t.* 107. *f.* 3.
*Habitat in* America.
*Differt a Soph. tomentoſa parum admodum. Folia minus tomentoſa, & fere ſubtus tantum ſubtomentoſa.*

4. SOPHORA foliis pinnatis: foliolis ſeptenis glabris. heptaphylla
Sophora glabra, foliolis ſeptenis. *Fl. zeyl.* 164.
Fruticulus ſinenſis, ſennæ ſylveſtris folio anguſtiore,

nodoſa ſiliqua roſtro longiore donata. *Pluk. amalth.* 18. *t.* 451. *f.* 19. ?
Anticholerica. *Rumph. amb.* 4. *p.* 60. *t.* 22.
*Habitat in* India. ♄.

Geniſtoides. 5. SOPHORA foliis ternatis ſeſſilibus; foliolis linearibus.
Geniſtra africana, foliis galii. *Old. afr.* 31.
*Habitat ad* Cap. b. Spei.

tinctoria. 6. SOPHORA foliis ternatis ſubſeſſilibus; foliolis ſubrotundis glabris.
Cytiſus foliis fere ſeſſilibus, calycibus bractea triplici auctis. *Gron. virg.* 82.
Cytiſus procumbens americanus, flore luteo, ramoſiſſimus, qui Anil ſuppeditat. *Pluk. alm.* 129. *t.* 86. *f.* 2. *Ehret. t.* 1. *f.* 3.
*Habitat in* Barbados, Virginia.

lupinoides. 7. SOPHORA foliis ternatis petiolatis; foliolis ovalibus piloſis.
Sophora foliis ternatis, ſpica verticillata. *Amœn. acad.* 2. *p.* 350. *.
*Habitat in* Camtſchatca. *G. Demidoff.*

biflora. 8. SOPHORA foliis ſimplicibus obovatis ſubtomentoſis, pedunculis bifloris.
Crotalaria foliis ſimplicibus ovatis villoſis, petiolis ſimpliciſſimi, ramis teretibus. *Hort. cliff.* 357. *. *Roy. lugdb.* 374.
Crotalaria arbor africana, ſtyracis folio molli incano. *Pluk. alm.* 122. *t.* 185. *f.* 2.
Geniſta arboreſcens africana, ſtyracis folio. *Herm. lugdb* 270. *t* 271. *Seb muſ.* 2. *t.* 99. *f.* 3.
Myrto-Geniſta capitis b. ſpei. *Breyn. cent. t.* 29.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

## ANAGYRIS.

fœtida. 1. ANAGYRIS. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 93.
Anagyris floribus lateralibus. *Roy. lugdb.* 371.
Anagyris fœtida. *Bauh. pin.* 391.
*Habitat in* Italiæ, Siciliæ, Hiſpaniæ *montibus.* ♄.

## CERCIS.

Siliquaſtrum. 1. CERCIS foliis cordato-orbiculatis glabris. *Hort. cliff.* 156.

156. *Hort. upſ.* 99. *Roy. lugdb.* 463. *Gron. orient.* 131.
Siliqua ſylveſtris rotundifolia. *Bauh. pin.* 402.
Arbor judæ. *Dod. pempt.* 786
*Habitat in* Italia, Hiſpania, Narbona, Oriente. ♄.

2. CERCIS foliis cordatis pubeſcentibus. *Hort. cliff.* 156. *Hort. upſ.* 99. *Roy. lugdb.* 463. *Gron. virg.* 47. canadenſis.
Ceratia agreſtis virginiana, folio rotundo minori. *Raj. dendr.* 100.
*Habitat in* Virginia. ♄.

## BAUHINIA.

1. BAUHINIA caule cirrhifero. *Lœfl. it.* 218. ſcandens.
Clematis indica, folio bifido, flore fructuque carens, arbores tranſcendens. *Raj. ſuppl.* 328.
Folium linguæ. *Rumph. amb.* 5. *p.* 1. *t.* 1.
Naga-mu-valli *Rheed. mal.* 8. *p.* 57. *t.* 29.
*Habitat in* Malabaria, Amboina, Cumana. ♄.

2. BAUHINIA caule aculeato. *Hort. cliff.* 156. *t.* 14. *Roy. lugdb.* 463. *Lœfl. it.* 219. aculeata.
Bauhinia aculeata, folio rotundo & emarginato. *Plum. gen* 23. *ic.* 44. *f.* 1.
*Habitat in* America *calidiore*. ♄.

3. BAUHINIA foliis ovatis: lobis divaricatis. divaricata.
Bauhinia foliis quinquenerviis: laciniis acuminatis remotiſſimis. *Hort. cliff.* 156 *t.* 15. *Roy. lugdb.* 464.
Bauhinia non aculeata, folio ampliori & bicorni. *Plum gen.* 23. *ic.* 44. *f.* 2.
β. Bauhinia foliis ovato-cordatis lobis longiſſimis parallelis. *Mill. dict. t.* 61.
*Habitat in* America. ♄.

4. BAUHINIA foliis ovatis: lobis parallelis. ungulata.
Bauhinia foliis ovatis oblongis recta linea bifidis. *Hort. cliff.* 157.
*Habitat in* America. ♄.

5. BAUHINIA foliis cordatis: lobis coadunatis obtuſis. variegata.
Arbor ſ. Thomæ ſ. Affitra. *Zanon. hiſt.* 26. *t.* 15.
Chovanna-mandaru. *Rheed. mal.* 1. *p.* 57. *t.* 32. *Raj. hiſt.* 1751.

*Habitat in* Malabariæ, Maderæ *arenoſis.* ♄.
*Corollæ patentes: Petalis ovatis, acutis, roſeis, luteo purpureoque variegatis.*

purpurea. 6. BAUHINIA foliis ſubcordatis bipartitis rotundatis ſubtus tomentoſis.
Chovanna-mandaru *Rheed. mal.* 1. *p.* 59. *t.* 33.
*Habitat in* Indiæ *arenoſis.* ♄.
*Flores patentes, purpuraſcentes: Petalis lanceolatis, diſtantibus.*

tomentoſa. 7. BAUHINIA foliis cordatis: lobis ſemiorbiculatis tomentoſis.
Bauhinia foliis cordato-ſubrotundis: laciniis rotundatis. *Hort. cliff.* 157. *Hort. upſ.* 99. *Fl. zeyl.* 147. *Roy. lugdb.* 464.
Bauhinia foliis ſubrotundis, flore flaveſcente ſtriato. *Burm. zeyl.* 44. *t.* 18.
Mandaru maderaſpatenſe, foliis firmioribus biſulcis glabritie ſplendentibus. *Pluk. alm.* 240. *t.* 44. *f.* 6.
Chanſchena-pou. *Rheed. mal.* 1. *p.* 63. *t.* 35.
*Habitat in* India. ♄.
*Corollæ campanulatæ, albo-flaveſcentes: Petalis obovatis.*

acuminata. 8. BAUHINIA foliis ovatis: lobis acuminatis ſemiovatis.
Bauhinia inermis, foliis cordatis ſemibifidis: laciniis acuminato-ovatis erectis dehiſcentibus. *Hort. cliff.* 157. *Fl. zeyl.* 148. *.
Bauhinia foliis bilobis, ſpicis laxis terminalibus. *Brown. jam.* 286.
Sennæ ſpuriæ aut Aſphalto affinis arbor ſiliquoſa, foliis bifidis. *Sloan. jam.* 150. *hiſt.* 1. *p.* 51.
Velutta-mandaru. *Rheed. mal.* 1. *p.* 61. *t.* 34. *Raj. hiſt.* 1751
*Habitat in* Indiis ♄.
*Corollæ campanulatæ, albæ: Petalis obtuſis. Stamina diadelpha in B. hac & B. divaricata, contrario ac in Papilionaceis modo.*

## PARKINSONIA.

aculeata. 1. PARKINSONIA. *Hort. cliff.* 157. *t.* 13. *Hort. upſ.* 99. *Roy. lugdb.* 465. *Brown. jam.* 222. *Jacq. hiſt.* *t.* 80.

Par-

Parkinſonia aculeata, foliis minutis uni coſtæ adnexis. *Plum. gen.* 25.
Parkinſonia aculeata, foliis mimoſæ uni coſtæ affixis. *Walth. hort.* 6. *t.* 13.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

## HYMENÆA.

1. HYMENÆA. *Hort. cliff.* 484. *Hort. upſ.* 305. *Mat. med.* 515. *Brown. jam.* 221. Courbaril.
Courbaril bifolia, fructu pyramidato. *Plum. gen.* 49.
Ceratia diphyllos anteguana, ricini majoris fructu nigro, ſiliqua grandi incluſo. *Pluk. alm.* 96. *t.* 82. *f.* 2.
Arbor ſiliquoſa ex qua Gummi Elemi. *Bauh. pin.* 404.
Itaiba. *Piſ. braſ.* 123.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

## CASSIA.

* *Sennæ.*

1. CASSIA foliis conjugis, ſtipulis cordato-lanceolatis. diphylla.
*Habitat in* India. ⊙.
*Frutex* Caule *tereti.* Folia *conjugata ſ. duo in petiolo brevi, ſemiorbiculata, obtuſa, ſtriata.* Stipulæ *cordato-lanceolatæ, totos ramos obtegentes.*

2. CASSIA foliis bijugis ſubovatis, glandulis duabus ſubulatis inter infima *Fl. zeyl.* 153. *. Abſus.
Senna quadrifolia, ſiliqua plana hirſuta, flore aureo ſangvineo. *Burm. zeyl* 212. *t.* 97.
Senna exigua maderaſpatana tetraphylla ſiliquifera glabra, florum pediculis ad exortum foliorum propendentibus. *Pluk. alm.* 341. *t.* 60 *f.* 1.
Loto affinis ægyptiaca. *Bauh. pin.* 332.
Abſus. *Alp. ægypt.* 97
*Habitat in* India, Ægypto. ⊙.

3. CASSIA foliis bijugis ovato-oblongis acuminatis, glandula oblonga inter infima, ſpinis ſubpetiolaribus obſoletis tridentatis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 397. *. *Læfl. it* 232. viminea.
Caſſia viminea, foliis ovatis acuminatis bijugatis, racemis laxis alaribus, ſiliquis brevioribus compreſſis. *Brown. jam.* 223.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

Tagera. 4. CASSIA foliis trijugis, glandula petiolari, ſtipulis ciliatis cordatis acuminatis.

Caſſia 6, Senna ſpuria tetraphylla arboreſcens, ſiliquis tenuibus longiſſimis pendulis. *Amm. herb.* 603. *n.* 33?

Tageia. *Rheed. mal.* 2. *p.* 103. *t.* 52? *Raj. hiſt.* 1743?

*Habitat in* India.

Fruticulus *procumbens: Ramis filiformibus.* Petioli *breviſſimi*; Foliola *quatuor, ſemiorbiculata, venoſa, quorum duo exteriora majora.* Stipulæ *cordatæ ſ. cordato-lanceolatæ, margine piloſæ.*

Tora. 5. CASSIA foliis trijugis obovatis: exterioribus majoribus; glandula ſubulata inter inferiora quatuor. *Roy. lugdb.* 468. *Fl. zeyl.* 152. *Hort. upſ.* 100. *Mill. dict. t.* 82.

Caſſia ſiliqua quadrangulari. *Dill. elth.* 72. *t.* 63. *f.* 73.

β. Caſſia humilis, ſiliquis fœni græci. *Plum. ſpec.* 18. *t.* 76. *f.* 2.

Senna orientalis hexaphylla, Tala zeylonenſium. *Herm. lugdb.* 557. *Raj. hiſt.* 1743.

Senna orientalis hexaphylla, ſiliquis longis incurvis. *Pluk. alm.* 342.

Galega indica minor hexaphyllos amanni. *Raj. hiſt.* 911.

*Habitat in* India. ☉.

Caules & *Petioli ſcabri.* Stipulæ *lineares, acuminatæ, piloſæ.* Glandulæ *acuminatæ, apice fuſcæ, inter ſingula paria 2 inferiora, non vero inter extimum par ſitæ.*

*Varietas* β *differt ſiliqua recurva, an ſpecies diſtincta?*

bicapſularis. 6. CASSIA foliis trijugis obovatis glabris: interioribus rotundioribus minoribus: glandula interjecta globoſa. *Hort. cliff.* 159. *Hort upſ.* 100. *Roy lugdb.* 468.

Caſſia hexaphylla, ſiliqua bicapſulari. *Plum. ſpec.* 18. *t.* 76. *f.* 1.

*Habitat in* India. ♄.

*Arboreſcens eſt, & glaberrima. Foliola interiora breviora. Siliquæ tereti uſculæ, coriaceæ, loculo duplici tereti.*

emarginata. 7. CASSIA foliis trijugis ovatis rotundatis emarginatis æqualibus. *Hort. cliff.* 159. *Roy. lugdb.* 467.

Caſſia minor hexaphylla fruticoſa, ſennæ foliis. *Sloan.*

*jam.*

*jam.* 146. *hiſt.* 2. *p.* 44. *t.* 180. *f.* 1. 2. 3. 4. *Raj. dendr.* 110.
*Habitat in* Caribæis. ♄.

8. CASSIA foliis trijugis ovatis obtuſiuſculis. obtuſifolia.
Caſſia fœtida, foliis ſennæ italicæ. *Dill. elth.* 71. *t.* 62. *f.* 72.
Caſſia minor herbacea plerumque hexaphylla, folio obtuſo. *Sloan jam.* 148. *hiſt.* 2. *p.* 47. *t.* 180. *f.* 5.?
Gallinaria rotundifolia. *Rumph. amb.* 5. *p.* 283. *t.* 97. *f.* 2.
*Habitat in* Cuba. ⊙.

9. CASSIA foliis trijugis quadrijugisque ſubovatis. *Hort cliff.* 159. *Mat. med.* 200. *Roy. lugdb.* 468. Senna.
Senna Alexandrina ſ. foliis acutis. *Bauh. pin.* 397. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 201. *ſ.* 2. *t.* 24. *f.* 1.
β. Senna italica ſ. foliis obtuſis. *Bauh. pin.* 397. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 200. *ſ.* 2. *t.* 24. *f.* 2.
Senna. *Dod. pempt.* 361.
*Habitat in* Ægypto. ⊙.

10. CASSIA foliis quadrijugis ovato-lanceolatis retroſalcatis; glandula baſeos petiolorum. *Hort. cliff.* 159. *. falcata.
*Habitat in* America. ⊙.

11. CASSIA foliis quinquejugis ovato-lanceolatis margine ſcabris: exterioribus majoribus; glandula baſeos petiolorum. occidentalis
Caſſia foliolis quatuor parium ovato-lanceolatis, glandula baſeos petiolorum. *Hort. cliff.* 159. *Roy. lugdb.* 467.
Senna occidentalis, odore opii viroſo, orobi pannonici foliis mucronatis, glabra. *Comm. hort.* 1. *p.* 51. *t.* 26.
*Habitat in* Jamaica.
Caulis *ſeſquipedalis*, *punctis vagis ſcaber*, *exaratus deorſum a ſingulo petiolo ſulcis duobus.* Folia *ſuperiora Foliolis quinqueparium*, *ovato-lanceolatis*, *glabris*, *margine ſcabris*, *acuminatis*, *exterioribus ſenſim majoribus*, *fœtidis.* Racemus *terminalis.* Flores *lutei absque macula.* Folia *impuberis plantæ quinquejuga*; *adultæ tantum trijuga.*

12. CAS-

piloſa. 12. CASSIA foliis quinquejugis eglandulatis, ſtipulis ſemicordatis acuminatis, caule ſtricto piloſo.
Caſſia ſuffruticoſa erecta hirſuta, floribus ſingularibus ad alas. *Brown. jam.* 224.
*Habitat in* Jamaica.
Caulis *erectiuſculus, fruticuloſus.* Ramis *erectis, undique valde piloſis.* Folia *glabra.* Stipulæ *ſemicordatæ, acuminatæ, ciliatæ.* Folia *lævia.* Pedunculi *erecti, gemini, uniflori, læves.* Siliquæ *oblongæ, compreſſæ.* Flores *circiter pentandri.*

planiſiliqua 13. CASSIA foliis quinquejugis ovato-lanceolatis glabris, glandula baſeos petiolorum. *Roy. lugdb.* 468.
Caſſia ſiliquis planis. *Plum. ſpec.* 18. *t.* 77.
*Habitat in* America *calidiore.*

Fiſtula. 14. CASSIA foliis quinquejugis ovatis acuminatis glabris, petiolis eglandulatis. *Fl. zeyl.* 149. *. *Mat. med.* 199. *Haſſelq. it.* 468.
Caſſia foliolis quinque parium lanceolatis: extimis minoribus. *Hort. cliff.* 158.
Caſſia fiſtula alexandrina. *Bauh. pin.* 405. *Comm. hort.* 1. *p.* 215. *t.* 110. *Rumph. amb.* 2. *p.* 83. *t.* 21.
Conna. *Rheed. mal.* 1. *p.* 37. *t.* 21.
*Habitat in* India, Ægypto. ♄.

biflora. 15. CASSIA foliis ſejugis oblongiuſculis glabris: inferioribus minoribus, glandula ſubulata inter infima, pedicellis ſubbifloris. *Hort. cliff.* 159. *.
Caſſia biflora. *Amœn. acad.* 5. *p.* 397. *.
Caſſia fruticoſa, foliis minoribus obovatis ſexjugatis, floribus geminis ſ. bigeminatis, racemis alaribus. *Brown. jam.* 223.
Caſſia minor arboreſcens, ſiliquis planis articulatis. *Plum. ſpec.* 18. *ic.* 78. *f.* 1.
*Habitat in* America. ♄.

hirſuta. 16. CASSIA foliis ſejugis ovatis acuminatis lanatis. *Hort. cliff.* 159. *Roy. lugdb.* 467.
Caſſia americana fœtida, foliis amplioribus villoſis. *Tournef. inſt.* 619.
Senna occidentalis, odore opii viroſo, foliis orobi pannonici mucronatis hirſutis. *Herm. lugdb.* 556.
*Habitat in* America.

17. CAS-

17. CASSIA foliis ſeptemjugis, floribus pentandris, caulibus filiformibus proſtratis herbaceis. *ſerpens.*
Caſſia herbacea tenuiſſima procumbens, floribus ſingularibus ad alas. *Brown. jam.* 225.
*Habitat in* Jamaica. ☉.
Caules *filiformes, herbacei proſtrati, rarius ad baſin ramoſi, glabri.* Foliola *oblonga, ſtriata, anguſtata.* Stipulæ *ſubulatæ.* Pedunculi *axillares, ſolitarii, longitudine foliorum, nudi, horizontales.* Siliquæ *erectæ, rhombeo-oblongæ; ad angulum rectum cum pedunculo poſitæ.*

18. CASSIA foliis ſeptemjugis lanceolatis: extimis minoribus, glandula baſeos petiolorum. *Hort. cliff.* 199. *Hort. upſ.* 100. *Gron. virg.* 47. *Roy. lugdb.* 467. *liguſtrina.*
Caſſia liguſtri folio. *Plum. ſpec.* 10. *Dill. elth.* 350. *t.* 259. *f.* 338.
Caſſia bahamenſis, pinnis foliorum mucronatis anguſtis, calyce floris non reflexo. *Mart. cent.* 21. *t.* 21.
*Habitat in* Virginia, Bahama. ♄.
*Folia glabra, ſubtus obſolete pubeſcentia.*

19. CASSIA foliis octojugis ovali-oblongis: interioribus minoribus, petiolis eglandulofis, ſtipulis patulis. *Hort. cliff.* 158. *Hort. upſ.* 100. *Roy. lugdb.* 467. *alata.*
Caſſia ſylveſtris fœtida, ſiliquis alatis *Plum. ſpec.* 18.
Faba dulcis. *Mer. ſurin.* 58. *t.* 58.
Herpetica. *Rumph. amb.* 7. *p.* 35. *t.* 18.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

20. CASSIA foliis octojugis ovato-oblongis æqualibus, glandula baſeos petiolorum. *Hort. cliff.* 159. *Hort. upſ.* 100. *Roy. lugdb.* 467. *marilandica.*
Caſſia mimoſæ foliis, ſiliqua hirſuta. *Dill. elth.* 351. *t.* 260. *f.* 339.
Caſſia marilandica, pinnis foliorum oblongis, calyce floris reflexo. *Mart. cent.* 23. *t.* 23.
*Habitat in* Virginia, Marilandia. ♃.
*Caulis & Folia adſperſa pilis raris.*

21. CASSIA foliis novemjugis oblongis, glandula ſubulata inter infima. *Roy. lugdb.* 478. *tenuiſſima.*
Senna ſpuria fruteſcens, ſiliquis tenuiſſimis. *Houſt. mſſ.*
*Habitat in* Havana. ♄.

Sophera. 22. CASSIA foliis decemjugis lanceolatis, glandula baſeos oblonga. *Fl. zeyl.* 150. *
Senna vigintifolia ſiliquis teretibus. *Burm. zeyl.* 213. *t.* 98.
Galegæ affinis. *Baub. pin.* 352.
Gallinaria acutifolia. *Rumph. amb.* 5. *p.* 283. *t.* 97. *f.* 1.
Ponnam-Tongera. *Rheed. mal.* 2. *p.* 101. *t.* 52.
*Habitat in* Indiæ *umbroſis.*

auriculata. 23 CASSIA foliis duodecim-jugis obtuſis mucronatis, glandulis ſubulatis pluribus, ſtipulis reniformibus barbatis. *Fl. zeyl.* 151. *.
Senna ſpuria maderaſpatana, caule ad foliorum alas geminatis ſubrotundis appendiculis auriculato. *Pluk. alm.* 341. *t.* 314. *f* 4. *Raj. dendr.* 110.
*Habitat in* India.

javanica. 24. CASSIA foliis duodecim-jugis oblongis obtuſis glabris, glandula nulla.
Caſſia fiſtula javanica, flore carneo. *Comm. hort.* 1. *p.* 217. *t.* 111.
Caſſia foliis plurimis oblongis, flore rubello, ſiliquis maximis craſſioribus trinerviis. *Brown. jam.* 223.
Caſſia fiſtula braſiliana. *Baub. pin.* 403.
Caſſia nigra ſ. fiſtuloſa ſecunda. *Sloan. jam.* 146. *hiſt.* 2. *p.* 44.
*Habitat in* Indiis.
*Flores mihi non protulit.*

## * * Chamæcriſtæ *foliolis numeroſis.*

Chamæcriſta. 25. CASSIA foliis multijugis, glandula petioli pedicellata, ſtipulis enſiformibus. *Hort. upſ.* 101.
Caſſia foliolis plurimum parium linearibus, ſtipulis ſubulatis. *Hort. cliff.* 158. *Gron. virg.* 47.
Caſſia ſuffruticoſa erecta, foliolis linearibus plurimis pinnatis, floribus ſingularibus vel geminis ſparſis. *Brown. jam.* 225.
Chamæcriſta pavonis major. *Comm. hort.* 1. *p.* 53. *t.* 37.
*Habitat in* Jamaica, Barbados, Virginia ☉.
Foliola 20. *Pedicellus ſpatio ſupra petiolum egrediens.* Petala *duo ſuperiora macula purpurea.* Antheræ *rubræ.*

glandulosa. 26. CASSIA foliis multijugis multiglandulatis, ſtipulis ſubulatis.

Cha

ChamæCriſta pavonis americana, ſiliqua multiplici. *Breyn. cent.* 64. *t.* 24.

*Habitat in* Jamaica.

Caules *ſuffruticoſi; ramis nudiuſculis.* Foliola *lanceolata petiolo, inter ſingula paria, glandula pedicellata notato.* Stipulæ *ſubulatæ.* Pedunculi *axillares foliorum, gemini, uniflori, folio breviores.* Siliquæ *orobi.* Flores *circiter hexandri antheris duabus longiſſimis.*

27. CASSIA foliis multijugis linearibus: glandula baſeos petiolorum obſoleta, ſtipulis ſetaceis. *Fl. zeyl.* 154. *. mimoſoides.

*Habitat in* Zeylona.

Petioli *abſque glandula.* Caulis *non flexuoſus.* Stipulæ *lanceolatæ, ſeta terminatæ.*

28. CASSIA foliis multijugis, ſtipulis dimidiato-cordatis flexuoſa.

Senna ſpuria occidentalis, ſiliqua ſingulari, foliis herbæ mimoſæ. *Herm lugdb.* 558. *Sloan. jam.* 150. *Raj. ſuppl.* 18.

Chamæcriſta pavonis braſiliana, ſiliqua ſingulari. *Breyn. cent.* 65. *t.* 23.

*Habitat in* Braſilia. ☉.

29. CASSIA foliis multijugis, floribus pentandris, caule erecto. nictitans.

Caſſia calycibus acutis, floribus pentandris. *Hort. cliff.* 497. *t.* 36. *Hort. upſ.* 101.

Senna ſpuria virginiana, mimoſæ foliis, floribus parvis nictitantibus. *Pluk. alm.* 341. *t.* 314. *f.* 3.

Amœna mœſta *Rumph. amb.* 6. *p.* 147. *t.* 61. *f.* 1.

*Habitat in* Virginia. ☉.

*Glandula petiolorum pedicellata & fuſca.* Pedunculi *ſæpius tripartiti & triflori, ſpatio ſupra alas enati.*

30. CASSIA foliis multijugis, caule procumbente. procumbens.

Caſſia americana procumbens herbacea, mimoſæ foliis, floribus parvis, ſiliquis anguſtis planis. *Comm. petrop. t.* 11.

Chamæcriſta mariana, flore minore. *Pet. ſicc.* 243. *n.* 40.

*Habitat in* Indiis; Virginiæ *apricis ſiccis.* ☉.

POIN-

## POINCIANA.

elata. 1. POINCIANA caule inermi. *Amœn. acad.* 4. *p.* 313. *.
Poinciana foliis bipinnatis: foliolis ovato-oblongis, caule inermi. *Hort. cliff.* 158. *Fl. zeyl.* 159.
*Habitat in* Indiis. ♄.
Foliola *integerrima*, *minuta*. Calyces *coriacei*. Filamenta *atropurpurea*, *longiſſima*, *baſi villoſa*.

bijuga. 2. POINCIANA aculeis ſolitariis, foliolis emarginatis. *Jacq. amer.* 20.
Frutex pavonius, Criſta pavonis. *Breyn. cent.* 61. *t.* 22. *Raj. hiſt.* 981.
Acacia glorioſa jamaicenſis, foliis minoribus ſubrotundis, ſpinis ad genicula ſimplicibus, floribus flavo-purpureis. *Pluk. alm.* 5.
Criſta pavonis. *Rumph. amb.* 4. *p.* 53. *t.* 20.
*Habitat in* Indiis. ♄.

pulcherrima. 3. POINCIANA aculeis geminis. *Hort. upſ.* 101.
Acacia orientalis glorioſa, coluteæ foliis, ad genicula ſpinis gemellis aculeata. *Pluk. alm.* 5.
Flos pavonis. *Mer. ſur.* 45. *t.* 45?
Tſietti mandaru. *Rheed. mal.* 6. *p.* 1. *t.* 1.
*Habitat in* Indiis. ♄.

## CÆSALPINIA.

braſilienſis. 1. CÆSALPINIA caule foliisque inermibus.
Cæſalpinia foliolis obovatis integerrimis. *Mat. med.* 205.
Cæſalpinia arborea inermis, foliis minoribus: paribus bipinnatis, ligno kermeſino: Braſiletto. *Brown. jam.* 227.
Cæſalpinia foliolis duplicato-pinnatis, foliolis emarginatis, floribus decandris. *Mill. dict.*
Pſeudo-Santalum croceum. *Sloan. jam.* 213. *hiſt.* 2. *p.* 184. *Cateſb. car.* 2. *p.* 51. *t.* 51.
*Habitat in* Carolina, Jamaica, Braſilia. ♄.
Braſiletto *officinis dicta*.

criſta. 2. CÆSALPINIA caule aculeato, foliolis ovatis, floribus pentandris.
Cæſalpinia foliis duplicato-pinnatis, foliolis ovatis integerrimis, floribus pentandris. *Mill. dict.*

Cæ-

Cæſalpina polyphylla aculeis horrida. *Plum. gen.* 26. *t.* 68.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

3. CÆSALPINIA caule aculeato, foliolis obcordatis ſubrotundis. *veſicaria.*
Cæſalpinia ſpinoſa, foliis minoribus obcordatis bipinnatis. *Brown. jam.* 227.
Senna ſpuria arborea ſpinoſa, foliis alatis ramoſis ſ. decompoſitis flore luteo, ſiliquis brevibus ſulcatis nigris, ſabinæ odore. *Sloan. jam.* 149. *hiſt.* 2. *p.* 50. *t.* 181. *f.* 2, 3. *bona. Raj. dendr.* 11.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

4. CÆSALPINIA caule aculeato, foliolis oblongis inæquilateribus emarginatis. *Fl. zeyl.* 158. *. *Mat. med.* 203. *Sappan.*
Ligno braſiliano ſimile. *Baub. pin.* 393.
Lignum Sappan. *Rumph. amb.* 4. *p.* 56. *t.* 21. *Meiſt. it.* 90.
Tſiam-pangam. *Rheed. mal.* 6. *p.* 3. *t.* 2.
*Habitat in* Indiis. ♄.

## GUILANDINA.

1. GUILANDINA aculeata, pinnis ovatis, foliolis aculeis ſolitariis. *Bonduc.*
Guilandina caule fructuque aculeatis. *Hort. cliff.* 158.
Bonduc vulgare majus polyphyllum. *Plum. gen.* 25.
Acacia glorioſa, lentiſci folio, ſpinoſa, flore ſpicato luteo, ſiliqua magna muricata. *Pluk. alm* 4. *t.* 2. *f.* 2.
Lobus echinatus, fructu flavo, foliis rotundioribus. *Sloan. jam.* 144. *hiſt.* 2. *p.* 40.
Frutex globulorum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 89. *t.* 48.
*Habitat in* Indiis. ♄.

2. GUILANDINA aculeata, pinnis oblongo-ovatis, foliolis aculeis geminis. *Bonducella.*
Guilandina aculeata, foliolis ovalibus acuminatis. *Fl. zeyl.* 156. *. *Hort. upſ.* 101.
Bonduc vulgare minus polyphyllum. *Plum. gen.* 25.
Criſta Pavonis, glycyrrhizæ folio, minor repens ſpinoſſima, flore luteo ſpicato minimo, ſiliqua latiſſima echinata, ſemine rotundo cinereo. *Breyn. prod.* 3. *app.* 33. *t.* 28.

Globuli majores. *Rumph. amb.* 5. *p.* 92. *t.* 49. *f.* 1.
Lobus echinatus fructu cæſio, foliis longioribus. *Sloan. jam.* 144. *hiſt.* 2. *p.* 41.
*Habitat in* Indiis. ♄.

Nugæ. 3. GUILANDINA caule inermi, foliis petiolo primario ſubtus aculeis geminis. †.
Nugæ ſilvarum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 94. *t.* 50.
*Habitat in* Amboina. ♄.
*Legumina lævia ſunt.*

Moringa. 4. GUILANDINA inermis, foliis ſubbipinnatis: foliolis inferioribus ternatis. *Fl. zeyl.* 155. *. *Mat. med.* 202.
Lignum peregrinum aquam cæruleam reddens. *Bauh. pin.* 416.
Moringha zeylanica, foliorum pinnis pinnatis, flore majore, fructu anguloſo. *Burm. zeyl.* 162. *t.* 75.
Morungu. *Rheed. mal.* 6. *p.* 19. *t.* - *Rumph. amb.* 1. *p.* 184. *t.* 74, 75.
*Habitat in* Zeylona, America, Ægypto. ♄.
*Semina ex Aſia tribus membranis longitudinaliter alata fuere, ex Africa vero membranis bis caruere. Hæc dioica ſecundum Rumphium; an etiam præcedentes?*

dioica. 5. GUILANDINA inermis, foliis bipinnatis: baſi apiceque ſimpliciter pinnatis. *Gen. plant.* 2. 518.
Bonduc canadenſe polyphyllum non ſpinoſum, mas & femina. *Duham. arb.* 1. *p.* 108. *t.* 42.
*Habitat in* Canada. ♄.

## GUAJACUM.

officinale. 1. GUAJACUM foliolis bijugis obtuſis.
Guajacum foliis pinnatis: foliolis quaternis obtuſis. *Hort. cliff.* 187. *Mat. med.* 207.
Guajacum foliis fere impetiolatis bijugis obovatis & leniter radiatis, pinnis & ramulis dichotomis. *Brown. jam.* 225.
Guajacum flore cæruleo, fructu ſubrotundo. *Plum. gen.* 39.
Guajacum jamaicenſe, foliis velut muria conditis ſpiſſius virentibus, flore ſubcæruleo. *Pluk. alm.* 180. *t.* 35. *f.* 4.
Guajacum magna matrice. *Bauh. pin.* 448.

Pru-

Pruno vel Evonymo affinis arbor, folio alato buxeo ſubrotundo. *Sloan. jam.* 186. *hiſt.* 2. *p.* 133. *t.* 222. *f.* 3. 4. 5. 6.
Arbor ligni Sancti vel Guajacum. *Seb. theſ.* 1. *p.* 86. *t.* 53. *f.* 2.
β. Guajacum jamaicenſe, lentiſci ſubrotundis foliis læte virentibus, flore albo. *Pluk. alm.* 180. *t.* 35. *f.* 3.
*Habitat in* Hiſpaniola, Jamaica. ♄.

2. GUAJACUM foliolis multijugis obtuſis. ſanctum.
Guajacum foliis pinnatis, foliolis obverſe ovatis integerrimis. *Roy. lugdb.* 208.
Guajacum flore cæruleo fimbriato, fructu tetragono. *Plum. gen.* 39.
Guajacum americanum, lentiſci folio. *Comm. hort.* 1. *p.* 171. *t.* 88.
Guajacum propemodum ſine matrice. *Bauh. pin.* 448.
Jaſminum vulgo americanum ſ. Euonymo affinis occidentalis, alatis ruſci foliis, nucifera, cortice ad genicula fungoſo. *Pluk. alm.* 139. *t.* 94. *f.* 4.
*Habitat in* Americes *inſula ſ. Johannis de Porto Ricco.* ♄.

3. GUAJACUM foliolis multijugis acutis. afrum.
Guilandinoides. *Hort. cliff.* 489.
Acacia africana, quæ Acaciæ ſimilis, foliis myrti parvis aculeatis pinnatis, flore coccineo tetrapetaloide. *Walth. hort.* 2. *t.* 2.
Afra arbor acaciæ ſimilis, foliis myrti aculeatis ſplendentibus. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 57.
*Habitat in* Æthiopia China. ♄.
*Flores & fructus non vidi, hinc de genere dubius.*

## CYNOMETRA.

1. CYNOMETRA trunco florifero. *Act. upſ.* 1741. *p.* 79. *Fl. zeyl.* 66. cauliflora.
Cynomorium. *Rumpf. amb.* 1. *p.* 163. *t.* 62.
*Habitat in* India. ♄.

2. CYNOMETRA ramis floriferis. *Act. upſ.* 1741. *p.* 79. *Fl. zeyl.* 167. ramiflora.
Cynomorium ſylveſtre. *Rumpf. amb.* 1. *p.* 164. *t.* 63.
Iripa. *Rheed. mal.* 4. *p.* 65. *t.* 31.
*Habitat in* India. ♄.

## ANACARDIUM.

occidentale. 1. ANACARDIUM. *Hort. cliff.* 161. *Fl. zeyl.* 165. *Mat. med.* 206. *Hort. upſ.* 102. *Roy. lugdb.* 463. *Brown. jam.* 227.
Anacardii alia ſpecies. *Baub. pin.* 512.
Pomifera ſ. potius Prunifera indica, nuce reniformi. *Cateſb. car.* 3. *p.* 9. *t.* 9.
Acaiou. *Piſ. braſ.* 58. *mant.* 193.
Caſſuvium. *Rumph. amb.* 1. *p.* 177. *t.* 69.
Caſchou. *Mer. ſurin.* 16. *t.* 16.
Kapa-mava. *Rheed. mal.* 3. *p.* 65. *t.* 54.
*Habitat in* Indiis. ♄.

## SWIETENIA.

Mahagoni. 1. SWIETENIA. *Jacqu. amer.* 20. †.
Cedrela foliis pinnatis, floribus ſparſis, lingno odorato. *Brown. jam.* 158.
Arbor foliis pinnatis nullo impari: nervo ad latus. *Cateſb. car.* 2. *p.* 81. *t.* 81.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.
*Affinitate proxima jungitur Cedrelæ.*

## DICTAMNUS.

albus. 1. DICTAMNUS. *Hort. cliff.* 161. *Hort. upſ.* 102. *Mat. med.* 208. *Roy. lugdb.* 463. *Sauv. monſp.* 222.
Dictamnus albus vulgo Fraxinella. *Baub. pin.* 222.
Fraxinella. *Reneal. ſpec.* 122. *t.* 121.
*Habitat in* Germania, Gallia, Italia. ♃.
*Ordo naturalis Rutæ communis.*

## RUTA.

graveolens. 1. RUTA foliis decompoſitis, petalis laceris, floribus lateralibus quadrifidis. *Hort. cliff.* 145. *Hort. upſ.* 102. *Mat. med.* 209. *Roy. lugdb.* 461.
Ruta ſylveſtris major. *Baub. pin.* 336. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 507. *ſ.* 5. *t.* 14. *f.* 3.
β. Ruta chalepenſis tenuifolia, florum petalis villis ſcatentibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 509.
Ruta hortenſis altera. *Baub pin.* 336. *Raj. hiſt.* 874.
γ. Ruta hortenſis latifolia. *Baub. pin.* 336.
Ruta graveolens hortenſis. *Lob. adv. pempt.* 119.
δ. Ruta hortenſis latifolia arbuſculæ ſimilis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 260.

Ru-

Ruta africana maxima. *Schwer. hort.* 24.
*Habitat in* Europæ *auſtralis*, Alexandriæ, Mauritaniæ *ſterilibus*. ♄.
*Flos primarius quinquefidus, reliqui quadrifidi. Phil. Bot.* 178. *Paniculæ rami primi bipartiti; reliqui flores alterni.*
*Confer*: RUTA ſylveſtris minor. *Bauh. pin.* 336. *Cam. epit.* 495. Ruta montana legitima. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 136. *app. alt. fig. ſtructura eadem, facie diſtincta, deſcripta Lœfl. it.* 140.

2. RUTA foliis terminatis ſeſſilibus. patavina.
PſeudoRuta patavina trifolia, floribus luteis umbellatis. *Mich. gen.* 22. *t.* 19.
*Habitat prope* Patavium.

3. RUTA foliis ſimplicibus indiviſis. linifolia.
Ruta foliis ſimplicibus ſolitariis. *Hort. cliff.* 146.
Ruta ſylveſtris linifolia hiſpanica. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 82. *t.* 73. *Barr. ic.* 1186.
β. Ruta montana, foliis integris ſubrotundis. *Buxb. cent.* 2. *p.* 30. *t.* 28. *f.* 2.
Ruta orientalis, linariæ folio, flore parvo. *Tournef. cor.* 19. *Buxb. cent.* 2. *p.* 30. *t.* 28. *f.* 1.
*Habitat in* Hiſpania; β. *in* Rodaſtro; γ. *in* Media. ♃.
*Paniculæ rami laterales bifidi, triflori, flore intermedio ſeſſili. Petala* 5, *ſeſſilia, integra, ovata Filamenta baſi piloſa arcte includunt receptaculum poris melliferis pertuſum. Pericarpia punctis elevatis.*

## TOLUIFERA.

1. TOLUIFERA. *Mat. med.* 201. Balſamum.
Balſamum Tolutanum, foliis ceratiæ ſimilibus. *Bauh. pin.* 401.
*Habitat in* America *prope* Carthagenam. ♄.

## HÆMATOXYLUM.

1. HÆMATOXYLUM. *Hort. cliff.* 160. *Roy. lugdb.* 465. Campechianum.
Lignum campechianum, ſpecies quædam. *Sloan. jam.* 213. *hiſt.* 2. *p.* 183. *t.* 10. *f.* 1. 2. 3. 4. *Cateſb. car.* 3. *p.* 66. *t.* 66.
*Habitat in Campeche* Americes. ♄.

## ADENANTHERA.

*pavonina.* 1. ADENANTHERA foliis decompoſitis utrinque glabris. *Roy. lugdb.* 462. *Vir. cliff.* 36. *Fl. zeyl.* 160. *.
Poinciana foliis duplicato-pinnatis: foliolis alternis. *Hort. cliff.* 158.
Corallaria parvifolia. *Rumph. amb.* 3. *p.* 173. *t.* 109.
Mandsjadi. *Rheed. mal.* 6. *p.* 25. *t.* 14. *Raj. hiſt.* 1752.
*Habitat in* India. ♄.

*Falcataria.* 2. ADENANTHERA foliis decompoſitis ſubtus tomentoſis.
Clypearia alba. *Rumph. amb.* 3. *p.* 176. *t.* 111.
*Habitat in* India. ♄.

## MELIA.

*Azedarach.* 1. MELIA foliis bipinnatis. *Fl. zeyl.* 162. *. *Gron. orient.* 133.
Melia foliis decompoſitis. *Hort. cliff.* 161. *Roy. lugdb.* 462.
Azedarach. *Dod. pempt.* 848.
Arbor fraxini folio, flore cæruleo. *Bauh. pin.* 415.
Pſeudo-Sycomorus. *Cam. epit.* 181.
*ſempervirens* β. Azedarach ſempervirens & florens. *Tournef. inſt.* 616.
Azadirachta indica, foliis ramoſis minoribus, flore albo ſubcæruleo purpuraſcente majore. *Comm. hort.* 1. *p.* 147. *t.* 76.
*Habitat in* Syria, β *in* Zeylona. ♄.

*Azadirachta* 2. MELIA foliis pinnatis. *Hort. cliff.* 161. *Fl. zeyl.* 161. *. *Roy. lugdb.* 462.
Olea malabarica, fraxini folio. *Pluk. alm.* 269. *t.* 247. *f.* 1.
Azedarach foliis falcato-ſerratis. *Burm. zeyl.* 40. *t.* 15.
Azadirachta indica, folio fraxini. *Breyn. ic.* 21. *t.* 15.
Arbor indica, fraxino ſimilis, oleæ fructu. *Bauh. pin.* 416.
Aria Bepou. *Rheed. mal.* 4. *p.* 107. *t.* 52.
*Habitat in* India. ♄.

## TRICHILIA.

*hirta.* 1. TRICHILIA foliis pinnatis ſubhirſutis, foliolis obovatis.
Trichilia ſubhirſuta, foliis pinnatis ovatis, racemis alaribus. *Brown. jam.* 278.
Evonymus caudice non ramoſo, folio alato, fructu rotundo tripyreno. *Sloan. jam.* 171. *hiſt.* 2. *p.* 103. *t.* 210. *f.* 2, 3. *Raj. dendr.* 70.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

2. TRI-

2. TRICHILIA foliis ternatis. *Jacq. hiſt. t.* 82. trifoliata.
Trichilia Haleſia. *Lœfl. it.* 188. *.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

3. TRICHILIA foliis pinnatis glabris, floribus octandris. Guara.
Trichilia foliis oblongo-ovatis pinnatis nitidis, racemis laxis. *Brown. jam.* 279.
Melia guara floribus octandris. *Jacq. amer.* 20.
Guidonia, nucis juglandis foliis, major. *Plum. gen.* 4. *ic.* 147. *f.* 2.
*Habitat in* Braſilia *aliisque indiæ occidentalis.* ♄.
Calyx *planiuſculus.* Petala 4, *linearia. Nectarium longitudine corollæ, intra cujus os Filamenta cum antheris breviſſimis.* Receptaculum *ſubcylindricum, coronatum margine glanduloſo.* Stigma *orbiculatum.* Fructus *ignotus.* Flores *octandri.*

## ZYGOPHYLLUM.

1. ZYGOPHYLLUM foliis petiolatis: foliolis obovatis, caule herbaceo. Fabago.
Zygophyllum capſulis priſmatico-pentaëdris. *Hort. upſ.* 103. *Sp. pl.* 1. *p.* 385. *Gron. orient.* 132.
Zygophyllum foliis petiolatis. *Hort. cliff.* 160. *Roy. lugdb.* 460.
Capparis portulacæ folio. *Bauh. pin.* 480.
Capparis Fabago. *Dod. pempt.* 741.
*Habitat in* Syria, Mauritania. ♃.
Folia *ovata, petiolata.* Petala *obtuſa.*

2. ZYGOPHYLLUM foliis petiolatis: foliolis linearibus carnoſis. coccineum.
Zygophyllum capſulis cylindricis. *Sp. pl.* 1. *p.* 386.
Fabago arabica teretifolia, flore coccineo. *Shaw. afr.* 231. *f.* 231.
*Habitat in* Africa.
2. ARENARIA foliis ovatis carinatis recurvis quadrifariam imbricatis. *Baub. pin.* 211. *prodr.* 125. *Burſ. XI:* 135. tetraquetra.
   *Habitat in* Pyrenæis. ♃.
   Herba *omnino Gypſophilæ aggregatæ, ſed Pedunculis uniflorus, terminalis.*

3. ARENARIA foliis ovatis obtuſis, pedunculo laterali bifloro. lateriflora.
   *Habitat in* Sibiria.
   Caulis *digitalis, filiformis, ſimpliciſſimus.* Folia *ovata, obtuſa, ſubpetiolata, glabra.* Pedunculus *axillaris unicus, longus, bifidus.* Corolla *calyce longior.*

4.* ARENARIA foliis ovatis acutis petiolatis nervoſis. *Hort. cliff.* 173. *Fl. ſuec.* 374; 397. *. *Roy. lugdb.* 471. trinervia.
   Alſine plantaginis folio. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 364.
   *Habitat in* Europæ *ſylvis.* ☉.

5.* ARENARIA foliis ovatis nervoſis ſeſſilibus acutis, corollis calyce majoribus. *Amœn. acad.* 1. *p.* 162. *n.* 155. multicaulis.
   Alſine foliis lanceolatis, petalis integris calyce majoribus. *Hall. helv.* 390. *t.* 7. *f.* 3.
   *Habitat in Alpibus* Helvetiæ, Pyrenæis.

6. A-

ſerpyllifolia. 6. ARENARIA foliis ſubovatis acutis ſeſſilibus, corollis calyce brevioribus. *Fl. ſvec.* 373; 398 *Hort. cliff.* 173 *Roy. lugdb.* 451.
Alſine minor multicaulis. *Baub. pin.* 251.
Alſine minor. *Fuchſ. hiſt.* 23.
*Habitat in* Europæ *ſylvis glareoſis.* ⊙.

montana. 7. ARENARIA foliis lanceolato-linearibus ſcabris; caulibus ſterilibus longiſſimis procumbentibus. *Amœn. acad.* 4. *p.* 272. *.
Alſine foliis linearibus acuminatis, petalis florum integris calyce duplo longioribus. *Monn obj.* 127.
*Habitat in* Galliæ *auſtralis montibus.*

rubra. 8. ARENARIA foliis filiformibus, ſtipulis membranaceis vaginantibus. *Fl. ſvec.* 376; 399.
campeſtris. α. Alſine, ſpergulæ facie, minor ſ. Spergula minor, ſubcæruleo flore. *Baub. pin.* 251. *prodr.* 119.
Polygonum foliis gramineis, ſpergulæ capitulis. *Loeſ. pruſſ.* 203 *t.* 63.
marina. β. Arenaria foliis linearibus longitudine internodiorum. *Hort. cliff.* 173. *Gron. virg.* 161. *Roy. lugdb.* 451.
Spergula marina noſtras. *Raj. hiſt.* 1034.
Alſine ſpergulæ facie media. *Baub. pin.* 251.
*Habitat* α *in* Europæ *arenoſis collibus*, β. *in litoribus marinis.* ⊙.
*Stamina in campeſtri certe* 10. *ſunt: in maritima prope Aboam ſtamina tantum* 5 *obſervavit D. Kalm.*

media. 9. ARENARIA foliis linearibus carnoſis, ſtipulis membranaceis.
Arenaria teretifolia verna, flore albo, ſemine limbo foliaceo cincto. *Rupp. jen.* 2. *p.* 113.
Spergula annua, ſemine foliaceo nigro circulo membranaceo albo cincto. *Dill. giſſ.* 46. *E. N. C. cent.* 5. *ſ.* 6 *p.* 275. *t.* 4 *Moriſ. blæſ.* 228.
Alſine Spergulæ facie minima, ſeminibus marginatis. *T. Vaill. pariſ.* 8.
*Habitat in* Germania, Gallia. ⊙.
*Simillima* A. rubræ maritimæ, *ſed minus ramoſa, caulibus magis adſcendentibus, tota pubeſcenti-viſcoſa.* Folia *carnoſa, linearia, acutiuſcula, ſupra depreſſiuſcula, ſubtus convexa.* Flores *albi, petalis calyce vix majoribus.* Semina *margine membranaceo cincta.* Planta *vernalis & filia ſpuria A. rubræ, ut fere* ua-

*varietas, quod imprimis ex ſtipulis ſcarioſo-membranaceis conſtat.*

10. ARENARIA foliis ſemicylindricis carnoſis obtuſis, petalis lanceolatis, pedunculis terminalibus ſubbinatis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 315. *. bavarica.
Alſine alpina, foliis teretibus obtuſis, flore albo. *Segu. veron.* 1. *p.* 429.
Saxifraga bavarica. *Raj. hiſt.* 1033.
*Habitat in* Bavaria, Baldo. ♃.

11.* ARENARIA foliis ſubulatis, caulibus paniculatis, calycum foliolis ovatis. ſaxatilis.
Arenaria foliis ſubulatis, calycinis laciniis membrana ipſis latiore auctis obtuſis. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 281.
Spergula foliis acitormibus denſis, ramis ramoſis ſubnudis. *Sauv. monſp.* 45.
Alſine glabra, tenuiſſimis foliis, floribus albis. *Herm. par.* 12. *t.* 12.
Alſine ſaxatilis & multiflora, capillaceo folio. *Vaill. pariſ.* 7. *t.* 2. *f.* 3. *Hall. opuſc.* 113.
Alſine ſaxatilis, laricis folio, minor & minori flore. T. *Magn. monſp.* 11. *t.* 11.
Alſine caryophylloide tenuifolia, flore albo punctato. *Pluk. alm.* 22. *t.* 7. *f.* 3.
Anthyllis lychnitis annua. *Barr. ic.* 580.
*Habitat in* Germania, Helvetia, Gallia, Sibiria. ♃.

12.* ARENARIA foliis ſubulatis, caule paniculato, pedunculis ſimplicibus, capſulis erectis, petalis calyce brevioribus. tenuifolia.
Arenaria foliis ſubulatis, calycinis laciniis membrana ipſis anguſtiore auctis acutiſſimis. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 282.
Alſine tenuifolia. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 364. *Vaill. pariſ.* 7. *t.* 3. *f.* 1. *Segu. ver.* 418. *t.* 6. *f.* 2.
*Habitat in* Helvetia, Gallia, Anglia, Italia. ♃.
*Habet in flore ſtamina decem.*

13.* ARENARIA foliis ſetaceis, caule ſuperne nudiuſculo, calycibus ſubhirſutis. laricifolia.
Alſine foliis faſciculatis, petiolis ſimplicibus, calyce hirſuto. *Hall. helv.* 388.
Alſine alpina, junceo folio. *Bauh. pin.* 251. *prodr.* 118.

Lych-

Lychnoides, juniperi folio, perennis. *Vaill. pariſ.* 121.
*Habitat in montoſis* Helvetiæ, Genevæ, Pariſiorum, Monſpelii. ♃.

ſtriata. 14. ARENARIA foliis linearibus erectis oppreſſis, calycibus oblongis ſtriatis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 315. *.
Auricula muris pulchro flore, folio tenuiſſimo. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 361.
Caryophyllus ſaxatilis, polygoni minoris folio & facie. *Burſ. XI.* 129.
*Habitat in Alpibus* Auſtriæ *&* Vallis *auguſtæ.* ♃.

ciliata. 15. ARENARIA foliis ovatis ciliatis acutis.
Alſine, ſerpylli folio, multicaulis & multiflora. *Segu. ver.* 1. *p.* 421. *t.* 5. *f.* 2.
*Habitat in Alpibus* Rhæticis, *monte Abrahami.*

hiſpida. 16. ARENARIA foliis ſubulatis ſubtus hiſpidis.
Habitat Monſpelii *in monte calcaris*
Habitus *Spergulæ.* Caules *ſimplices, pilis raris adſperſi.* Folia *oppoſita, ſubulata, plana, ſubtus pilis raris hiſpida.* Panicula *primum dichotoma, mox alternis pedunculis ramoſa*

grandiflora. 17. ARENARIA foliis ſubulatis ſtrictis: radicalibus confertis, caulibus unifloris.
Alſine uniflora & grandiflora, foliis acuminatis, petalis integris. *Allion. pedem.* 49. *t.* 10. *f.* 1.
*Habitat in Alpibus* Valdenſium, Ceniſii. ♃.

## CHERLERIA.

Sedoides. 1. CHERLERIA. *Hall. helv.* 391. *t.* 6. *opuſc.* 300. *t.* 1. *f.* 3. *Segu. ver.* 3. *p.* 180. *t.* 4 *f.* 3.
Lychnis alpina, muſcoſis foliis denſius ſtipatis, floribus parvis, calyce duriore. *Pluk. alm.* 233. *t.* 42. *f.* 8.
Sedum montanum perpuſillum luteum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 471. *ſ.* 12. *t.* 6. *f.* 14.
Sedum montanum perpuſillum, luteolis floribus. *Park. theatr.* 738.
*Habitat in Alpibus* Helvetiæ, Valeſiæ, Gotthardo. ♃.

## GARIDELLA.

Nigellaſtrum. 1. GARIDELLA. *Hort. cliff.* 170. *Hort. upſ.* 108. *Roy. lugdb.* 481.

Ga-

Garidella foliis tenuiſſime diviſis. *Garid. prov.* 203. *t.* 39.
Nigellaſtrum raris & fœniculaceis foliis. *Magn. hort.* 143. *t.* 143.
Nigella cretica, folio fœniculi. C. B. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 516. *ſ.* 12. *t.* 18. *f.* 6.
*Habitat in* Galloprovincia. ☉.

## MALPIGHIA.

1. MALPIGHIA foliis ovatis integerrimis glabris, pedunculis umbellatis. *Hort. cliff.* 169. *Hort. upſ.* 108. *Roy. lugdb.* 459. *Mill. dict. t.* 181. *f.* 2. glabra.
Malpighia fruticoſa erecta, foliis nitidis ovatis acuminatis, floribus umbellatis, ramulis gracilibus. *Brown. jam.* 230.
Ceraſus jamaicenſis, fructu tetrapyreno. *Comm. hort.* 1. *p.* 145. *t.* 75.
Arbor baccifera, folio ſubrotundo, fructu ceraſino ſulcato rubro polypyreno: oſſiculis canaliculatis. *Sloan. jam.* 172. *hiſt.* 2. *p.* 106. *t.* 207. *f.* 2. *Raj. dendr.* 74.
*Habitat in* Jamaica, Braſilia, Surinamo, Curacao. ♄.

2. MALPIGHIA foliis ovatis integerrimis glabris, pedunculis unifloris. puniaifolia.
Malpighia foliis ovatis integerrimis glabris. *Hort. upſ.* 108.
Malpighia fruticoſa erecta, ramulis gracilibus patentibus, floribus ſolitariis. *Brown. jam.* 230.
Malpighia mali punici facie. *Pluk. gen.* 46. *t.* 166. *f.* 2.
Ceraſus americana, myrti conjugatis foliis, fructu acerbo tetrapyreno. *Pluk. alm.* 94. *t.* 157. *f.* 7.
*Habitat in* America *meridionali*. ♄.

3. MALPIGHIA foliis lanceolatis integerrimis glabris, ſpicis lateralibus. nitida.
Malpighia foliis oblongo-ovatis utrinque nitidis, racemis axillaribus. *Jacq. amer.* 21.
*Habitat in* America. ♄.

4. MALPIGIHA foliis oblongo-ovatis: ſetis decumbentibus rigidis, pedunculis unifloris aggregatis. *Mill. dict. t.* 181. *f.* 1. urens.
Malpighia latifolia, folio ſubtus ſpinoſo. *Plum. gen.* 46. *t.* 167. *f.* 1.

Meſpilus americana, folio lato ſubtus ſpinoſo, fructu rubro. *Tournef. inſt.* 642.

Arbor baccifera, folio oblongo ſubtiliſſimis ſpinis ſubtus obſito, fructu ceraſino ſulcato polypyreno: oſſiculis canaliculatis. *Sloan. jam.* 172. *hiſt.* 2. *p.* 106. *t.* 207. *f.* 3. *Raj. dendr.* 74.

*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

Folia *ovato-oblonga, integerrima, ſubpetiolata, adſperſa, imprimis ſubtus, ſetis rigidis adpreſſis pungentibus, geminis: altera anteriore.* Stipulæ *utrinque* 2. Flores *axillares utrinque* 4, *pedunculis unifloris, geniculo inſtructis.*

anguſtifolia. 5. MALPIGHIA foliis lineari-lanceolatis: ſetis utrinque decumbentibus rigidis, pedunculis umbellatis. *Mill. dict.* *Jacq. amer.* 21.

Malpighia anguſtifolia, folio ſubtus ſpinoſo. *Plum. gen.* 46.

*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

craſſifolia. 6. MALPIGHIA foliis ovatis integerrimis ſubtus tomentoſis, racemis terminalibus.

Malpighia arborea, floribus ſpicatis, foliis ovatis acuminatis. *Brown. jam.* 230.

Malpighia arborea, foliis ſubrotundis alternis inferne ſublanuginoſis, ſpicis craſſitis compoſitis terminalibus. *Brown. jam.* 231.

Malpighia latifolia, cortice ſanguineo. *Barr. æquin.* 72. ?

Tiliæ affinis laurifolia, arbuti floribus albis racemoſis odoratis, fructu pentagono. *Sloan. jam.* 136. *hiſt.* 2. *p.* 20. *t.* 163. *f.* 1.

*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

Arbor. Foliis *ovatis palmaribus craſſis ſubpetiolatis integerrimis, ſupra pubeſcentibus, ſubtus tomentoſis, ſæpius alternis.* Racemi *terminales longi tomentoſi.*

verbaſcifolia. 7. MALPIGHIA foliis lanceolato-ovatis tomentoſis integerrimis, racemis terminalibus.

Malpighia humilis, verbaſci folio & facie, caule craſſiſſimo. *Barr. æquin.* 71.

Baccifera arbor calyculata, foliis laurinis, fructu racemoſo eſculento ſubrotundo monopyreno pallide luteo. *Sloan. hiſt.* 2. *t.* 198. *f.* 2.

*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

Folia *lanceolato-ovata, in petiolos deſinentia, pedalia, villoſa, ſubtus denſiſſimo tomento veſtita.* Racemi *terminales, longi, villoſi.*

8. MALPIGHIA foliis lanceolatis dentato-ſpinoſis ſubtus hiſpidis. aquifolia.
Malpighia anguſtis & acuminatis aquifolii foliis. *Plum. gen.* 46. *ic.* 168. *f.* 1.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

9. MALPIGHIA foliis ſubovatis dentato-ſpinoſis. coccigrya.
Malpighia humilis, ilicis cocciglandiferæ foliis. *Plum. gen.* 46. *ic.* 168. *f.* 2.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

## BANISTERIA.

1. BANISTERIA foliis ſinuato-angulofis. anguloſa.
Acer ſcandens, folio anguloſo. *Plum. ſpec.* 18.
Clematis anguloſo folio, aceris fructu. *Plum. amer.* 77. *t.* 92. *Raj. ſuppl.* 328.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

2. BANISTERIA foliis ovatis, ſpicis lateralibus, ſeminibus erectis. purpurea.
Baniſteria foliis pinnatis: foliolis ovatis, ſpicis lateralibus, ſeminibus erectis. *Mill. dict.*
Acer ſcandens, ſpeudoacaciæ folio, flore purpuraſcente. *Plum ſpec.* 18. *ic.* 15.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

3. BANISTERIA foliis ovato-oblongis rigidis, racemis terminalibus. *Mill dict.* laurifolia.
Acer ſcandens, foliis laurinis. *Sloan. jam.* 137. *hiſt.* 2. *p.* 26. *Raj. dendr.* 94.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

4. BANISTERIA foliis ovato-oblongis acuminatis, racemis lateralibus, ſeminibus patentibus. *Fl. zeyl.* 176. *. benghalenſis.
Acer ſcandens, foliis citri, flore cæruleo ſpicato. *Plum. ſpec* 18. *ic.* 14.
Acer benghalenſis, laurinis foliis, fructu tergemino. *Pluk. alm.* 7. *t.* 3. *f* 1.
*Habitat in* Indiis. ♄.

dichotoma. 5. BANISTERIA foliis ovatis, racemis dichotomis.
Baniſteria foliis ovatis, ramis dichotomis, ſeminibus extrorſum tenuioribus, introrſum lacinulam emittentibus. *Hort. cliff.* 169. *.
Acer ſcandens, convolvuli folio, flore ex aureo cinereo. *Plum. ſpec.* 18. *ic.* 13.
*Habitat in* America *calidiore*. ♄.

fulgens. 6. BANISTERIA foliis ſubovatis ſubtus tomentoſis, racemis brachiatis, pedunculis umbellatis.
Baniſteria foliis ovatis, ramis ramoſis, ſeminibus extrorſum tenuioribus, introrſum lacinulam emittentibus. *Hort. cliff.* 169 *.
Baniſteria foliis orbiculatis, petiolis biglandulis, ſeminibus unialatis rugoſis, racemis ſubumbellatis alaribus. *Brown. jam.* 231.
Acer ſcandens minus, apocyni facie, folio ſubrotundo. *Sloan. jam.* 138. *hiſt.* 2. *p.* 27. *t.* 162. *f.* 2. *Raj. dendr.* 94.
Triopteris americana ſcandens, fructu fulgente majore aureo. *Pluk. mant.* 185.
*Habitat in* America. ♄.

brachiata. 7. BANISTERIA foliis ſubovatis, ramis brachiatis, ſeminibus introrſum anguſtioribus.
Baniſteria foliis ſubovatis, ramis ramoſis, ſeminibus introrſum tenuioribus nullam lacinulam emittentibus. *Hort. cliff.* 169. *.
Baniſteria foliis ovatis acuminatis, floribus laxe ſpicatis, ramis diffuſis ſcandentibus. *Mill. dict.*
*Habitat in* America. ♄.

## TRIOPTERIS.

jamaicenſis. 1. TRIOPTERIS. *Hort. cliff.* 169. *.
Acer ſcandens tricoccos, foliis citri, flore luteo minore. *Plum. ic.* 9. *t.* 16?
Hiræa *reclinata. Jacq. amer.* 21.?
*Habitat in* America *calidiore*. ♄.

## ERYTHROXYLON.

areolatum. 1. ERYTHROXYLON. *Amœn. acad.* 5. *p.* 397. *.
Erythroxylon foliis ellipticis lineis binis longitudinalibus

bus ſubtus notatis, faſciculis florum ſparſis. *Brown. jam.* 278. *t.* 38. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

# PENTAGYNIA.

## AVERRHOA.

1. AVERRHOA caudice nudo fructificante, pomis oblongis obtuſangulis. *Fl. zeyl.* 177. *. Bilimbi.
Blinbingum teres. *Rumph. amb.* 1. *p.* 118. *t.* 36.
Bilimbi. *Rheed. mal.* 3. *p.* 55. *t.* 45. 46.
*Habitat in* India. ♄.

2. AVERRHOA axillis foliorum fructificantibus, pomis oblongis acutangulis. *Fl. zeyl.* 178. *. Carambola.
Mala goënſia, fructu octangulari pomi vulgari magnitudine. *Baub. pin.* 433.
Prunum ſtellatum. *Rumpf. amb.* 1. *p.* 115. *t.* 35.
Tamara Tonga ſ. Carambolas. *Rheed. mal.* 3. *p.* 51. *t.* 43. 44.
*Habitat in* India. ♄.

3. AVERRHOA ramis nudis fructificantibus, pomis ſubrotundis. *Fl. zeyl.* 179. acida.
Neli-poli. *Rheed. mal.* 3. *p.* 57. *t.* 47. 48. *Raj. hiſt.* 1450.
Cheramela. *Rumph. amb.* 7. *p.* 34. *t.* 33. *f.* 2.
*Habitat in* India. ♄.

## SPONDIAS.

1. SPONDIAS petiolis communibus compreſſis. *Lœfl. it.* 209. purpurea.
Spondias diffuſa, foliis plurimis minoribus pinnatis, penna compreſſa ſulcata, floribus præcocibus. *Brown. jam.* 228.
Myrobalanus minor, folio fraxini alato, fructu purpureo officulo magno fibroſo. *Sloan. jam.* 182. *hiſt.* 2. *p.* 126. *t.* 219. *f.* 3, 4, 5. *Raj. dendr.* 43.
*Habitat in* India *occidentali.* ♄.

2. SPONDIAS foliolis nitidis. lutea.
Spondias. *Hort. cliff.* 484. *Hobo. Lœfl. it.* 209. *.
Spondias foliis plurimis pinnatis ovatis, racemis terminalibus, cortice interno rubente. *Brown. jam.* 229.

 Mon-

Monbin arbor, folio fraxini, flore luteo racemoſo. *Plum. gen.* 44.

Myrobalanus folio fraxini alato, fructu luteo, officulo magno fibroſo. *Sloan. jam.* 181. *hiſt.* 2. *p.* 125. *t.* 219 *f.* 1, 2. *Raj. dendr.* 43.

Prunus americana. *Mer. ſurin.* 13. *t.* 13. *bona.*

Prunus braſilienſis, fructu racemoſo ligno intus pro officulo. *Raj. hiſt* 1154.

Acaja & Ibametara. *Margr. braſ.* 129.

β. Spondias foliis paucioribus pinnatis ovatis nitidis. *Brown. jam.* 229.

*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

## COTYLEDON.

orbiculata. 1. COTYLEDON foliis ſubrotundis planis integerrimis. *Hort. cliff.* 276. *Roy. lugdb.* 454.

Cotyledon africanum fruteſcens incanum, orbiculatis foliis. *Herm. lugdb.* 349. *t.* 551. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 474. *ſ.* 12. *t.* 7. *f.* 39.

*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.

ſpuria. 2. COTYLEDON foliis alternis ſpatulatis carnoſis integerrimis.

Cotyledon africana fruteſcens, folio longo & anguſto, flore flaveſcente. *Comm. rar.* 23. *t.* 23. *Burm. afr. t.* 18, 19. *f.* 1. & *t.* 22. *f.* 1.

Cotyledon africana, foliis depreſſis cruciatis. *Walth. hort.* 16.

*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.

*Simillima* C. orbiculatæ; *differt ſaltem foliis oblongis & digito ſimilibus, ſed, quod præcipuum, alternis. Fructificatio adeo C. orbiculatæ, ut de matre dubium eſſe nequeat.*

hemiſphærica. 3. COTYLEDON foliis ſemigloboſis. *Hort. cliff.* 176. *Roy. lugdb.* 454.

Cotyledon capenſis, folio ſemiglobato. *Dill. elth.* 112. *t.* 95. *f.* 111.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

ſerrata. 4. COTYLEDON foliis ovalibus crenatis, caule ſpicato.

Cotyledon foliis radicalibus lanceolatis crenatis: caulinis ſubulatis. *Hort. cliff.* 497. *Roy. lugdb.* 454.

Coty-

Cotyledon cretica, folio oblongo fimbriato. *Dill. elth.* 113. *t.* 95. *f.* 112.
*Habitat in* Creta, Sibiria.

5. COTYLEDON foliis oblongis ſpinoſo-mucronatis, caule ſpicato. ſpinoſa.
*Habitat in* Sibiria. *D. Gmelin.*
Habitus *ſpeciei* 3. *Folia integra ſpina ſetacea terminata. Flores quinquepartiti.*

6. COTYLEDON foliis cucullato-peltatis ſerrato-dentatis alternis, caule ramoſo, floribus erectis. *Gron. orient.* 141. umbilicus ♀
Cotyledon foliis peltatis. *Vir. cliff.* 39. *Roy. lugdb.* 454.
Cotyledon flore luteo, radice repente *Dod. mem.* 265. *t.* 73. repens.
Cotyledon radice tuberoſa longa repente. *Moriſ. præl.* 257. *Raj. hiſt.* 1878.
Cotyledon luteum umbilicatum ſpicatum, radice repente majus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 471.
Umbilicus repens. *Cam. epit.* 858.
β. Cotyledon vera, radice tuberoſa. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 683. tuberoſa.
Cotyledon major. *Bauh. pin.* 285. *Raj hiſt.* 1878.
Cotyledon umbilicus veneris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 63.
Sedum luteum murale ſpicatum, folio umbilicato rotundo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 470. *ſ.* 12. *t.* 10. *f.* 4.
*Habitat in* Luſitania, Hiſpania, Anglia, Judæa. ♃.

7. COTYLEDON foliis trifidis, floribus quadrifidis. *Hort. cliff.* 175. *Roy. lugdb.* 454. laciniata.
Cotyledon afra, folio craſſo lato laciniato, floſculo aureo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 288. *t.* 288.
Telephium africanum, anguſtiori folio, flore aurantiaco. *Pluk. alm.* 362. *t.* 228. *f.* 3.
Telephium indicum. *Bont. jav.* 132.
Planta anatis. *Rumph. amb.* 5. *p.* 275. *t.* 95.
*Habitat in* Ægypto, India. ♄.

8. COTYLEDON foliis oblongis ſubteretibus, floribus faſciculatis. *Læfl. it. t.* 1. hiſpanica.
Cotyledon maritima, ſedi folio, flore carneo, fibroſa radice. *Tournef. inſt.* 90.
Cotyledon hiſpanica, ſedi teretifolii folio, flore umbellato rubro, fibroſa radice. *Minuart. ſched.* 3.

Cotyledon paluſtris, ſedi folio, floribus rubris longioribus. *Shaw. afr.* 177.

β. Cotyledon paluſtris, ſedi folio, floribus luteis brevioribus. *Shaw. afr.* 178. *f.* 178.

*Habitat in* Africa, Oriente, Hiſpania. ♂.

Radix *fibroſa.* Caulis *ſimplex, teres, erectiuſculus, digitalis.* Folia *oblonga, teretiuſcula, obtuſiuſcula, ſeſſilia, ſubpiloſa, ſupra planiuſcula rufo-punctata.* Flores *faſciculati corymbo terminali.* Corollæ *infundibuliformes: extus rufeſcentes, ſubpiloſæ. Limbo quinquepartito, plano, acuto, ſupra incarnato ſtriis tribus purpuraſcentibus & apice purpureo.* Filamenta *craſſiuſcula, prominula.* *Antheræ minimæ.* Calyx *brevis.* Facies *herbæ eſt Sedi albi.*

## SEDUM.

* * *Planifolia.*

verticillatum. 1. SEDUM foliis quaternis. *Amœn. acad.* 2. *p.* 252. *t.* 4 *f.* 14 *.

Sedum, aparines facie, tauromenitanum. *Raj. extr.* 233. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 473.

*Habitat in* Europa *maxime auſtrali*, & Sibiria. ♄.

Telephium. 2. SEDUM foliis planiuſculis ſerratis, corymbo folioſo, caule erecto.

Sedum foliis planiuſculis patentibus ſerratis, corymbo terminali. *Hort. cliff.* 176. *Fl. ſvec.* 386; 400. *Mat. med.* 217. *Roy. lugdb.* 456.

Telephium vulgare. *Bauh. pin.* 287.

album. Telephium album. *Fuchſ. hiſt.* 800.

purpureum. β. Telephium purpureum majus. *Bauh. pin.* 287.

γ. Telephium purpureum minus. *Bauh. pin.* 287. *prodr.* 133.

δ. Telephium latifolium peregrinum. *Bauh. pin.* 287.

maximum. ε. Sedum foliis ovalibus ſerratis, umbellis in alis foliorum. *Hall. helv.* 35.

Telephium hiſpanicum 1. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 66.

Anacampſeros maxima. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 682.

*Habitat in* Europæ *ſicciſſimis.* ♄.

Anacampſeros. 3. SEDUM foliis cuneiformibus integerrimis, caulibus decumbentibus, floribus corymboſis.

Sedum foliis ſpatulatis indiviſis, umbella terminali. *Sauv. monſp.* 77.

Te-

Telephium repens, folio deciduo. *Bauh. pin.* 287.
Telephium VI. Cepæa plancii. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 67.
Anacampſeros minor, rotundiore folio, ſempervirens. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 682.
*Habitat in* - - - - ♃. In monte Ceny.
*Folia hyeme decidua.*

4. SEDUM foliis lanceolatis ſerratis planis, caule erecto, cyma ſeſſili terminali. Aizoon.
Sedum foliis planis ſerratis, corymbo folioſo. *Hort. upſ.* 116. *.
Anacampſeros flore flavo. *Amm. ruth.* 96. *t.* 11.
*Habitat in* Sibiria. ♄.

5. SEDUM foliis cuneiformibus concavis ſubdentatis aggregatis, ramis repentibus, cyma terminali. *Hort. upſ.* 116. hybridum.
Anacampſeros minor repens, flore purpureo. *Buxb. cent.* 1. *p.* 33. *t.* 61. *f.* 2.
Sedum minus repens, chamædryos foliis, e ſingulis foliorum alis radices agens. *Amm. ruth.* 93.
*Habitat in* Tataria *ad radices montium uralenſium*, Trapezunti. ♄.

6. SEDUM foliis radicalibus faſciculatis ſpatulato-lanceolatis, caule ſubnudo ſimpliciſſimo. libanoticum.
*Habitat in* Palæſtina. *Haſſelquiſt.* ♃.
*Facies Sempervivi montani.* Folia *Radicalia faſciculata, ſpatulato-lanceolata, acuta, glabra, integerrima.* Caulis *ad latus radicis, adſcendens, ſemipedalis, ſimpliciſſimus, inferne adſperſus Foliis linearibus, acutis.* Racemus *terminalis, longitudine caulis: Pedicellis ſparſis, ſæpius bifloris.* Capſulæ *non divergentes, calyce cinctæ.*

7. SEDUM foliis planiuſculis angulatis, floribus lateralibus ſeſſilibus ſolitariis. *Hort. cliff.* 176. *Roy. lugdb.* 456. ſtellatum.
Sedum echinatum vel ſtellatum, flore albo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 680.
Sempervivum tertium. *Col. phytob.* 32. *t.* 11.
Cotyledon ſtellata. *Bauh. pin.* 295.
*Habitat in* Italia, Gallia, Helvetia.

8. SEDUM foliis planis, caule ramoſo, floribus panicu- Cepæa.

culatis. *Hort. cliff.* 176. *. *Roy. lugdb.* 456. *Sauv. monſp.* 76.

Sedum annuum album, oblongo portulacæ minoris folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 473. *ſ.* 12. *t.* 7. *f.* 37.

Cepæa. *Bauh. pin.* 288. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 68.

*Habitat* Monſpelii, Genevæ, Halæ *ad lacum ſalſum.* ☉.

* * *Teretifolia.*

dafyphyllum. 9. SEDUM foliis oppoſitis ovatis obtuſis carnoſis, caule infirmo, floribus ſparſis.

Sedum foliis cordato-ovatis compreſſis ſæpius oppoſitis, floribus ſparſis. *Sauv. monſp.* 8.

Sedum foliis ſemiglobofis ſubovatis ſeſſilibus quadrifariam imbricatis. *Wachend. ultr.* 391.

Sedum parvum, folio circinato, flore albo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 691.

Sedum minus, folio circinato. *Bauh. pin.* 283. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 473. *ſ.* 12. *t.* 7. *f.* 35.

Aizoon daſyphyllum. *Dalech. hiſt.* 1133.

*Habitat in* Helvetia, Luſitania, Hiſpania, Italia. ☉.

reflexum. 10. SEDUM foliis ſubulatis ſparſis baſi ſolutis: inferioribus recurvatis. *Fl. ſvec.* 2. *p.* 1296.

Sedum minus luteum, folio acuto. *Bauh. pin.* 283.

β. Sedum minus luteum, ramulis reflexis *Bauh. pin.* 283.

*Habitat in* Europa *ad radices montium.* ♃.

*Folia viridia, tenuius ſubulata, inferiora recurvata uti hamus.*

rupeſtre. 11. SEDUM foliis ſubulatis quinquefariam confertis baſi ſolutis, floribus cymoſis. *Hort. cliff.* 176. *It. gotl.* 178. *Fl. ſuec.* 388. *Roy lugdb.* 466. *Gort. gelr.* 268.

Sedum rupeſtre repens, foliis compreſſis. *Dill. elth.* 343. *t.* 256. *f.* 333.

*Habitat ad radices montium* Europæ. ♃.

*Folia glauca, craſſius ſubulata, quinquefariam imbricata.*

hiſpanicum. 12. SEDUM foliis teretibus acutis: radicalibus faſciculatis, cyma pubeſcente. *Amœn. acad.* 4. *p.* 273. *.

Sedum hiſpanicum, folio glauco acuto, flore albido. *Dill. elth.* 342. *t.* 256. *f.* 332.

*Habitat in* Hiſpania. ♃.

13. SE-

13. SEDUM foliis oblongis obtuſis teretiuſculis ſeſſilibus patentibus, cyma ramoſa. *Hort. cliff.* 177. *Fl. ſvec.* 387; 402. *Roy. lugdb.* 457. *Hall. helv.* 398. album.
Sedum minus teretifolium album. *Bauh. pin.* 283.
Vermicularis ſ. Illecebra major. *Lob. hiſt.* 205.
*Habitat in* Europæ *petris.*

14. SEDUM foliis fuſiformibus ſubdepreſſis: infimis quaternis, cyma ſubquadrifida, floribus pentandris, ſtaminibus reflexis. rubens.
Sedum foliis oblonge ovatis, floribus in ſummum caulem congeſtis, calyce rubente. *Hall. helv.* 396.
Sedum minimum montanum non acre, flore purpuraſcente parvo, ſemine ſtellato. *Raj. hiſt.* 692.
Sedum ſaxatile, atrorubentibus floribus. *Bauh. pin.* 283. *prodr.* 132. *Scheuch. it.* 1. *p.* 48. *t.* 6. *f.* 3, 4. *Segu. ver.* 3. *p.* 207.
β. Tillea erecta, floribus lateralibus, foliis obtuſis. *Sp. pl.* 1. *p.* 129.
Tillea erecta. *Hort. upſ.* 24. *Sauv. monſp.* 129.
Sedum annuum minimum ſtellatum rubrum. *Magn. monſp.* 233. *t.* 237.
γ. Sedum arvenſe, flore rubente. *Bauh. pin.* 283. *prodr.* 132. *Segu. ver.* 1. *p.* 461.
δ. Sedum minus teretifolium alterum. *Bauh. pin.* 283.
ε. Sedum minus teretifolium luteum. *Bauh. pin.* 283.
*Habitat in* Europa *auſtrali.* ⊙.
*Planta (an unica α --- ε? ) mea.* Caulis *digitalis, ſimplex pilis raris viſcoſis.* Folia *ſparſa, patentia, oblonga, obtuſa, carnoſa: inferiora quaterna.* Cyma *tri-ſ. quadrifida ramis recurvis.* Flores *ſeſſiles.* Corolla *alba, valde mucronata carina villoſa purpuraſcente.* Stamina 5, *mox recurvata.* Germina *ſubpiloſa,* Fructus *purpuraſcens Craſſulam dicerem ob ſtamina; ſed Petala* 5 *omnino Sedi & habitus.*

15. SEDUM foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis alternis, cyma trifida. *Hort. cliff.* 177. *Fl. ſvec.* 389; 403. *Mat. med.* 218. *Roy. lugdb.* 456. acre.
Sempervivum minus vermiculatum acre. *Bauh. pin.* 283.
Illecebra ſ. Sempervivum tertium. *Dod. pempt.* 129.
*Habitat in* Europæ *campis ſicciſſimis ſteriliſſimis.* ♃.

16. SE-

ſexangulare. 16.* SEDUM foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis ſexfariam imbricatis. *Fl. ſvec.* 390; 404.*.
Sempervivum minus vermiculatum inſipidum. *Baub. pin.* 284?
Sempervivum minimum. *Cam. epit.* 856.
*Habitat in* Europæ *borealis campis apricis ſiccis.* ♃.
*Differt a præcedenti, cui ſimillimum, Foliis ſexfariam oblique imbricatis; Ramis nunquam copioſis, ut ceſpitem conſtituant; Floribus in ſingulo ramo cymæ raro ultra tres.*

annuum. 17. SEDUM caule erecto ſolitario annuo, foliis ovatis ſeſſilibus gibbis alternis, cyma recurva. *Fl. ſvec.* 391; 405. *.
Sedum minimum non acre, flore albo. *Raj. angl.* 3. *p.* 270. *t.* 12. *f.* 2. *figura tenus.*
*Habitat in* Europa *boreali.* ⊙.

villoſum. 18.* SEDUM caule erecto, foliis planiuſculis, peduncaliſque ſubpiloſis.
Sedum paluſtre ſubhirſutum purpureum. *Baub. pin.* 283.
Sedum minus III. ſ. paluſtre. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 59.
Sedum paluſtre II. *Oed. dan. t.* 24.
*Habitat in pratis paludoſis* Germaniæ, Angliæ, Galliæ, Pyrenæis.

## PENTHORUM.

ſedoides. 1. PENTHORUM. *Gron. virg.* 51. *. *Act. upſ.* 1744. *p.* 12. *t.* 2.
*Habitat in* Virginia. ♃. ⊙.

## OXALIS.

* *Scapo radicali.*

Acetoſella. 1. OXALIS ſcapo unifloro, foliis ternatis, radice ſquamoſo-articulata. *Hort cliff.* 175. *Fl. ſvec.* 385; 406. *Roy. lugdb.* 458. *Mat. med.* 216.
Oxalis foliis ternatis, ſcapo unifloro. *Fl. lapp.* 194.
Trifolium acetoſum vulgare. *Baub. pin.* 330.
Trifolium acetoſum. *Dod. pempt.* 578.
β. Oxys flore ſubcæruleo. *Tournef. inſt.* 88.
γ. Oxys flore purpuraſcente. *Tournef. inſt.* 88.
*Habitat in* Europæ *borealis ſylvis.* ♃.

2. O-

2. OXALIS ſcapo unifloro, foliis ternatis indiviſis ciliatis. *purpurea.*
Oxalis ſcapo unifloro, foliis ternatis, radice bulboſa. *Hort. cliff.* 175. *Roy. lugdb.* 458. *Sp. pl.* 1. *p.* 433. *Ehret. pict. t.* 10. *f.* 2.
Oxalidi affinis planta bulboſa africana, flore purpureo magno. *Breyn. cent.* 102. *t.* 46.
Oxys bulboſa africana rotundifolia, caulibus & floribus purpureis amplis. *Comm. hort.* 1. *p.* 41. *t.* 21.
Oxys bulboſa trifolia hirſuta, flore albo. *Burm. afr.* 67. *t.* 27. *f.* 3.
Oxys africana bulboſa trifolia, flore luteo magno. *Seb. muſ.* 1. *p.* 37. *t.* 22. *f.* 10.
*Habitat in* Æthiopia. ♃.

3. OXALIS ſcapo unifloro, foliis ternatis ſemibifidis: lobis lanceolatis. *longiflora.*
*Habitat in* Virginia.
Caulis *nudus, ſimplex, ſquamis aliquot adſperſus, e radice per terram exit terminatus Umbella ex foliis novem & flore unico.* Folia *petiolata, ternata: foliolis ſeſſilibus, plus quam ſemibifidis: lobis lanceolatis.* Pedunculus *uniflorus, in medio ſtipularum pari notatus.* Flos *unicus, longus.*

4. OXALIS ſcapo unifloro foliis ternatis bipartitis. *flava.*
Oxalis bulboſa, anguſtis digitatis foliis, flore ſolitario luteo. *Burm. afr.* 68 *t.* 27. *f.* 4.
Oxys africana bulboſa, floribus amplis luteis, foliis minimis hirſutis. *Raj. ſuppl.* 549.
Oxalis africana bulboſa, foliis ſimpliciter decaphyllis, flore flavo. *Burm. afr.* 69. *t.* 27. *f.* 5.
Oxalis bulboſa, ſimplici caule ad ſummum folioſo, flore luteo. *Burm. afr.* 81. *t.* 30. *f.* 1.
*Habitat in* Æthiopia. ♃.

5. OXALIS ſcapo umbellifero, foliis ternatis obcordatis, calycibus apice calloſis. *violacea.*
Oxalis caule aphyllo, flore purpureo, radice tuberoſa rotunda. *Gron. virg.* 161.
Oxys purpurea virginiana, radice lilii more nucleata. *Pluk. alm.* 274. *t.* 102. *f.* 4.
*Habitat in* Virginia, Canada. ♃.
*Affinis ſequenti, ſed huic Foliola parum biloba, illi ſemibifida; huic calycis foliola ovata, illi lanceolata, utrique apice calloſa.*

6. O-

Pes capræ. 6. OXALIS ſcapo umbellifero, foliis ternatis ſubbipartitis apice ſubtus calloſis. *Mill. ic.* 195. *f.* 1.
Oxalis bulboſa pentaphylla & hexaphylla, floribus magnis luteis & copioſis. *Burm. afr.* 80. *t.* 29. & *t.* 28. *f.* 3.
*Habitat in* Æthiopia. ♃.
*Foliola obcordata, biloba ſ. ſemibifida, obtuſa, glabra, tenera. Flos flaviſſimus. Radix granulata.*

ſenſitiva. 7. OXALIS ſcapo umbellifero, foliis pinnatis. *Fl. zeyl.* 180. *.
Oxyoides malabarica ſenſitiva, caule viridi glabro, flore luteo majore. *Garc. act. angl.* 1730. *p.* 379. *t.* 2.
Herba Mimoſa malabarienſium. *Zan. hiſt.* 199. *t.* 61.
Herba ſentiens *Rumph. amb.* 5. *p.* 301. *t.* 104. *f.* 2.
Herba viva. *Cluſ. exot.* 290.
Herba viva foliis polypodii. *Bauh. pin.* 259.
Todda vaddi. *Rheed. mal.* 9. *p.* 33. *t.* 19.
*Habitat in* India.

* * *Foliis caulinis alternis.*

verſicolor. 8. OXALIS caule ramoſo, pedunculis unifloris, foliis paſſim verticillatis linearibus emarginatis apice ſubtus calloſis.
Oxalis caule ſimplici, pedunculo unifloro abbreviato, foliis filiformibus ſubramoſis. *Sp. pl.* 434.
Oxalis bulboſa trifolia, foliis linearibus obtuſis, flore externe rubro, intus albo. *Burm. afr.* 65. *t.* 27. *f.* 1.
Oxys africana, foliis tenuiſſimis in ſummitate caulis. *Raj. ſuppl.* 598.
β. Oxys bulboſa africana anguſtifolia, flore rubro obſoleto amplo. *Raj. ſupp.* 548.
Oxys africana, foliis tenuiſſimis, flore amplo verſicolore. *Pluk. amalth.* 169. *t.* 434. *f.* 5.
Oxalis bulboſa anguſtifolia, caule folioſo, flore rubro. *Burm. afr.* 66. *t.* 27. *f.* 2.
*Habitat in* Æthiopia. ♃.

incarnata. 9. OXALIS caule ſubramoſo bulbifero, pedunculis unifloris, foliis paſſim verticillatis foliolis obcordatis.
Oxalis pedunculis unifloris, caule dichotomo. *Sp. pl.* 433.
Oxalis caule bulbifero. *Hort. cliff.* 175. *Roy. lugdb.* 458.

Oxys

Oxys bulboſa æthiopica minor, folio cordato, flore ex albido-purpuraſcente. *Comm. hort.* 1. *p.* 43. *t.* 22.

*Habitat in* Æthiopia. ♃.

*Folia reſpective ad lucem ſubtus incarnata. Bulbi ex aliis poſt floreſcentiam naſcuntur.*

10. OXALIS caule ramoſo, pedunculis unifloris, foliis ſeſſilibus: foliolis lanceolatis. hirta.

Oxalis caule ramoſo, foliis lineari-lanceolatis ſeſſilibus, floribus lateralibus ſolitariis. *Roy. lugdb.* 532.

Oxalis radice longa fibroſa, caulibus ramoſis, foliis ternis anguſtis, florum petiolis longiſſimis. *Burm. afr.* 71. *t.* 28. *f.* 2.

Oxys bulboſa africana, flore purpureo, foliis piloſis, pedunculis privis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 23. *t.* 22. *f.* 11.

Oxys africana, hirſutis latioribus foliis, flore magno purpureo. *Pluk. amalth.* 164.

β. Oxalis bulboſa, foliis anguſtis ternis hirtis, flore purpureo. *Burm. afr.* 70. *t.* 28. *f.* 1.

Oxys africana bulboſa, flore purpureo, caule folioſo. *Raj. ſuppl.* 599.

Oxys africana bulboſa, dorychnii monſpelienſium parvis foliis, floribus purpureis amplis. *Pluk. amalth.* 164. *t.* 434. *f.* 7.

*Habitat in* Æthiopia.

*Caulis ſolidior. Folia alterna, ſeſſilia, obtuſiuſcula, ſubtus hirta. Pedunculi uniflori, hirti, axillares, longi uti Calyces. Radix bulboſa.*

11.* OXALIS caule ramoſo diffuſo, pedunculis umbelliferis. *Hort. cliff.* 175. *Hort. upſ.* 116. *Roy. lugdb.* 158. *Sauv. monſp.* 173. *Gort. gelr.* 91. corniculata.

Oxys flavo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 249.

Trifolium acetoſum corniculatum. *Bauh. pin.* 330. luteum minus repens, etiam procumbens. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 183. *ſ.* 2. *t.* 17. *f.* 2.

*Habitat in* Italia, Sicilia. ☉.

*Confer.* α. Oxalis lutea annua, floribus dentatis. *Few. per.* 2. *p.* 49. *t.* 24.

β. Oxys lutea americana humilior annua. *Dill. elth.* 299. *t.* 221. *f.* 288.

Oxys zeylanica. *Burm. zeyl.* 179. *differt tantum caule repente & quod minor.*

ſtricta. 12. OXALIS caule ramoſo erecto, pedunculis umbelliferis. *Gron. virg.* 161. *Brown. jam.* 231.
Oxys americana erectior. *Tournef. inſt.* 80.
Trifolium acetoſum corniculatum luteum majus rectum indicum ſ. virgineum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 184. *ſ.* 2. *t.* 17. *f.* 3.
*Habitat in* Virginia.
*Affinis nimium præcedenti, ut fere varietas.*

fruteſcens. 13. OXALIS caule fruticoſo erecto, pedunculis umbelliferis, foliis ternatis ovatis: intermedio petiolato.
Oxalis caule erecto fruticoſo, foliis ternatis impari maximo. *Mill. dict.* 7.
Oxys lutea fruteſcens, trifolii bituminoſi facie. *Plum. ſpec.* 2. *ic.* 213. *f.* 1.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.

Barrelieri. 14. OXALIS caule ramoſo erecto, pedunculis bifidis racemiferis. †.
Trifolium acetoſum americanum, rubro flore. *Barr. rar.* 64. *t.* 1139. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 63. *t.* 51.
*Habitat in* America.

## SURIANA.

maritima. 1. SURIANA. *Hort. cliff.* 492.
Suriana foliis portulacæ anguſtis. *Plum. gen.* 37. *ic.* 249. *f.* 1.
Suriana maritima, foliis lanceolatis, floribus ſingularibus. *Brown. jam.* 190.
Arbor americana, ſalicis folio, frondoſa bermudienſis. *Pluk. alm.* 44. *t.* 241. *f.* 5.
*Habitat in* Americæ *calidioris maritimis.* ♄.
*Stamina huic* 10 *adſcripſit D. Jacquin.*

## AGROSTEMMA.

Githago. 1. AGROSTEMMA hirſuta, calycibus corollam æquantibus, petalis integris nudis.
Agroſtemma. *Hort. cliff.* 175. *Fl. ſvec.* 383; 407. *Roy. lugdb.* 449.
Lychnis ſegetum major. *Bauh. pin.* 204.
Lolium. *Fuchſ. hiſt.* 127.
*Habitat inter* Europæ *ſegetes.* ☉.

Cœliroſa. 2. AGROSTEMMA glabra, foliis lineari-lanceolatis, petalis emarginatis coronatis. *Hort. upſ.* 115. *.

Lych-

Lychnis ſegetum, Nigellaſtrum minus glabrum dicta, flore eleganter rubello. *Moriſ. hiſt. 2. p.* 543. *ſ.* 5. *t.* 22. *f.* 32.
Lychnis foliis glabris, calyce duriore. *Bocc. ſic.* 27.
PſeudoMelanthium glabrum ſiculum. *Raj. hiſt.* 999.
*Habitat in* Sicilia, Oriente. ⊙.

3. AGROSTEMMA tomentoſa, foliis ovato-lanceolatis, petalis integris coronatis. *Hort. upſ.* 115. Coronaria.
Coronaria. *Hort. cliff.* 174. *Roy. lugdb.* 449.
Lychnis coronaria dioſcoridis ſativa. *Baub. pin.* 203.
Lychnis. *Cam. epit.* 569.
*Habitat in* Italia. ♂.
*Naturalis planta corolla alba medio rubra eſt.*

4. AGROSTEMMA tomentoſa, petalis emarginatis. Flos Jovis.
Lychnis coronaria ſylveſtris. *Baub. pin.* 204. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 540. *ſ.* 5. *t.* 36. *f.* 2
Lychnis umbellifera montana helvetica. *Zan. hiſt.* 128. *t.* 51. *Raj. hiſt.* 993.
*Habitat in* Helvetia.

## LYCHNIS.

1. LYCHNIS floribus faſciculatis faſtigiatis. *Hort. cliff.* 174. *Hort. upſ.* 115. *Roy. lugdb.* 449. chalcedonica.
Lychnis hirſuta, flore coccineo, major. *Baub. pin.* 203.
Flos conſtantinopolitanus. *Dod. pempt.* 178.
*Habitat in* Tataria. ♃.

2. LYCHNIS petalis quadrifidis, fructu ſubrotundo. Flos cuculi.
*Hort. cliff.* 174. *Fl. ſvec.* 384; 408. *Roy. lugdb.* 139.
Caryophyllus pratenſis, flore laciniato ſimplici ſ. Flos cuculi. *Baub. pin.* 210.
β. Caryophyllus pratenſis, flore pleno. *Baub. pin.* 210. *Mill. ic.* 169. *f.* 2.
Odontites plinii. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 292; 293.
*Habitat in pratis* Europæ *humidiuſculis.* ♃.

3. LYCHNIS petalis integris. Viſcaria.
Silene floribus pentagynis, capſulis quinquelocularibus. *Hort. cliff.* 172. *Fl. ſvec.* 364; 409. *Roy. lugdb.* 445.
Lychnis ſylveſtris viſcoſa rubra anguſtifolia. *Baub. pin.* 205.
Lychnis ſylveſtris VI. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 289.
*Habitat in* Europæ *ſeptentrionalis pratis ſiccis.* ♃.

alpina. 4. LYCHNIS petalis bifidis, floribus corymboſis. *Fl. ſuec.* 2. *n.* 410. *.
Silene floribus corymboſis, caule erecto, foliis lanceolato-linearibus. *Roy. lugdb.* 447.
Silene lapponica alpina, facie viſcariæ. *Fl. lapp.* 185. *.
Silene floribus in capitulum congeſtis. *Hall. helv.* 376. *t.* 7.
*Habitat in Alpibus* Lapponicis, Helveticis, Sibiricis, Pyrenaicis. ♃ ♂.

ſibirica. 5. LYCHNIS petalis bifidis, caule dichotomo, foliis ſubhirtis.
*Habitat in* Sibiria. *Gmelin.* ♃.
*Statura Silenes rupeſtris, ſed Radix perennis, Folia minus glabra, & Styli* 5 *diſtingvunt plantam.*

dioica. 6. LYCHNIS floribus dioicis. *Hort. cliff.* 171. *Fl. ſuec.* 361; 411. *Roy. lugdb.* 448.
Cucubalus caule compoſito, calycibus oblongo-ovatis. *Fl. lapp.* 182.
Lychnis ſylveſtris ſ. aquatica purpurea ſimplex. *Bauh. pin.* 204.
Lychnis ſylveſtris noctiflora alba ſimplex, calyce ampliſſimo. *Till. piſ.* 105. *t.* 41. *f.* 1.
Melandrium plinii genuinum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 294. mas.
β. Cucubalus floribus hermaphroditis pentagynis, capſulis unilocularibus. *Hort. cliff.* 170.
Lychnis ſylveſtris alba ſimplex. *Bauh. pin.* 204.
γ. Lychnis alba multiplex. *Bauh. pin.* 204.
*Habitat in* Europæ *frigidæ pratis ſucculentis.* ♃.
*Variat Floribus hermaphroditis, licet rarius.*

apetala. 7. LYCHNIS calyce inflato, corolla calyce breviore, caule ſubunifloro, flore hermaphrodito.
Cucubalus caule ſimpliciſſimo unifloro, petalis calyce brevioribus. *Fl. ſuec.* 363; 412.
Cucubalus caule ſimpliciſſimo unifloro, corolla incluſa. *Fl. lapp.* 181. *t.* 12. *f.* 1.
*Habitat in Alpibus* Lapponicis, Sibiricis. ♃.
*In Sibiria planta caule multifloro lecta eſt. Hæc hermaphrodita.*

CE-

## CERASTIUM.

* *Capſulis oblongis.*

1. CERASTIUM foliis connatis. *Hort. cliff.* 173. *Hort. upſ.* 115. *Roy. lugdb.* 450. perfoliatum.

Myoſotis orientalis perfoliata, lychnidis folio. *Tournef. cor.* 18. *Dill. elth.* 205. *t.* 217. *f.* 284.

*Habitat in* Græcia ☉.

2. CERASTIUM foliis ovatis, petalis calyci æqualibus, caulibus diffuſis. *Fl. ſvec.* 2. 415. vulgatum.

Ceraſtium floribus decandris, petalis ſubtridentatis calyce majoribus. *Læfl. it.* 143. *.

Myoſotis arvenſis hirſuta, parvo flore albo. T. *Vaill. pariſ.* 142. *t.* 30. *f.* 1.

Alſine hirſuta, magno flore. *Bauh. pin.* 251.

Auricula muris quorundam, flore parvo, vaſculo tenui longo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 359.

*Habitat in* Scaniæ & Europæ *auſtralioris pratis, areis.*

*Simile C. viſcoſo, ſed denſo cæſpite creſcens.*

3. CERASTIUM erectum villoſo-viſcoſum. *Hort. cliff.* 174. *Fl. ſvec.* 379; 414. *Roy. lugdb.* 450. viſcoſum.

Ceraſtium corolla calyci æquali. *Fl. lapp.* 193.

Myoſotis hirſuta altera viſcoſa. *Vaill. pariſ.* 142. *t.* 30. *f.* 1, 3.

Alſine hirſuta altera viſcoſa. *Bauh. pin.* 251.

*Habitat in* Europæ *pratis macilentis.* ☉.

4. CERASTIUM floribus pentandris, petalis emarginatis. *Hort. cliff.* 173. *Fl. ſvec.* 382; 416. *. *It. œl.* 17. *Roy. lugdb.* 450. *Gron. virg.* 51. *Gort. geir.* 90. ſemidecandrum.

Ceraſtium corolla calyce breviore. *Fl. lapp.* 193.

Ceraſtium hirſutum minus, parvo flore. *Raj. angl.* 3. *p.* 348. *t.* 15. *f.* 1.

Myoſotis arvenſis hirſuta minor. *Vaill. pariſ.* 142. *t.* 30. *f.* 2.

*Habitat in campis apricis ſterilisſimis* Europæ *borealis.* ☉.

Filamenta *huic* 5 *ſterilia,* 5 *antherifera.*

5. CERASTIUM floribus pentandris, petalis integris. *Læfl. it.* 142. *. pentandrum.

*Habitat in* Hiſpania.

Planta *minima*, *ſimilis C ſemidecandro*, *a quo differt colore viridi nec incano. Staminibus 5 fertilibus; nec 5 aliis anthera deſtitutis. Petalis calyce longe brevioribus lanceolatis acutis; nec acute emarginatis.*

arvenſe. 6.* CERASTIUM foliis lineari-lanceolatis obtuſis glabris, corollis calyce majoribus. *Fl. ſvec.* 381; 417.
Ceraſtium foliis calycibusque hirſutis. *Hort. cliff.* 174. *Roy. lugdb.* 450.
Myoſotis arvenſis hirſuta, flore majore. *Vaill. pariſ.* 141. *t.* 30. *f.* 4.
Caryophyllus arvenſis hirſutus, flore majore. *Bauh. pin.* 210.
*Habitat in* Scania & *auſtraliori* Europa. ♃.

dichotomum. 7. CERASTIUM foliis lanceolatis, caule dichotomo ramoſiſſimo, capſulis erectis. *Roy. lugdb.* 450.
Lychnis ſegetum minor. *Bauh. pin.* 204.
Alſine corniculata. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 184.
*Habitat inter ſegetes* Hiſpaniæ. ☉.

alpinum. 8.* CERASTIUM foliis ovato-lanceolatis, caule diviſo, capſulis oblongis.
Ceraſtium foliis ovato-lanceolatis, corollis calyce majoribus. *Fl. ſvec.* 3 0; 418.
Ceraſtium foliis lanceolato-ovatis, caule ſubunifloro. *Roy. lugdb.* 451.
Ceraſtium corolla calyce majore. *Fl. lapp.* 192.
Caryophyllus holoſteus alpinus latifolius. *Oed. dan. t.* 6.
Alſine myoſotis facie, lychnis alpina, flore amplo niveo, repens. *Raj. angl.* 3. *p.* 349. *t.* 15. *f.* 2.
*Habitat in Alpibus* Europæ.

* * *Capſulis ſubrotundis.*

repens. 9. CERASTIUM foliis lanceolatis, pedunculis ramoſis, capſulis ſubrotundis.
Ceraſtium caule perenni procumbente, foliis lanceolatis tomentoſis. *Roy. lugdb.* 450.
Ceraſtium perenne procumbens. *Hort. cliff.* 174.
Myoſotis arvenſis, polygoni folio. *Vaill. pariſ.* 141. *t.* 30. *f.* 5.
Ocymoides lychnitis reptante radice. *Col. phytob.* 115. *t.* 31.
Lychnis incana repens. *Bauh. pin.* 206.
*Habitat in* Gallia, Italia. ♃.

10. CE-

10. CERASTIUM foliis linearibus acuminatis glabris, pedunculis unifloris ſubtomentoſis, capſulis globoſis. ſtrictum.

Alſine alpina ſubhirſuta, lineari folio. *Scheuch. alp. 2. p. 1 0.*

Caryophyllus holoſteus alpinus, foliis ſtrictiſſimis glabris acutis, flore magno. *Burſ. XI*: 119.

*Habitat in Alpibus* Auſtriacis.

*Facies Auriculæ muris pulchro flore, folio tenuiſſimo I. B. 3. p.* 360, *ſed* Flos *Arenariæ montanæ.* Folia *linearia, acuminatiſſima, ſtricta, glabra.* Caules *glabri, procumbentes.* Pedunculus *uniflorus ſ. biflorus, in medio Bracteis duabus, brevibus, lanceolatis, latioribus; ſubtomentoſus uti Calyx.*

11. CERASTIUM caule perenni procumbente, foliis lineari-lanceolatis ſubhirſutis. ſuffruticoſum.

Myoſotis tenuiſſimo folio rigido. *Tournef. inſt.* 205.

*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♄.

12. CERASTIUM foliis lanceolatis ſcabris, petalis crenatis, capſulis globoſis. maximum.

*Habitat in* Sibiria. D. *Gmelin.*

13. CERASTIUM foliis cordatis ſeſſilibus, floribus ſolitariis, fructibus pendulis. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 4 3. *. aquaticum.

Alſine major. *Baub. pin.* 250.

Alſine maxima ſolanifolia. *Mentz. pug. 2 t.* 1. *f.* 3.

*Habitat ad littora lacuum* Europæ. ♃.

14. CERASTIUM glabrum, caule ſtricto, foliis lanceolatis, pedunculis longiſſimis, capſulis globoſis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 315. *. manticum.

Alſine caryophylloides glabra, florum pediculis longiſſimis. *Segu veron.* 3. *p.* 178. *t.* 4. *f.* 2.

*Habitat* Veronæ. ☉.

15. CERASTIUM foliis ovatis ſubtomentoſis, ramis ſubunifloris, capſulis globoſis. latifolium.

Caryophyllus holoſteus alpinus latifolius. *Baub. pin.* 210. *prodr.* 04.

*Habitat in Alpibus* Helvetiæ. ♃.

16 CERASTIUM foliis oblongis tomentoſis, pedunculis ramoſis, capſulis globoſis. tomentoſum

Ceraſtium foliis lanceolato-linearibus ſubhirſutis, corolla calycem ſuperante. *Sauv. monſp.* 142.
Caryophyllus holoſteus tomentoſus latifolius. *Baub. pin.* 210. *prodr.* 104.
β. Caryophyllus holoſteus tomentoſus anguſtifolius. *Baub. pin.* 210 *prodr.* 104.
*Habitat in* Granada. ♃.

## SPERGULA.

arvenſis. 1. SPERGULA foliis verticillatis, floribus decandris. *Hort. cliff.* 172. *Fl. ſvec.* 377; 419. *Roy. lugdb.* 451.
Spergula fructu pendulo. *Fl. lapp.* 190.
Spergula. *Dod. pempt.* 527.
Alſine Spergula dicta major. *Baub. pin.* 251.
*Habitat in* Europæ *agris.* ☉.

pentandra. 2. SPERGULA foliis verticillatis, floribus pentandris. *Loefl. it.* 143.
Spergula foliis filiformibus verticillatis raris, ſeminibus nigris. *Sauv. monſp.* 167.
Alſine ſpergulæ facie minima, ſeminibus emarginatis. *Tournef. inſt.* 244. *Vaill. pariſ.* 8.
Alſine ſpergulæ facie minima. *Magn. monſp.* 14.
Arenaria teretifolia verna, flore albo, ſemine limbo foliaceo cincto *Rupp. jen.* 101.
Spergula annua, ſemine foliaceo nigro circulo membranaceo albo cincto - - - *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 551. *blaſ.* 28. *Dill. giſſ.* 46. *E. N. C. cent.* 5. *p.* 275. *t.* 4. *Raj. angl.* 3. *p.* 351.
*Habitat in* Germania, Gallia, Anglia, Hiſpania. ☉.

nodoſa. 3. SPERGULA foliis oppoſitis ſubulatis lævibus, caulibus ſimplicibus.
Spergula foliis oppoſitis, pedunculis ſimplicibus. *Hort. cliff.* 173. *Fl. ſvec.* 378; 420. *Roy. lugdb.* 451.
Arenaria. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 720. *Raj. hiſt.* 1033.
Alſine nodoſa germanica. *Baub. pin.* 251.
Alſine paluſtris, ericæ folio, polygonoides, articulis crebrioribus, flore albo pulchello. *Pluk. alm.* 23. *t.* 7. *f.* 4.
Polygonum, foliis gramineis, alterum. *Loeſ. pruſſ.* 204. *t.* 61.
*Habitat in* Europæ *frigidioris campis ſubhumidis.* ♃.

4. SPER-

4. SPERGULA foliis oppoſitis ſubulatis ciliatis faſciculatis. laricina.
*Habitat in* Sibiria. *D. Gmelin.*

5. SPERGULA foliis oppoſitis linearibus lævibus, pedunculis ſolitariis longiſſimis, caule repente. saginoides.
Alſine tenuifolia, pedunculis florum longiſſimis. *Vaill. pariſ.* 8. *Sauv. monſp.* 142.
*Habitat in* Gallia, Sibiria *ex D. Gmelin.*

# *DECAGYNIA.*

## NEURADA.

1. NEURADA. *Hort. upſ.* 117. procumbens.
Chamædrifolia tomentoſa maſcarienſis. *Pluk. alm.* 97. *t.* 275. *f.* 6. *Shaw. afr.* 133.
*Habitat in* Ægypto, Arabia, Numidia. ☉.

## PHYTOLACCA.

1. PHYTOLACCA floribus octandris octagynis. octandra.
Phytolacca mexicana, baccis ſeſſilibus. *Dill. elth.* 218. *t.* 239. *f.* 308.
Jamma gobo. *Kæmph. amœn.* 828. *t.* 829.
*Habitat in* Mexico. ♃.
*Statura Ph. decandræ.* Folia *albidiora.* Pedunculus *communis breviſſimus. Pedicelli breves, ut fere nulli.* Calyx *ſ. Corolla alba, omnino plana, nec concava.* Stamina & *Styli octo.*

2. PHYTOLACCA floribus decandris decagynis. *Hort. cliff.* 177. *Hort. upſ.* 117. *Grov. virg.* 161. *Roy. lugdb.* 222. decandra.
Phytolacca vulgaris. *Dill. elth.* 318. *t.* 239. *f.* 309.
Solanum racemoſum americanum. *Pluk. alm.* 353. *t.* 225. *f.* 3.
*Habitat in* Virginia. ♃.

3. PHYTOLACCA floribus icoſandris decagynis. icoſandra.
Phytolacca ſpicis florum longiſſimis, radice annua. *Mill. dict. t.* 207.
*Habitat in* Malabaria. ☉. ♄.
Caulis *tripedalis, herbaceus ſed perennans, paucis ramis ſubdiviſus.* Folia *ſtrictiora, acutiora.* Pedun-

culus *inferne triqueter, at intra racemum multangularis, ſed in hac ſcaber. Pedicelli inferiores ſæpe triflori.* Flores *albi.* Stamina, *certe in inferioribus floribus, viginti.* Bacca *ſaturate purpurea.*

dioica. 4. PHYTOLACCA floribus dioicis.

*Habitat in - - - - Alſtrômer ex horto Madritenſi.* ♄.

Caulis *perfecte fruticoſus.* Folia *exacte ovata, glabra, magnitudine Populi nigræ, longius petiolata.* Flores *ut in reliquis, ſed dioici.*

*Claſſis XI.*

# DODECANDRIA

*Stamina inter XI & XIX incluſive*

## *MONOGYNIA.*

### ASARUM.

1. ASARUM foliis reniformibus obtuſis binis. europæum.
Aſarum foliis ſubcordatis petiolatis. *Hort. cliff.* 178. *Fl. ſuec.* 392; 421. *Mat. med.* 219. *Guett. ſtamp.* 198. *Roy. lugdb.* 207.
Aſarum. *Bauh. pin.* 197. *Cam. epit.* 19.
*Habitat in* Europæ *nemoribus.* ♃.

2. ASARUM foliis reniformibus mucronatis. canadenſe.
Aſarum foliis ſubcordatis petiolatis. *Gron. virg.* 52.
Aſarum canadenſe, mucronato folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 511. *ſ.* 13. *t.* 7. *f.* 4.
Aſarum canadenſe. *Corn. canad* 24. *t.* 25.
*Habitat in* Canada. ♃.
*An varietas præcedentis? ſic ſuadent Folia bina; diſſuadent alia.*

3. ASARUM foliis cordatis obtuſis glabris petiolatis. *Gron. virg.* 162. virginicum.
Aſarum virginianum, piſtolochiæ foliis ſubrotundis, cyclaminis more maculatis. *Pluk. alm.* 53. *t.* 78. *f.* 2. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 511. *ſ.* 17. *t.* 7. *f.* 3.
*Habitat in* Virginia, terra Mariana, Carolina. ♃.

4. ASARUM foliis ſeſſilibus imbricatis, floribus quadrifidis. *Mat. med.* 220. Hypociſtis.
Aſarum aphyllum ſquamoſum. *Sauv. monſp.* 4.
Hypociſtis. *Bauh. pin.* 465. *Cam. epit.* 96, 97. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 68, 79. *Duham. arb.* 1. *p.* 170. *t.* 68.
*Habitat in* Hiſpania, Luſitania *paraſitica ciſti.*

### GETHYLLIS.

1. GETHYLLIS. *Hort. cliff.* 493. *. afra.
*Habitat in* Africa.
*Statura Croci.*

## BOCCONIA.

frutescens. 1. BOCCONIA. *Hort. cliff.* 202. *Jacq. amer.* 22.
Bocconia ramoſa, ſphondylii folio tomentoſo. *Plum. gen.* 35. *Trew. ehr. t.* 4.
Bocconia ramoſa, foliis majoribus ſinuatis, racemis terminalibus. *Brown. jam.* 244.
Chelidonium majus arboreum, foliis quercinis. *Sloan. jam.* 82. *hiſt.* 1. *p.* 195. *t.* 125.
Cocoxihvitl. *Hern. mex.* 158.
*Habitat in* Mexico, Jamaica. ♄.

## RHIZOPHORA.

conjugata. 1. RHIZOPHORA foliis ovato-oblongis obtuſiuſculis integerrimis, calycibus ſeſſilibus, fructibus cylindraceo-ſubulatis. *Fl. zeyl.* 181. *.
*Habitat in* India. ♄.

gymnorhiza 2. RHIZOPHORA foliis ovato-lanceolatis integerrimis, radice terræ ſuperimpoſita.
Rhizophora calycum laciniis perſiſtentibus patentibus verſus fructum incurvatis. *Wachend. ult.* 89.
Mangium celſum. *Rumph. amb.* 3. *p.* 102. *t.* 68.
Candel. *Rheed. mal.* 6. *p.* 57. *t.* 31, 32. *Raj. hiſt.* 1769.
*Habitat in* Indiæ *ripis ſalſis.* ♄.

Candel. 3. RHIZOPHORA foliis obtuſis, pedunculis bigeminatis folio longioribus, fructibus ſubulatis.
Tſierou-Kandel *Rheed. mal.* 6. *p.* 63. *t.* 35. *Raj. hiſt.* 1770.
*Habitat in* Indiæ *ſalſis.* ♄.

Mangle. 4. RHIZOPHORA foliis acutis, fructibus ſubulato-clavatis. *Jacq. hiſt. t.* 89.
Rhizophora ſegmentis calycum perſiſtentibus reflexis, fructu acuminato. *Wach. ultr.* 90.
Magles aquatica, foliis ſubrotundis & punctatis. *Plum. gen.* 13.
Mangle pyri foliis, cum ſiliquis longis, ficui indicæ affinis. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 415. *Sloan. jam.* 155. *hiſt.* 2. *p.* 63.
Mangium candelarium. *Rumph. amb.* 3. *p.* 108. *t.* 71; 72.
Peekandel. *Rheed. mal.* 6. *p.* 91. *t.* 34. *Raj. hiſt.* 1770.
*Habitat in paludibus* Caribæarum, Malabariæ. ♄.

5. RHI-

5. RHIZOPHORA fructibus cylindricis obtuſis. *cylindrica.*
Kari Kandel. *Rheed. mal.* 6. *p.* 59. *t.* 33. *Raj. hiſt.* 1770.
Mangium minus. *Rumph. amb.* 3. *p.* 106. *t.* 69.
*Habitat in uliginoſis* Malabariæ. ♄.

6. RHIZOPHORA foliis ovatis, floribus confertis, fructibus arcuatis mucronatis. *corniculata.*
Mangium fruticoſum corniculatum. *Rumph. amb.* 3. *p.* 117. *t.* 77.
*Habitat in* Moluccis. ♄.

7. RHIZOPHORA foliis ovatis obtuſis, floribus ſolitariis, fructibus orbiculatis depreſſis mucronatis. *caſeolaris.*
Mangium caſeolare. *Rumph. amb.* 3. *p.* 111. *t.* 73; 74.
*Habitat in* Moluccis. ♄.

## BLAKEA.

1. BLAKEA.
Blakea foliis ellipticis trinerviis, nitidis, floribus lateralibus *Brown. jam.* 323. *t.* 35. *trinervia.*
*Habitat in* Jamaica. ♄
Folia *oblongo-ovata, petiolata, integerrima, coriacea, oppoſita, trinervia: nervis ſubtus protuberantibus nigreſcentibus.* Flores *oppoſiti, pedunculati, ſolitarii.*

## GARCINIA.

1. GARCINIA foliis ovatis, pedunculis unifloris, *Hort. cliff.* 182. *Mangoſtana*
Mangoſtans. *Garc. act. angl.* 431. *t.* 1. *Bont. jam.* 115.
Mangoſtana. *Rumph. amb.* 1. *p.* 132. *t.* 43.
Laurifolia javanenſis. *Bauh. pin.* 461. *Raj. hiſt.* 1662.
*Habitat in* Java. ♄.

2. GARCINIA foliis lanceolatis, pedunculis trifloris. *celebica.*
Mangoſtana celebica. *Rumph. amb.* 1. *p.* 134. *t.* 44.
*Habitat in* India. ♄.

## STYRAX.

1. STYRAX. *Hort. cliff.* 187. *Hort. upſ.* 122. *Mat. med.* 227. *Roy. lugdb.* 265. *Sauv. monſp.* 306. *Gron. orient.* 149. *officinale.*
Styrax folio mali cotonei. *Bauh. pin.* 452.
Styrax. *Cam. epit.* 38.
*Habitat in* Syria, Judæa. Italia. ♄.

WIN-

## WINTERANIA.

Canella. 1. WINTERANIA. *Hort. cliff.* 488.
Winteranus cortex. *Cluſ. exot.* 75.
Laurus foliis enerviis obovatis obtuſis. *Mat. med.* 196. *Sp. pl.* 1. *p.* 371.
Canella foliis oblongis obtuſis nitidis, racemis terminalibus. *Brown. jam.* 215. *t.* 27. *f.* 3.
Caſſia lignea jamaicenſis, laureolæ foliis ſubcinereis, cortice piperis modo acri. *Pluk. alm.* 89. *t.* 81. *f.* 1.
Caſſia cinnamomea ſ. Cinnamomum ſylveſtre barbadenſium. *Pluk. alm.* 89. *t.* 161. *f.* 7.
Arbor baccifera laurifolia aromatica, fructu viridi calyculato racemoſo. *Sloan. jam.* 165. *hiſt.* 2. *p.* 87. *t.* 191. *f.* 2. *Cateſb. carol.* 2. *p.* 50. *t.* 50.
*Habitat in* America. ♄.

## HALESIA.

tetraptera. 1. HALESIA foliis lanceolato-ovatis: petiolis glanduloſis.
Haleſia fructibus membranaceo quadrangulatis. *Ellis. act. angl. v.* 51. *p.* 931. *t.* 22. *f. A.*
Frutex padi foliis ſerratis, floribus monopetalis albis campaniformibus, fructu craſſo tetragono. *Cateſb. car.* 1. *p.* 64. *t.* 64.
*Habitat in* Carolina. ♄.

diptera. 2. HALESIA foliis ovatis: petiolis lævibus.
Haleſia fructibus alatis. *Ellis. act. angl. v.* 51. *t.* 931. *f. B.*
*Habitat in* Carolina. *D. Garden.* ♄.
Folia *hujus ſextuplo majora præcedentis, nec ſubtus ſubtomentoſa.* Fructus *mucronatus alis duabus oppoſitis magnis; duabus minutis. Ordine naturali proxima Styraci.*

## CRATEVA.

gynandra. 1. CRATEVA inermis, foliis integerrimis, floribus gynandris.
Crateva arborea triphylla, foliis ovatis glabris, racemis terminalibus. *Brown. jam.* 246.
Arbor americana triphylla, numeroſis ſtaminibus purpureis apicibus præditis, floris umbilicum occupantibus. *Pluk. phyt.* 147. *f.* 6.

*Ha-*

*Habitat in* Jamaica. ♄.

Differt *a C. Tapia foliis tenuibus nec craſſis. Petalis lanceolatis nec ovatis; imprimis vero quod columna longitudine calycis attollat ſtamina, ut in Cleome gynandra. Piſtillum in meis non aderat.*

2. CRATEVA inermis, foliis integerrimis: foliolis lateralibus baſi antica brevioribus. Tapia.

Crateva inermis. *Fl. zeyl.* 211. *Sp. pl.* 1. *p.* 444. *Hort. cliff* 484.

Apioſcorodon ſ. Arbor americana triphyllos, allii odore, poma ferens. *Pluk. alm.* 34. *t.* 137 *f.* 7.

Malus americana trifolia, fructu pomi aurantii inſtar colorato. *Comm. hort.* 1 *p.* 129. *t.* 67.

Anona trifolia, flore ſtamineo, fructu ſphærico ferrugineo ſcabro minore, allii odore. *Sloan. jam.* 208. *hiſt.* 2. *p.* 169. *Raj. dendr.* 79.

Nürrvala *Rheed. mal.* 3. *p.* 49. *t.* 22.

*Habitat in* Indiis. ♄.

3. CRATEVA ſpinoſa, foliis ſerratis. *Fl. zeyl* 212. Marmelos.

Cucurbitifera trifolia ſpinoſa medica, fructu pulpa cydonii æmula. *Pluk. alm* 125 *t.* 170. *f.* 5.

Cydonia exotica. *Bauh. pin.* 435.

Bila us. *Rumph. amb.* 1. *p* 197. *t.* 81.

Covalam. *Rheed. mal.* 3. *p.* 37. *t.* 37.

*Habitat in* India. ♄.

## TRIUMFETTA.

1. TRIUMFETTA foliis baſi emarginatis. *Hort. cliff.* 210. *. *Hort. upſ.* 148. *Roy. lugdb* 476 Lappula.

Triumfetta floribus calyculatis, foliis ſemitrilobis. *Jacq. amer.* 22.

Triumfetta fructu echinato racemoſo. *Plum. gen.* 40. *ic.* 255.

Triumfetta villoſa, foliis inferioribus angulato-ovatis ſerrato-dentatis, floribus ternatis: faſciculis geminatis. *Brown. jam.* 233.

Lappula bermundenſis althæoides ſpicata, fructu orbiculari majore. *Pluk. alm.* 206. *t.* 245. *f.* 7.

Agrimonia lappacea inodora, folio ſubrotundo dentato. *Sloan. jam.* 92. *hiſt* 1. *p.* 211. *Raj. ſuppl.* 247.

*Habitat in* Jamaica, Braſilia, Bermudis. ♄.

2. TRI-

Bartramia. 2. TRIUMFETTA foliis baſi integris.
Triumphetta floribus calyculatis, foliis rhombeo-ovatis. *Jacq. amer.* 22. *hiſt. t.* 90.
Bartramia. *Fl. zeyl.* 174. *Sp. pl.* 1. *p.* 389.
Lappula benghalenſis tetraſpermos, ribeſii folio, echinis orbiculatis ad foliorum ortum plurimis ſeſſilibus. *Pluk. alm.* 206. *t.* 41 *f.* 5.
Agrimonia maderaſpatana, folio rotundo ſingulari ſubtus incano. *Pet. gaz.* 31. *t.* 42. *f.* 10
Lappago amboinica. *Rumph. amb,* 6. *p.* 59. *t.* 25. *f.* 2.
*Habitat in* India. ⊙.

## PEGANUM.

Harmala. 1. PEGANUM foliis multifidis. *Hort. upſ.* 144. *Gron. orient.* 165.
Peganum. *Hort cliff.* 206. Hort. *upſ.* 144. *Roy lugdb.* 461.
Ruta ſylveſtris, flore magno albo. *Baub. pin.* 336.
Harmala. *Dod. pempt.* 121.
*Habitat in arena* Madritii, Alexandriæ, Cappadociæ, Galatiæ. ♃.

daurica. 2. PEGANUM foliis indiviſis.
Harmala montana daurica perennis multicaulis, polygalæ folio, flore albo. *Amm. ruth.* 91.
β. Harmala montana, polygalæ foliis, floribus luteis. *Amm. ruth.* 92.
*Habitat in* Sibiria. ♃.

## NITRARIA.

Schoberi. 1. NITRARIA.
Oſyris foliis obtuſis. Hort. *upſ.* 295. *Gmel. ſibir.* 2. *p.* 237. *t.* 98.
Caſia fructu nigro. *Amm. ruth.* 256.
*Habitat ad Salſas aquas* Vrunſcinenſis *Lacus,* Aſtrachanenſis, Volgæ *finitimis.* ♄.

## PORTULACA.

oleracea. 1. PORTULACA foliis cuneiformibus, floribus ſeſſilibus. *Roy. lugdb.* 478. *Gron. virg.* 59. *Hort upſ.* 146. *Mat. med.* 260 *Dalib. pariſ.* 158 *Hall. helv.* 392 *Sauv. monſp.* 168. *Brown jam.* 233
Portulaca foliis cuneiformibus verticillatis ſeſſilibus, floribus ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 207.

Por-

Portulaca anguſtifolia ſylveſtris. *Bauh. pin.* 288.
β. Portulaca latifolia ſativa. *Bauh. pin.* 288.
Portulaca domeſtica. *Lob. ic.* 388.
*Habitat in* Europa, India, *Inſ.* Aſcenſionis, America. ⊙.
*Horologii floræ vigilias* 11 — 12 *habet.*

2. PORTULACA foliis ſubulatis alternis: axillis piloſis, floribus ſeſſilibus terminalibus. piloſa.
Portulaca foliis linearibus acutis, caule procumbente piloſo. *Roy. lugdb.* 473.
Portulaca curaſſavica, anguſto longo lucidoque folio, procumbens, *Comm. hort.* 1. *p.* 9. *t.* 5.
Portulaca coraſſavica lanuginoſa. procumbens. *Herm. par.* 215. *t.* 215.
Portulaca lanuginoſa procumbens, vermiculatæ foliis, americana. *Pluk. alm.* 304. *t.* 247. *f.* 7. *Volk. norib.* 341. *t.* 341.
Anacampſeros ſupina minor, foliis linearibus turgidis, floribus ſummis ramulis confertis. *Brown. jam.* 234.
β. Portulaca coraſſavica lanuginoſa, pſyllii folio, erectior & elatior, flore dilutius rubente. *Herm. par.* 214. *t.* 214.
Portulaca curaſſavica lanuginoſa, kali folio, erectior & elatior. *Pluk. alm.* 303. *t.* 105. *f.* 4.
*Habitat in* America *meridionali.* ⊙.
Folia *alterna, ſed terminalia ſ. floralia octo in orbem digeſta.* Flores *ſeſſiles, terminales, calyce bifido, Staminibus quindecim, Stylo quinquefido, Capſula circumſciſſa.*

3. PORTULACA foliis oblongis carnoſis, caule corymboſo, floribus ſeſſilibus. Halimoides.
Portulaca erecta, ſedi minoris facie, capitulo tomentoſo. *Sloan. jam.* 88. *hiſt.* 1. *p.* 205. *t.* 129. *f.* 3.
Halimus minimus, foliis oblongis ſucculentis tumentibus, ſummis ramulis denſiſſime ſitis. *Brown. jam.* 206.
*Habitat in* Jamaica. ⊙.
Calyx *diphyllus.* Capſula *circumſciſſa.*

4. PORTULACA foliis ovatis gibbis, pedunculo multifloro, caule fruticoſo. Anacampſeros.
Anacampſeros foliis ovatis convexis acutiuſculis. *Hort. upſ.* 146.

Anacampſeros foliis acuminatis. *Hort. cliff.* 207. *Roy. lugdb.* 412.

Telephiaſtrum folio globoſo. *Dill. elth.* 375. *t.* 281. *f.* 363.

Portulaca africana ſempervirens, flore rubicundo. *Comm. hort.* 2. *p.* 177. *t.* 89. *Raj. ſuppl.* 507.

Oxalis affinis planta aphylla mammillaris. *Burm. afr.* 76. *t.* 30. *f.* 2. *vitiata.*

*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.

*Axillæ foliorum piloſæ ſunt, & Folia ſucculenta conjungunt hanc cum Portulacis, quamvis ſtamina plurima & Capſula trivalvis. Calyx diphyllus eſt.*

racemoſa. 5. PORTULACA foliis obovatis planiuſculis, racemo ſimplici triquetro.

Portulaca pedunculis multifloris triangularibus. *Jacq. amer.* 22.

Helianthemum futeſcens, portulacæ folio. *Plum. ſpec.* 7. *t.* 150. *f.* 2.

*Habitat in* America *ad maris littora.* ♄.

*Calyx diphyllus. Capſula trilocularis.*

paniculata. 6. PORTULACA foliis ovatis planis, panicula racemoſa.

Portulaca floribus paniculatis. *Jacq. amer.* 22.

Portulaca americana latifolia erecta, floribus albis. *Comm. hort.* 1. *p.* 7. *t.* 4.

Portulacæ facie maritima fruticoſa erecta amaricana. *Sloan. jam.* 87. *hiſt.* 1. *p.* 205.

Anacampſeros foliis radicalibus mollibus ovatis glabris, ſcapo aſſurgenti paniculato. *Brown. jam.* 234.

*Habitat in* Americæ *maritimis.* ♄.

*Calyx pentaphyllus. Capſula trivalvis.*

## LYTHRUM.

Salicaria. 1.* LYTHRUM foliis oppoſitis cordato-lanceolatis, floribus ſpicatis dodecandris.

Lythrum foliis oppoſitis. *Hort. cliff.* 178. *Fl. ſvec.* 393; 422. *Roy. lugdb.* 458. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 122.

Lythrum floribus verticillatis. *Fl. lapp.* 197.

Lyſimachia ſpicata purpurea. *Bauh. pin.* 246.

Lyſimachia purpurea communis major. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 51.

β. Blattaria rubra ſpicata major, folio ſubrotundo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 490. *ſ.* 5. *t.* 10. *f.* 11.
γ. Lyſimachia trifolia ſpicata purpurea. *Bocc. muſ.* 167.
δ. Lyſimachia quadrifolia purpurea, mollioribus & longioribus foliis. *Bocc. muſ.* 167.
*Habitat in* Europa *ad ripas aquarum.* ♃.

2. LYTHRUM foliis oppoſitis ſubtus tomentoſis, floribus decandris, corollis calyce calyceque genitalibus brevioribus. fruticoſum.
*Habitat in* China. ♄.
Frutex *cortice lacero.* Folia *oppoſita, ſeſſilia, lanceolata, integerrima, ſubtus ſubtomentoſa.*

3. LYTHRUM foliis oppoſitis ovalibus, floribus ſeſſilibus alternis hexandris, caule diffuſo. Parſonſia.
Parſonſia herbacea, foliis ovatis oppoſitis, floribus ſingularibus foliis ad alterum latus interpoſitis. *Brown. jam.* 199. *t.* 21. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaica. ♃.
Caules *proſtrati.* Folia *ſubſeſſilia, nuda, integerrima.* Racemi *alterni.* Flores *ſolitarii, alterni, ſeſſiles.*

4. LYTHRUM foliis oppoſitis ſubtus tomentoſis ſubpetiolatis, floribus verticillatis lateralibus. verticillatum.
Lythrum foliis oppoſitis, floribus verticillatis. *Gron. virg.* 52.
*Habitat in* Virginia.

5. LYTHRUM foliis oppoſitis linearibus petiolatis, floribus dodecandris. petiolatum.
Lythrum foliis petiolatis. *Gron. virg.* 52.
*Habitat in* Virginia.

6. LYTHRUM foliis oppoſitis linearibus, floribus oppoſitis hexandris. lineare.
Lythrum foliis linearibus, floribus hexandris ſolitariis. *Gron. virg.* 162.
*Habitat in* Virginia.
Caulis *filiformis erectus angulatus,* Foliis *oppoſitis linearibus, terminatus ſpica majore & duabus lateralibus minoribus compoſitis ex floribus oppoſitis remotis, ſub ſingulis folio.* Facies *L. Hyſſopifoliæ.*

7. LYTHRUM foliis oppoſitis ovatis, floribus alternis ſubdecandris, caule proſtrato. Melanium.

Melanium herbaceum reclinatum, foliis ovatis oppoſitis, floribus ſingularibus ad alas alternas. *Brown. jam.* 215.
*Habitat in* Jamaica. ♃.

Hyſſopifolia 8.* LYTHRUM foliis alternis linearibus, floribus hexandris. *Hort. upſ.* 118.
Lythrum foliis alternis. *Hort. cliff.* 178. *Sauv. monſp.* 53. *Roy. lugdb.* 458. *Gort. gelr.* 271.
Salicaria hyſſopi folio latiore. *Hall. jen.* 147. *t.* 6. *f.* 3.
Hyſſopifolia. *Bauh. pin.* 218.
β. Lyſimachia rubra non ſiliquoſa. *Bauh. pin.* 246.
γ. Lyſimachia linifolia purpureo-cærulea. *Bauh. pin.* 246.
*Habitat in* Germaniæ, Helvetiæ, Angliæ, Galliæ *inundatis.* ☉.

Thymifolia. 9. LYTHRUM foliis alternis linearibus, floribus tetrapetalis.
Lythrum foliis linearibus. *Sauv. monſp.* 49.
Salicaria minima tenuifolia. *Tournef. inſt.* 254.
Salicaria hyſſopi folio anguſtiore. *Buxb. hal* 290. *.
Hyſſopifolia minor ſ. potius thymifolia maritima. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 792.
Polygonum aquaticum minus. *Barr. ic.* 773. *f.* 2.
*Habitat in* Italiæ & G. Narbonenſis *uliginoſis.* ☉.
*Petala* 4, *ſtamina* 2, *calyx* 4*dentatus.* Folia *lineari-lanceolata, alterna, ima oppoſita.* Flores *ſolitarii axillares.* Calyx *ſtipulis* 2 *lateralibus fulcitus. D. Sauvages.*

virgatum. 10. LYTHRUM foliis alternis lanceolatis, panicula virgata, floribus dodecandris.
Salicaria orientalis, ſalicis folio acutiſſimo & glabro. *Tournef. cor.* 18.
Salicaria glabra ramoſiſſima, longiſſimis & anguſtiſſimis foliis. *Amm. ruth* 89.
Salicaria glabra, longioribus & anguſtioribus foliis. *Amm. ruth.* 88.
*Habitat in* Sibiria, Tataria.
Caulis *paniculatus, Ramis alternis longis.* Flores 2. *ſ.* 3, *pedicellati, ex ſingula ala alterna racemi.*

## GINORA.

americana. 1. GINORA. *Jacq. amer.* 22.

Ha-

*Habitat in* America. ♄.
*Frutex pulcher habitu Myrti.*

# *DIGYNIA.*

## HELIOCARPUS.

1. HELIOCARPUS. *Hort. cliff.* 211. *t.* 16. *. *Trew. ehret. t.* 45. americana.
*Habitat in* Vera Cruce. ♄.

## AGRIMONIA.

1. AGRIMONIA foliis caulinis pinnatis: impari petiolato, fructibus hiſpidis. *Hort. cliff.* 179. *Fl. ſvec.* 394; 423. *Hort. upſ.* 118. *Mat. med.* 221. *Gron. virg.* 53. *Roy. lugdb.* 240. *Hall. helv.* 407. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 293. *Dalib. pariſ.* 139. Eupatoria.
Eupatorium veterum ſ. Agrimonia. *Bauh. pin.* 321.
Eupatorium. *Fuchſ. hiſt.* 244. *Cam. epit.* 756. *Mill. ic.* 15.
*Habitat in* Europæ *pratis apricis argillaceis.* ♃.

2. AGRIMONIA foliis caulinis pinnatis: impari ſeſſili, fructibus hiſpidis. repens.
Agrimonia orientalis humilis, radice craſſiſſima repente, fructu in ſpicam brevem & denſam congeſto. *Tournef. cor.* 21.
*Habitat in* Oriente.
*Affinis nimium A. Eupatoriæ, ſed* Caules *breviores, craſſiores, hirſuti.* Stipulæ *longitudine interſtitiorum, reflexæ, fere totum obumbrant caulem.* Foliorum *impar non pedicellatum.* Spica *brevis, denſa, ſeſſilis,* Bracteis *longitudine florum.*

3. AGRIMONIA foliis caulinis ternatis, fructibus glabris. *Hort. cliff.* 179. *Roy. lugdb.* 241. Agrimonoides.
Agrimariæ ſimilis. *Bauh. pin.* 321.
Agrimonoides. *Col. ecphr.* 1. *p.* 145. *t.* 144. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 179.
*Habitat in* Italiæ *nemoribus umbroſis humentibus.* ♃.
*Stamina ſæpe vix ultra* 8.

# *TRIGYNIA.*

## RESEDA.

1. RESEDA foliis lanceolatis integris, calycibus quadrifidis. Luteola.

Reſeda foliis ſimplicibus lanceolatis integris. *Hort. cliff.* 212. *Vir. cliff.* 49. *Fl. ſvec.* 439; 424. *Roy. lugdb.* 483. *Dalib. pariſ.* 160.
Luteola herba ſalicis folio. *Bauh. pin.* 100.
Lutum herba. *Dod. pempt.* 80.
*Habitat in* Europa *ad vias & pagos.* ⊙.
*Folia ad baſin utrinque denticulum habent calloſum.*

canescens. 2. RESEDA foliis ſubulatis ſparſis. *Sauv. monſp.* 48.
Reſeda foliis ſimplicibus oblongis integris. *Guett. ſtamp.* 1 *p.* 225.
Reſeda alba minor. *Bauh. pin.* 100.
Seſamoides ſalmanticum parvum 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 296. *t.* 295.
*Habitat in* Salmantica.

glauca. 3. RESEDA foliis linearibus baſi dentatis, floribus tetragynis.
Reſeda linariæ foliis. *Bauh. pin.* 100. *prodr.* 41. *Burſ. IV.* 88
Reſeda, linariæ folio, glaucum pyrenaicum, flore ſtamineo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 601. *ſ.* 15. *t.* 1. *f.* 4.
Reſeda, linariæ folio, pyrenaica, glauco folio. *Pluk. alm.* 317. *t.* 107. *f.* 2. *Raj. ſuppl.* 511.
Luteola pumila pyrenaica, linariæ folio. *Tournef. inſt.* 424.
*Habitat in* Pyrenæis.

purpuraſcens. 4. RESEDA foliis linearibus obtuſis, floribus pentagynis.
Reſeda alba minor 1. *Bauh. pin.* 100. *Raj. hiſt.* 1054.
Seſamoides ſalmanticum parvum 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 296.
Seſamoides foliis craſſis, floribus ex herbaceo purpuraſcentibus. *Tournef. inſt.* 424.
*Habitat in collibus* Salmanticis, Monſpelii.

Seſamoides. 5. RESEDA foliis lanceolatis integris, fructibus ſtellatis.
Seſamoides fructu ſtellato. *Tournef. inſt.* 424.
*Habitat* Monſpelii *in Horto Dei.*

undata. 6. RESEDA floribus trigynis tetragyniſque, calycibus quinquepartitis, foliis pinnatis undulatis.
Reſeda minor, foliis incilis. *Barr. rar.* 78. *t.* 588.
*Habitat in* Hiſpania. ♃.
Caulis *pedalis, ſtriato-angulatus, ſtrictus.* Folia *radicalia & caulina pinnata: foliolis lanceolatis, decur-*

*currentibus*, *acutis*, *undatis*: *alternis minoribus*, *erectioribus*. *Superiora folia excludunt foliola alterna minora*. Racemi *terminales*. Calyx *5partitus*. Petala 5, *trifida*, *alba*. Antheræ *luteæ*, 10. Piſtilla *in aliis floſculis* 3, *in aliis* 5. Capſulæ *hujus generis maximæ*.

7. RESEDA foliis pinnatis apice recurvis, floribus tetragynis. ſuffruticuloſa.

Calycibus quinquepartitis patentibus, caule baſi ſuffruticoſo.

*Habitat in* Hiſpania. ♃.

Radix *ſ. caulis ſupra terram perennans*, *craſſitie ſæpe dupla pollicis*, *breviſſimus*, *e cujus apice* Caules *plures*, *adſcendentes*, *læves ſtriis elevatis*. Folia *pinnata*: *pinnis* 5 *ſ.* 7, *lanceolatis*, *decurrentibus*, *fere undatis*, *lævibus*, *apice recurvis*. Spicæ *plures*, *alternæ*, *verſus caulis apicem primores*. Petala 6 *ſ.* 5, *alba*, *trifida*, *calyce majora*. Stamina 11. *Quaſi media inter R. undatam & albam*.

8. RESEDA foliis pinnatis, floribus tetragynis, calycibus ſexpartitis. *Hort upſ.* 149. alba.

Reſeda foliis pinnatis integerrimis. *Hort. cliff.* 212.
Reſeda maxima *Baub. pin.* 100. *Lob. hiſt.* 110.
*Habitat* Monſpelii, *in* Hiſpania. ⊙.

9.* RESEDA foliis omnibus trifidis: inferioribus pinnatis. *Hort. cliff.* 212. *Hort. upſ.* 149. *Roy. lugdb.* 483. *Hall. helv.* 315. *Dalib. pariſ.* 159. *Gort. geir.* 310. lutea.

Reſeda vulgaris. *Baub. pin.* 100. *Raj. hiſt.* 1053.
Reſeda lutea. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 467.
β. Reſeda gallica criſpa. *Bocc. ſic.* 77. *t.* 41. *f.* 3.
Reſeda maſſilienſis, foliis latioribus criſpis. *Pluk. alm.* 317. *t.* 55. *f.* 4.
*Habitat in* Europæ *auſtralioris montibus cretaceis*. ⊙.

10. RESEDA foliis integris trilobisque, calycibus ſexpartitis maximis. *Hort. cliff.* 412. *Dalib. pariſ.* 159. Phyteuma.

Reſeda floribus trigynis, calycibus maximis hexaphyllis. *Hort. upſ.* 150.
Reſeda minor vulgaris. *Tournef. inſt.* 423.
Reſedæ affinis Phyteuma. *Baub. pin.* 100. *prodr.* 42. *t.* 42.

Erucago apula trifida quinquefolia. *Col. ecphr.* 267. *t.* 269.

β. Reſeda minor vulgaris, folio minus inciſo. *Tournef. inſt.* 423.

γ. Reſeda minor vulgaris, foliis integris. *Tournef. inſt.* 423.

Phyteuma. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 386. *fig.*

*Habitat in* Gallia, Italia, Oriente. ☉.

odorata. 11. RESEDA foliis integris trilobisque, calycibus florem æquantibus.

Reſeda foliis integris trilobisque, floribus tetragynis. *Mill. dict. t.* 217.

Reſeda foliis integris, floribus odoratis. *Hall. gœtt.* 95. *Zinn. gœtt.* 123.

*Habitat in* Ægypto. ♂.

*Simillima R. Phyteumæ, ſed* Folia *magis undulata.* Calyces *corolla non longiores.* Rami *declinati, ſetis vagis adſperſi.* Flores *triſtes ambroſiaci, ſæpius tetragyni.* Petalorum *laciniæ laterales in hac, intermediæ vero in præcedenti, breviores.*

## EUPHORBIA.

* *Fruticoſæ aculeatæ.*

antiquorum 1. EUPHORBIA aculeata ſubnuda triangularis articulata: ramis patentibus. *Hort. cliff.* 196. *. *Hort. upſ.* 138. *Fl. zeyl* 199. *Mat. med.* 154. *Roy. lugdb.* 194. *Amœn. acad.* 3. *p.* 106. *.

Euphorbium antiquorum verum. *Comm. hort.* 1. *p.* 23. *t.* 12.

Schad'dacalli. *Rheed. mal.* 2. *p.* 81. *t.* 42.

β. Euphorbia aculeata nuda triangularis articulata, ramis erectis. *Mill. dict.*

Euphorbium trigonum & tetragonum ſpinoſum, ramis compreſſis. *Iſn. act* 1720.

Tithymalus aizoides triangularis & quadrangularis articuloſus & ſpinoſus, ramis compreſſis. *Comm. præl.* 55. *t.* 5.

*Habitat in* India. ♄.

canarienſis. 2. EUPHORBIA aculeata nuda ſubquadrangularis, aculeis geminatis. *Hort. cliff.* 196. *. *Hort. upſ.* 138. *Roy. lugdb.* 194. *Amœn. acad.* 3. *p.* 107. *.

Tithymalus aizoides fruticoſus canarienſis aphyllus qua-

quadrangularis & quinquangularis, ſpinis geminis aduncis atronitentibus armatus. *Comm. hort.* 2. *p.* 207. *t.* 104.

Tithymalus aizoides lactifluus ſ. Euphorbia canarienſis quadrilatera & quinquelatera, cerei effigie. *Pluk. alm* 370. *t.* 320. *f.* 2.

*Habitat in* Canariis. ♄.

3. EUPHORBIA aculeata nuda ſeptemangularis: ſpinis ſolitariis ſubulatis floriferis. *Hort. cliff.* 196. *. *Roy. lugdb.* 194. *Amœn. acad.* 3. *p.* 109. *. heptagona.

Euphorbium heptagonum, ſpinis longiſſimis in apice frugiferis. *Bœrh. lugdb.* 1. *p.* 258. *t.* 258.

Euphorbium capenſe, ſpinis longis ſimplicibus. *Bradl. ſucc.* 2. *p.* 4. *t.* 13.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

4. EUPHORBIA aculeata nuda: angulis tuberoſis ſpinis interſtinctis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 108. mammillaris.

Euphorbium polygonum, aculeis longioribus ex tuberculorum internodiis prodeuntibus. *Iſn. act.* 1720. *p.* 386.

Tithymalus aizoides africanus, validiſſimis ſpinis ex tuberculorum internodiis provenientibus. *Comm. præl.* 59. *t* 9.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

*Differt ab Heptagona angulis duplicatis torulosis; ſpinæ ſolitariæ inter ſingula tubercula longitudinaliter digeſta.* Flores *non vidi; an ex ſpinarum apice, ut heptagonæ?*

5. EUPHORBIA aculeata nuda multangularis, ſpinis ſolitariis ſubulatis. *Roy. lugdb.* 195. *Amœn. acad.* 3. *p.* 108. cereiformis.

Euphorbium cereì effigie, caulibus gracilioribus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 258.

Euphorbium aphyllum anguloſum, florum coma denſiſſima. *Burm. afr.* 19. *t.* 9. *f.* 3.

Tithymalus africanus ſpinoſus, cerei effigie. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 245. *Pluk. alm.* 370. *t.* 231. *f.* 1.

*Habitat in* Æthiopia. ♄.

6. EUPHORBIA aculeata nuda multangularis: aculeis geminatis. *Hort. cliff.* 196. *. *Hort. upſ.* 138. *Roy. lugdb.* 195. *Amœn. acad.* 3. *p.* 107. *. officinarum.

Euphorbium polygonum ſpinoſum, cerei effigie. *Iſnard. act.* 1720. *p.* 500. *t.* 10.
Euphorbium cerei effigie, caulibus craſſioribus ſpinis validioribus armatum. *Comm. hort.* 1. *p.* 21. *t.* 11. *Seb. theſ.* 1. *p.* 29. *t.* 19. *f.* 2.
Euphorbium. *Baub. pin.* 387.
*Habitat in* Æthiopia & Africa *calidiore.* ♄.

neriifolia. 7. EUPHORBIA aculeata ſeminuda: angulis oblique tuberculatis *Hort. cliff* 196. *. *Hort. upſ.* 139. *Fl. zeyl.* 200. *Roy. lugdb.* 194. *Amœn. acad.* 3. *p.* 109. *.
Euphorbium afrum ſpinoſum, foliis latioribus non ſpinoſis. *Seb. theſ.* 1. *p.* 18. *t.* 9. *f.* 1.
Tithymalus aizoides arboreſcens ſpinoſus, caudice angulari, nerii folio. *Comm. præl.* 22. 56. *t.* 6. *Bradl. ſucc.* 3. *p.* 10. *t.* 28.
Tithymalus indicus ſpinoſus, nerii foliio. *Comm. hort.* 1. *p.* 25. *t.* 13.
Ligularia. *Rumph. amb.* 4. *p.* 88. *t.* 40.
Ela Calli. *Rheed. mal.* 2. *p.* 83. *t.* 43.
*Habitat in* India. ♄.

* * *Fruticoſæ inermes.*

(*Caulis nec dichotomus, nec umbelliferus.*)

Caput medusæ. 8. EUPHORBIA inermis imbricata tuberculis foliolo lineari inſtructis *Hort. cliff.* 197. *Hort. upſ.* 139. *Roy. lugdb.* 195. *Amœn. acad.* 3. *p.* 110.
Planta lactaria africana *Comm. hort.* 1. *p.* 33. *t.* 17.
Tithymalus aizoides africanus, ſimplici ſquamato caule, chamænerii folio. *Comm. præl.* 58. *t.* 8. & *p.* 23. 57. *t.* 7.
β. Euphorbium anacantum ſquamoſum, lobis florum tridentatis. *Iſnard. act.* 1720 *p.* 502. *t.* 11. *Breyn. prodr.* 3. *p.* 29. *t.* 19.
γ. Euphorbium erectum aphyllum, ramis rotundis, tuberculis tetragonis. *Burm. afr.* 16. *t.* 7. *f.* 2.
δ. Euphorbium humile procumbens, ramis ſimplicibus copioſis, caule craſſiſſimo tuberoſo. *Burm. afr.* 20. *t.* 10. *f.* 1.
ε. Euphorbium procumbens, ramis plurimis ſimplicibus ſquamoſis, foliis deciduis. *Burm. afr.* 17. *t.* 8.
ζ. Euphorbium procumbens, ramis geminatis, caule glabro oblongo cinereo. *Burm. afr.* 18. *t.* 9. *f.* 1.

Ha-

*Habitat in* Æthiopia. ♄.
*Diſtinctiſſima planta petalis palmatis.*

9. EUPHORBIA inermis nuda fruticoſa filiformis volubilis: cicatribus oppoſitis. *Hort. cliff.* 197. *. *Hort. upſ.* 140. *Amœn. acad.* 3. *p.* 110. *. viminalis.
Felfel Tavil. *Alp. ægypt.* 190. *t.* 190. *Dill. elth.* 368.
*Habitat in* Africæ *maritimis.* ♄.

10. EUPHORBIA inermis ſeminuda fruticoſa filiformis flaccida, foliis alternis. *Hort. cliff.* 197. *Hort. upſ.* 140. *Roy. lugdb.* 195. *Amœn. acad.* 3. *p.* 111. *. *Gron. orient.* 160. mauritanica
Tithymalus aphyllus mauritaniæ. *Dill. elth.* 384. *t.* 289. *f.* 373.
*Habitat in* Africæ *maritimis.* ♄.

11. EUPHORBIA inermis ſeminuda fruticoſa filiformis erecta, ramis patulis determinate confertis. *Hort. cliff.* 197. Hort. *upſ.* 139. *Fl. zeyl.* 197. *Roy. lugdb.* 195. *Amœn. acad.* 3. *p.* 111. *. Tirucalli.
Tithymalus indicus fruteſcens. *Comm. hort.* 1. *p.* 27. *t.* 14..
Tithymalus arboreſcens, caule aphyllo. *Pluk. phyt.* 319. *f.* 9.
Oſſifraga lactea. *Rumph. amb.* 7. *p.* 62. *t.* 29.
TiruCalli. *Rheed. mal.* 8. *p.* - - - *t.* 44.
*Habitat in* India. ♄.

12. EUPHORBIA inermis fruticoſa, foliis diſtiche alternis ovatis. *Hort. cliff.* 198. *. *Roy. lugdb.* 195. *Amœn. acad.* 3. *p.* 111. *. Tithymaloides.
Tithymalus curaſſavicus myrtifolius, flore coccineo mellifluo. Herm. *par.* 234. *t.* 234. *myrtifolia.*
Tithymalus curaſſavicus myrtifolius, flore papilionaceo coccineo parvo. *Comm. hort.* 1. *p.* 31. *t.* 16. *Pluk. alm.* 369. *t.* 230. *f.* 2.
β. Tithymaloides lauroceraſi folio non ſerrato. *Dill. elth.* 383. *t.* 288. *f.* 372. *padifolia.*
*Habitat in* Curaſſao, *at* β. *forte in India.* ♄.

13. EUPHORBIA inermis, foliis ſerratis petiolatis difformibus ovatis lanceolatis panduriformibus. *Amœn. acad.* 3. *p.* 112. heterophylla.
Tithymalus heterophyllus. *Plum. ic.* 250. *t.* 251. *f.* 3.

Tithymalus curaſſavicus, ſalicis & atriplicis foliis variis, caulibus viridantibus. *Pluk. alm.* 369. *t.* 12. *f.* 6.

Tithymalus curaſſavicus, ſalicis & atriplicis foliis hirſutis, caulibus ſubrubentibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 336.

*Habitat in* America *calidiore.*

cotinifolia. 14. EUPHORBIA foliis oppoſitis ſubcordatis petiolatis emarginatis integerrimis, caule fruticoſo. *Amœn. acad.* 3. *p.* 112.

Euphorbia inermis, caule fruticoſo, foliis oppoſitis ſubcordatis emarginatis, petiolis folio longioribus. *Hort. cliff.* 198. *Roy. lugdb.* 196.

Tithymalus curaſſavicus, folio cotini triphyllos, petalis florum ſerratis. *Pluk. alm.* 369. *t.* 230. *f.* 3.

Tithymalus arboreus curaſſavicus, cotini folio. *Seb. theſ.* 1. *p.* 75. *t.* 46. *f.* 4.

Tithymalus arboreus americanus, cotini folio. *Comm. hort.* 1. *p.* 29. *t.* 15.

*Habitat in* Curacao. ♄.

ocymoidea. 15. EUPHORBIA inermis herbacea ramoſa, foliis ſubcordatis integerrimis petiolo brevioribus, floribus ſolitariis. *Amoen. acad.* 3. *p.* 112.

Euphorbia inermis, foliis ſubcordatis obtuſis integerrimis petiolatis, caule ramoſo erecto. *Roy. lugdb.* 199.

*Habitat in* Campechia. *Houſt.*

* * * *Dichotomæ (umbella bifida aut nulla).*

origanoides. 16. EUPHORBIA dichotoma, foliis ſerrulatis ovatis obtuſis trinerviis, panicula terminali, caulibus ſimplicibus. *Amœn. acad.* 3. *p.* 114. *.

*Habitat in* Inſula Aſcenſionis ♃.

*Planta refert ita Origanum, ut primo intuitu nequeat non pro eo agnoſci.*

hypericifolia. 17. EUPHORBIA dichotoma, foliis ſerratis ovali-oblongis glabris, corymbis terminalibus, ramis divaricatis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 113. *.

Euphorbia inermis, foliis ovalibus oppoſitis hinc ſerratis uniformibus, ramis alternis, caule erectiuſculo. *Hort. cliff.* 198. *Hort. upſ.* 143. *. *Roy. lugdb.* 196.

Euphorbia minima reclinata, foliolis ovatis denticulatis, floribus ſubumbellatis terminalibus lateralibusque. *Brown. jam.* 235.

Tithy-

Tithymalus americanus, floſculis albis. *Comm. præl.* 60 *t.* 60. +t. 10

Tithymalus erectus acris, parietariæ foliis glabris, floribus ad caulium nodos conglomeratis. *Sloan. jam.* 82. *hiſt.* 1. *p.* 197. *t.* 126.

*Habitat in* India. ⊙.

18. EUPHORBIA dichotoma, foliis ſerrulatis ovatis acuminatis, pedunculis capitatis axillaribus, caulibus piloſis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 114. *. hirta.

Euphorbia inermis, foliis oppoſitis ovalibus ſerratis uniformibus, pedunculis capitatis axillaribus. *Fl. zeyl.* 197. *.

Euphorbia reclinata minor ſubhirſuta, foliis ſerratis. *Brown. jam.* 234.

Tithymalus botryoides zeylanicus, cauliculis villoſis. *Burm. zeyl.* 223. *t.* 104.

Eſula eſculenta. *Rumph. amb.* 6. *p.* 54. *t.* 23. *f.* 2.

*Habitat in* India. ⊙.

19. EUPHORBIA dichotoma, foliis ſerratis ovali-oblongis, pedunculis bicapitatis axillaribus, caule erecto. *Amœn. acad.* 3. *p.* 115. pilulifera.

Tithymalus botryoides erectus, florum capitulis conjugatis & longiori pediculo inſidentibus. *Burm. zeyl.* 224. *t.* 105. *f.* 1. *Pet. gaz. t.* 80. *f.* 14.

*Habitat in* India. ⊙.

20. EUPHORBIA dichotoma, foliis ſubcrenatis linearibus, floribus faſciculatis terminalibus, caule erecto. hyſſopifolia.

Euphorbia dichotoma erecta tenuis, foliis linearibus, floribus quaſi umbellatis terminalibus. *Brown. jam.* 235.

*Habitat in* America.

21. EUPHORBIA dichotoma, foliis ſerratis ovali-oblongis, capitulis axillaribus glomeratis ſubſeſſilibus, caulibus procumbentibus. *Amœn. acad.* 3. *p.* 115. thymifolia.

Tithymalus foliis oppoſitis oblique cordatis obtuſis ſerratis, pedunculis multifloris *Fl. zeyl.* 198.

Tithymalus indicus annuus dulcis, floribus albis, caulibus viridantibus & rubentibus. *Pluk. alm.* 372. *t.* 113. *f.* 2.

β. Tithymalus humilis ramoſiſſimus hirſutus, foliis thymi ſerratis. *Burm. zeyl.* 225. *t.* 105. *f.* 3.

*Habitat in* India. ⊙. 22. EU-

maculata. 22. EUPHORBIA dichotoma, foliis ſerratis oblongis piloſis, floribus axillaribus ſolitariis, ramis patulis.

Euphorbia minima ſupina rufeſcens. *Brown. jam.* 236.

Tithymalus ſ. Chamæſyce altera virginiana, foliis crenatis & macula fuſca eleganter notatis. *Pluk. alm.* 372. *t.* 65. *f.* 8.

Chamæſyce. *Sloan. jam.* 83. *hiſt.* 1. *p.* 198.

*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ☉.

Caules *dichotomi: Ramis alternis, patentibus, ſupra purpuraſcentibus.* Folia *ovali-oblonga, trinervia, ſubpiloſa, ſerrata, altero latere maxima parte integerrima, tenera adhuc planta notata macula fuſca.* Flores *axillares, ſolitarii, parvi, calyce rufo.* *Fructus lævis.*

parviflora. 23. EUPHORBIA ſubdichotoma, foliis ſerratis oblongis glabris, floribus ſolitariis, caule erectiuſculo alterne ramoſo.

Tithymalus erectus, floribus rarioribus, foliis oblongis glabris integris. *Burm. zeyl.* 224. *t.* 105. *f.* 2.

*Habitat in* India. ☉.

canescens. 24. EUPHORBIA dichotoma, foliis integris ſubrotundis piloſis, floribus ſolitariis axillaribus, caulibus procumbentibus.

Tithymalus exiguus villoſus, nummulariæ folio. *Tournef. inſt.* 87.

*Habitat in* Hiſpania. ☉.

*Affinis nimis E. Chamæſyces, ſed tota undique albo-villoſa.* *Folia obſolete emarginata, obſolete crenata.*

Chamæſyce. 25. EUPHORBIA dichotoma, foliis crenulatis ſubrotundis glabris, floribus ſolitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *Amœn. acad.* 3. *p.* 115. *.

Euphorbia inermis, foliis oblique cordatis ſerrulatis uniformibus, ramis alternis, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 198. *. *Roy. lugdb.* 196. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 237. *Gron. orient.* 160.

Chamæſyce. *Baub. pin.* 293. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 187.

*Habitat in* Europæ *auſtralis*, Sibiriæ, Meſopotamiæ *aridis.* ☉.

*Fructus ſubhirſutus.* Caules subrubentes, hirsuti.

peplis. 26. EUPHORBIA dichotoma, foliis integerrimis ſemicordatis, floribus ſolitariis axillaribus, caulibus procum-

cumbentibus. *Amœn. acad.* 3. *p.* 115. *Gron. orient.* 163.

Euphorbia foliis ſubrotundis obtuſis, floribus ſolitariis in foliorum alis. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 420.

Peplis maritima, folio obtuſo. *Bauh. pin.* 293.

Peplis. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 187. *Cam. epit.* 970.

Peplion. *Dalech. hiſt.* 970.

*Habitat in* Narbonæ, Hiſpaniæ *maritimis.* ☉.

27. EUPHORBIA foliis oppoſitis integerrimis lanceolatis obtuſis, floribus ſolitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *Amœn. acad.* 3. *p.* 116. *. polygonifolia.

Euphorbia procumbens, ramulis alternis, foliis lanceolato-linearibus, floribus ſolitariis. *Gron. virg.* 58

Euphorbia minima ramoſiſſima anguſtifolia. *Raj. ſuppl.* 431.

*Habitat in* Canada, Virginia. ☉.

28. EUPHORBIA dichotoma, foliis integerrimis lanceolatis, pedunculis axillaribus unifloris folia æquantibus, caule erecto. *Amœn. acad.* 3. *p.* 117. *. Ipecacuanhæ.

Tithymalus, flore exiguo viridi apicibus flavis, antequam folia emittit florens. *Gron. virg.* 58.

*Habitat in* Virginia, Canada. ♃.

29. EUPHORBIA dichotoma, foliis integerrimis ovalibus retuſis, pedunculis axillaribus unifloris folia æquantibus, caule erecto. *Amœn. acad* 3. *p* 117 *. portulacoides.

Tithymalus perennis, portulacæ folio. *Few. peruv.* 707. *t.* 2?

*Habitat in* Philadelphia. *Kalm.* ♃.

30. EUPHORBIA dichotoma, foliis integerrimis ſubrotundis emarginatis ſubtus incanis, floribus ſolitariis, caule erecto. myrtifolia.

Euphorbia erecta, foliolis ovatis oppoſitis, ramulis tenuibus alaribus. *Brown. jam.* 235.

*Habitat in* Jamaica. ☉.

* * * * *Umbella trifida.*

31.* EUPHORBIA umbella trifida: dichotoma, involucellis ovatis, foliis integerrimis obovatis petiolatis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 117. *. Peplus.

Euphorbia foliis obverſe ovatis integerrimis, umbella univerſali trifida triphylla, partialibus dichotomis diphyl-

phyllis, *Hort. cliff.* 199. *Fl. ſvec.* 437; 426. *. *Roy. lugdb* 197, *Dalib. pariſ.* 156.
Peplus ſ. Eſula rotunda. *Bauh. pin.* 292.
Peplus. *Fuchſ. hiſt.* 603. *Dod. pempt.* 375.
*Habitat in* Europæ *cultis oleraceis.* ☉.

falcata. 32. EUPHORBIA umbella trifida: dichotoma, involucellis cordato-ſubfalcatis acutis, foliis lanceolatis obtuſiuſculis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 118. *.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*

terracina. * 33. EUPHORBIA umbella quadrifida dichotoma, foliis alternis lanceolatis retuſis mucronatis.
Tithymalus marinus, folio retuſo, terracinus. *Barr. ic.* 833.
*Habitat in* Hiſpania. *Alſtrœmer.* ☉.
Caulis *herbaceus, ultra ſemipedalis, teres.* Folia *alterna, lanceolata, lævia, obliqua, margine ſcabriuſcula, apice retuſa & quaſi truncata mucrone reflexo.* Involucrum *ſub 4phyllum: foliolis oblongo-ovatis, obtuſis, folio latioribus, vix ſerratis.* Involucella *ovata, baſi truncata.* Petala *flaveſcentia, bi ſ. tridentata.* Fructus *glabri. Ex inferioribus alis foliorum ramuli ſteriles. Figura* Foliorum *ad Euph. exiguam retuſam prope accedit, ſed in illa lineam lata huic digiti magnitudine.*

exigua. 34. EUPHORBIA umbella trifida: dichotoma, involucellis lanceolatis, foliis linearibus. *Amœn. acad.* 3. *p.* 118. *.
acuta. α. Euphorbia inermis, foliis alternis linearibus acutis, umbella univerſali trifida, partialibus dichotomis diphyllis. *Hort. cliff.* 199. *Hort. upſ.* 143. *. *Roy. lugdb.* 197. *Dalib. pariſ.* 157. *Gort. gelr.* 304.
Tithymalus ſ. Eſula exigua. *Bauh. pin.* 291.
Eſula minima tragi. *Dalech. hiſt.* 1656.
retuſa. β. Tithymalus ſ. Eſula exigua, foliis obtuſis. *Bauh. pin.* 291. *prodr.* 132.
γ. Tithymalus exiguus ſaxatilis. *Bauh. pin.* 291. *prodr.* 132. *Magn. monſp.* 259. *t.* 258. *Burſ. XVI.* 55.
*Habitat in* Luſatia, Gallia, Helvetia, Hiſpania *inter ſegetes;* β. Monſpelii *in ſaxoſis.* γ. Paduæ & Maſſiliæ: *at* Acuta *in collibus,* Retuſa in *pratis.* ☉.

tuberoſa. 35. EUPHORBIA umbella trifida, involucro tetraphyllo,

lo, caule nudo, foliis oblongis emarginatis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 117.

Euphorbia inermis, foliis oblongis obtuſis emarginatis. *Roy. lugdb.* 199.

Tithymalus humilis, folio lapathi. *Buxb. cent.* 2. *p.* 27. *t.* 23.

Tithymalus tuberoſus acaulos, foliis oblongis cucullatis & planis. *Burm. afr.* 9. *t.* 4.

Tithymalus africanus humilis, foliis latioribus oblongis tuberoſa radice. *Raj. ſuppl.* 933.

*Habitat in* Ægypto *&* Æthiopia. ♄.

* * * * * *Umbella quadrifida.*

36. EUPORBIA umbella quadrifida: dichotoma, foliis oppoſitis integerrimis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 119 *. Lathyris.

Euphorbia inermis, foliis oppoſitis lanceolatis integerrimis, umbella univerſali quadrifida tetraphylla, ulterioribus dichotomis. *Hort. upſ.* 140. *Mat. med.* 256.

Euphorbia inermis, foliis oppoſitis lanceolatis, umbella univerſali trifida polyphylla, partialibus triphyllis, reliquis diphyllis. *Hort. cliff.* 198. *Roy. lugdb.* 196. *Dalib. pariſ.* 155.

Lathyris major. *Bauh. pin.* 293.

Lathryis. *Cam. epit.* 968. *Fuchſ. hiſt.* 454.

*Habitat in* Gallia, Italia *ad agrorum margines.* ♂.

* * * * * * *Umbella quinquefida.*

37. EUPHORBIA umbella ſubquinquefida ſimplici, involucellis ovatis; primariis triphyllis, foliis oblongis integerrimis, caule fruticoſo. *Amœn. acad.* 3. *p.* 120. *. ſpinoſa.

Euphorbia inermis fruticoſa, foliis lanceolatis integerrimis, floribus ſolitariis terminalibus, involucris triphyllis. *Hort. cliff.* 201. *Roy. lugdb.* 196.

Euphorbia inermis fruticoſa, ramis ſiccis pungens, foliis ad umbellas ternis ſæpius ovatis, floribus ſolitariis. *Sauv. monſp.* 51.

Tithymalus raguſinus, flore luteo pentapetalo. *Herm. lugdb.* 600. *t.* 601.

Tithymalus maritimus ſpinoſus. *Bauh. pin.* 291.

*Habitat in* Cretæ *&* Galloprovinciæ *montibus maritimis.* ♄.

*Rami ſeneſcentes ſicci & aridi perſiſtunt, unde quaſi ſpinoſa apparet.*

Apios. 38. EUPHORBIA umbella quinquefida: bifida, involucellis obcordatis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 120.
Tithymalus tuberoſa pyriformi radice. *Bauh. pin.* 292.
Tithymalus tuberoſa radice. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 190.
*Habitat in* Creta.

epythymioides. 39. EUPHORBIA umbella quinquefida: bifida, involucellis ovatis, foliis lanceolatis obtuſis ſubtus villoſis.
Tithymalus epithymi fructu. *Col. ecphr.* 1. *p.* 52. *t.* 51.
Peplios altera ſpecies. *Bauh. pin.* 292.
*Habitat in* Italia. *D. Jacquin.* ♃.
*Accedit ad E. dulcem, ſed Folia magis margine ſcabra & ſubtus villoſa. Fructus hiſpidi, ſetis ſubulatis purpuraſcentibus adſperſi.*

dulcis. 40.* EUPHORBIA umbella quinquefida: bifida, involucellis ſubovatis, foliis lanceolatis obtuſis integerrimis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 122.
Tithymalus montanus non acris. *Bauh. pin.* 292.
Pithyuſa ſ. Eſula minor altera, floribus rubris. *Lob. ic.* 358.
*Habitat in* Galliæ, Italiæ, Germaniæ *umbroſis.*
*Exſiccatione nigra evadit.*

Pithyuſa. 41. EUPHORBIA umbella quinquefida: bifida, involucellis ovatis mucronatis, foliis lanceolatis: infimis involutis retrorſum imbricatis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 122.
Tithymalus foliis brevibus aculeatis. *Bauh. pin.* 292.
Pithyuſa. *Dalech. hiſt.* 1652.
Tithymalus maritimus, juniperi folio *Bocc. ſic.* 9. *t.* 5. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 337. *ſ.* 10 *t.* 1. *f.* 25.
*Habitat in arenoſis* Belgii, Hiſpaniæ, Italiæ, Maſſiliæ. ♃.

portlandica. 42. EUPHORBIA umbella quinquefida: dichotoma, involucellis ſubcordatis concavis, foliis lineari-lanceolatis acutis glabris patentibus. *Hudſ. angl.* 183.
Tithymalus montanus, eſulæ folio, minor italicus. *Barr. ic.* 822.
Tithymalus maritimus minor. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 313. *t.* 24. *f.* 6.
*Habitat in* Angliæ *Devonſchire.* ♄.
Caules *fruticuloſi, palmares, glabri, teretes, rubicundi.* Folia *alterna, ſubſeſſilia, lineari-lanceolata, mucrona-*

*nata, glabra, patentia, baſi ſubtus rubra.* Ramuli *laterales: ex alis inferioribus ſteriles, demum excreſcentes & caulem inumbrantes.* Umbellæ *terminales, quinquefidæ, dichotomæ, patentes.* Involucrum *foliis ſimile.* Involucella *ſubcordata, concava, mucronata.* Flores *ſubſeſſiles, lutei: Primi & ſecundi maſculi: Petalis muticis, obtuſiſſimis; Reliqui hermaphroditi: Petalis bicornibus.* Fructus *glabri angulis muricatis.*

43. EUPHORBIA umbella ſubquinquefida: bifida, involucellis cordato-reniformibus, foliis ſurſum imbricatis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 129. *Hudſ. angl.* 183. Paralias.

Euphorbia inermis, foliis ſetaceo-linearibus confertis, umbella univerſali multifida, partialibus ramoſe bifidis. *Hort. cliff.* 200. *Roy. lugdb.* 193. *Gort. gelr.* 306. *Gron. orient.* 162.

Tithymalus maritimus. *Bauh. pin.* 291. *Dod. pempt* 370. *f.* 1. 2.

Tithymalus paralios. *Cam. epit.* 962.

*Habitat in* Europæ *arena maritima.* ♃.

44. EUPHORBIA umbella quinquefida: dichotoma, involucellis ovato-lanceolatis mucronatis, foliis inferioribus ſetaceis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 122. aleppica.

Tithymalus foliis inferioribus capillaceis: ſuperioribus myrto ſimilibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 338.

Tithymalus cypariſſius. *Alp. exot.* 65. *t.* 64.

*Habitat in* Creta, Aleppo. ♃.

45. EUPHORBIA umbella quinquefida: dichotoma, involucellis cordatis acutis, foliis lineari-lanceolatis, ramis floriferis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 121. *. *Hudſ. angl.* 182. ſegetalis.

Euphorbia inermis, foliis alternis linearibus acutis, partialibus umbellæ ovato-rhombeis, petalis bicornibus. *Hort. upſ.* 142. *.

Euphorbia inermis, foliis linearibus acutis ad umbellam quinis iſocelibus, ad umbellulas ter dichotomas ovato-trigonis. *Sauv. monſp.* 46.

Tithymalus annuus, lunato flore, linariæ folio longiore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 339. *ſ.* 10. *t.* 2. *f.* 3.

Tithymalus maritimo affinis, linariæ folio. *Bauh. pin.* 291?

Tithymalus ſegetum longifolius. *Raj. angl.* 3. *p.* 312. *.
*Habitat in* Mauritania. ☉.

heliofcopia. 46. EUPHORBIA umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus ſerratis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 124. *.
Euphorbia foliis crenatis, umbella univerſali quinquefida pentaphylla, partialibus trifidis, propriis triphyllis. *Hort. cliff.* 198. *Fl. ſvec.* 436; 425. *Roy. lugdb.* 197. *Dalib. pariſ.* 156.
Euphorbia inermis, foliis ſubrotundis crenatis. *Fl. lapp.* 220.
Tithymalus helioſcopius. *Bauh. pin.* 291. *Fuchſ. hiſt.* 811.
*Habitat in* Europæ *cultis.* ☉.
*Umbellæ radii bis trifidi, dein dichotomi & Involucra foliis ſimilia.*

ferrata. 47. EUPHORBIA umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis diphyllis reniformibus, foliis amplexicaulibus cordatis ſerratis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 125. *.
Euphorbia inermis, foliis denticulatis: caulinis lanceolatis, umbellarum cordatis. *Hort. cliff.* 200. *Hort. upſ.* 141. *. *Roy. lugdb.* 197.
Tithymalus characias, folio ſerrato. *Bauh. pin.* 290.
Tithymalus myrtites valentinus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 189.
*Habitat in* Narbona, Hiſpania, Italia, Oriente. ☉.

verrucoſa. 48. EUPHORBIA umbella quinquefida: ſubtrifida: bifida, involucellis ovatis, foliis lanceolatis ſerrulatis villoſis, capſulis verrucoſis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 120. *. *Hudſ. angl.* 183.
Euphorbia inermis, foliis linearibus, umbella univerſali trifida triphylla, partialibus trifidis, propriis dichotomis diphyllis, foliolis ſubrotundis. *Guett. ſtamp.* 269. *Dalib. pariſ.* 154.
Tithymalus myrſinites, fructu verrucæ ſimili. *Bauh. pin.* 291.
Tithymalus foliis ſubhirſutis ad caulem ellipticis, ſub floribus binis ſubrotundis. *Hall. helv.* 191. *.
*Habitat in* Gallia, Helvetia, Italia, Oriente. ♂.
*Fructus verrucoſus ſimulque villoſus.*

corollata. 49. EUPHORBIA umbella quinquefida: trifida: dicho-

chotoma, involucellis foliisque oblongis obtuſis, petalis membranaceis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 122.

Euphorbia inermis, foliis lanceolatis obtuſis alternis, ramis floriferis dichotomis, petalis maximis ſubrotundis. *Gron. virg.* 58.

Tithymalus marianus, anguſtis rigidis foliis, ſummo caule ramoſus, foliis atque ramulis ad divaricationes ternis *Pluk mant.* 182. *t.* 446. *f.* 3.

*Habitat in* Virginia, Canada.

50. EUPHORBIA umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis ovatis, foliis lanceolatis, capſulis lanatis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 123. *. corallioides.

Euphorbia inermis fruticoſa, foliis lanceolatis, involucro univerſali quinquefido, partialibus trifidis, reliquis bifidis. *Hort. upſ.* 142. *. *Roy. lugdb* 198.

Tithymalus arboreus, caule corallino, folio hyperici, pericarpio barbato. *Bœrh. lugdb.* 1. *p.* 256.

*Habitat in* Sicilia, Mauritania, Oriente. ♃.

51. EUPHORBIA umbella quinquefida: trifida: bifida, involucris ovatis, petalis integris, foliis lanceolatis ſubpiloſis apice ſerrulatis. piloſa.

Euphorbia foliis alternis ex ovali-lanceolatis, umbellis diphyllis ſubtrifloris, capſulis erectis muricatis, caule ſimplici. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 226. *t.* 93.

Tithymalus paluſtris villoſus mollior erectus. *Barr. rar.* 41. *t.* 885.

Tithymalus incanus hirſutus. *Bauh. pin.* 292? *prodr.* 135?

Tithymalus Characias pratenſis incanus. *Magn. monſp.* 255.

*Habitat in* Sibiria. ♃.

*Habitus exacte E. paluſtris, ut facile pro eadem ſumeretur, eodemque tempore floret, paulo tamen major.* Folia *lato-lanceolata, alterna, utrinque vix manifeſte piloſa, apice ita tenuiſſime ſerrata, ut vix obſerventur ſerraturæ.* Umbellæ *cum umbellulis lateralibus ita coacervatæ, ut primaria difficilius eruatur, luteæ petalis & involucris.* Flores *primarii maſculi pentapetali; reliqui hermaphroditi tetrapetali: petalis transverſe ovalibus.* Fructus *verrucoſi & pilis albis ſubtiliſſimis adſperſi.* Rami *ſteriles ex alis foliorum inferiorum, ut ex ſummis alis pedunculi umbelluliferi.*

orientalis. 52. EUPHORBIA umbella quinquefida: quadrifida: dichotoma, involucellis ſubrotundis acutis, foliis lanceolatis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 123.

Euphorbia inermis, foliis lanceolatis, involucro univerſali quinquefido lanceolato, partiali tetraphyllo ſubrotundo, propriis diphyllis. *Roy. lugdb.* 198.

Tithymalus orientalis, ſalicis folio, caule purpureo, flore magno. *Tournef. cor.* 2.

*Habitat in* Oriente.

platyphylla. 53. EUPHORBIA umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucris carina piloſis, foliis ſerratis lanceolatis, capſulis verrucoſis. *Syſt. nat.* 10. *p.* 1049. *n.* 42. 47.

Euphorbia umbella quinquefida: ſubquadrifida: dichotoma, involucellis primariis tetraphyllis, foliis ſerratis lanceolatis ſeſſilibus. *Amœn. acad.* 3. *p.* 124.

Euphorbia inermis, foliis alternis lanceolatis amplexicaulibus ſubſerratis, umbella univerſali quinquefida pentaphylla, partialibus bifidis. *Hort. upſ.* 141. *.

Euphorbia inermis, foliis lanceolatis, umbella univerſali partialiumque prima quinquefidis: ſecunda trifida: reliquis bifidis. *Roy. lugdb.* 198. *Dalib. pariſ.* 156.

Tithymalus arvenſis latifolius germanicus. *Bauh. pin.* 291.

Tithymalus platyphyllos. *Fuchſ. hiſt.* 813.

*Habitat in agris* Galliæ, Angliæ, Germaniæ. ⊙.

Caulis *erectus, pedalis, glaber.* Folia *alterna, remota, patentia, lanceolata, glabra, ſerrulata, carina villis rariſſimis: inferiora ſubpetiolata, verſus apicem latiora; ſuperiora baſi emarginata & ſupra baſin ad latera deflexa.* Involucrum *lanceolatum.* Involucella *partialia ovato-oblonga; reliqua ovato-cordata, omnia ſerrulata.* Petala *ſuborbiculata, lutea.* Germina *obſcure verrucoſa. Ex alis foliorum umbellula trifida. Planta ſuperior viridi-flaveſcens.*

* * * * * * * *Umbella multifida.*

Eſula 54. EUPHORBIA umbella multifida: bifida: involucellis ſubcordatis, petalis ſubbicornibus, ramis ſterilibus foliis uniformibus. *Amœn. acad.* 3. *p.* 127.

Euphorbia inermis, foliis lanceolato-linearibus, involucri univerſalis foliis quinis ovato-acutis, partialis ſemiorbiculatis. *Hort. upſ.* 141. *Sauv. monſp.* 47.

Eu-

Euphorbia inermis, foliis ligulatis patulis ad umbellam quinis ovato-oblongis acutis, bracteis trigonis. *Sauv. monſp.* 51?
Tithymalus lithoſpermi majoris folio. *Magn. monſp.* 304?
Eſula minor. *Dalech. hiſt.* 1653. *Dod. pempt.* 374.
*Habitat in* Germania, Belgio, Gallia. ♃.
Flores *omnes fertiles: petala flaveſcentia*, 4, *obſolete bicornia*? Fructus *glaber*. Umbellæ *caulis laterales dichotomæ*.

55. EUPHORBIA umbella multifida: dichotoma, involucellis ſubcordatis, ramis ſterilibus foliis ſetaceis, caulinis lanceolatis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 127. Cypariſſias.
Euphorbia inermis, foliis confertis linearibus, umbella univerſali multifida, partialibus dichotomis: foliolis ſubrotundis. *Hort. cliff.* 199. *. *Hort. upſ.* 142. *. *Roy. lugdb.* 197. *Dalib. pariſ.* 155. *Gort. gelr.* 105.
Tithymalus cypariſſius. *Bauh. pin.* 291. *Dalech. hiſt.* 1644.
Tithymalus cypreſſinus. *Tabern. hiſt.* 990.
*Habitat in* Miſniæ, Bohemiæ, Helvetiæ, G. Narbonenſis *collibus, viis, ſiccis.* Germania nimis frequens.

56. EUPHORBIA umbella ſuboctifida: bifida, involucellis ſubovatis, foliis ſpatulatis patentibus carnoſis mucronatis margine ſcabris. *Amœn. acad.* 3 *p.* 128. *. Myrſinites.
Euphorbia inermis, foliis ſuperioribus reflexis latioribus lanceolatis, umbella univerſali trifida, partialibus bifidis. *Hort. cliff.* 199. *Hort. upſ.* 141.
Euphorbia inermis, foliis ligulatis ſpinula terminatis, ad umbellam duodenis, bracteis trigonis ſpinula terminatis. *Sauv. monſp.* 51.
Tithymalus myrſinites latifolius. *Bauh. pin.* 290.
Tithymalus myrſinites legitimus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 189.
*Habitat in* Calabria, Monſpelii. ♃.
Caules *multi, pedales, deflexi, virides, inferne a caſu foliorum cicatriſati.* Folia *alterna, ſpatulata, coriacea, concava, glauco-viridia, patentia, mucronata, margine ſubſcabra, ſuperiora reflexa.* Umbella 7-9 *fida, radiis ſemel bifidis.* Involucrum *univerſale foliolis* 7-9, *ovatis, tenuioribus, acutis*; Involucella *diphylla, ſubcordata, latiora, concava, acuta, margine ſubſcabra.* Flores *intra involucella primaria & ſecundaria maſculi, reliqui hermaphro-*

 *di-*

*diti.* Calyces *ore ſerrati.* Petala 4, *flava*, *bicornia apicibus teretibus*, ***nitentia.*** Capſulæ *glabræ.*

paluſtris. 57. EUPHORBIA umbella multifida: ſubtrifida: bifida, involucellis ovatis, foliis lanceolatis, ramis ſterilibus. *Amœn. acad.* 3. *p.* 126. *.

Euphorbia foliis lanceolatis, umbella univerſali multifida polyphylla partialibus trifidis triphyllis: propriis dichotomis. *Hort. cliff.* 200. *Fl. ſvec.* 438; 427. *. *Mat. med.* 235. *Roy. lugdb.* 198. *Dalib. pariſ.* 153. *Gort. geldr.* 207.

Tithymalus paluſtris fruticoſus. *Bauh. pin.* 292.

Eſula major. *Dalech. hiſt.* 1653.

*Habitat in* Suecia *auſtrali*, Germania, Belgio. ♃.

hyberna. 58. EUPHORBIA umbella ſexfida: dichotoma, involucellis ovalibus, foliis integerrimis, ramis nullis, capſulis verrucoſis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 128. *Hudſ. angl.* 185.

Tithymalus latifolius hiſpanicus. *Bauh. pin.* 291. *Tabern. hiſt.* 987.

Tithymalus hibernicus, vaſculis muricatis erectis. *Dill. elth.* 387. *t.* 290. *f.* 374.

*Habitat in* Hibernia, Sibiria, Auſtria, Pyrenæis. ♃.

dendroides. 59. EUPHORBIA umbella multifida: dichotoma, involucellis ſubcordatis: primariis triphyllis, caule arboreo. *Amœn. acad.* 3. *p.* 128. *.

Tithymalus myrtifolius arboreus. *Bauh. pin.* 290.

Tithymalus dendroides. *Cam. epit.* 965.

*Habitat in* Italia, Creta, Inſulis Stœchadum. ♄.

amygdaloides. 60. EUPHORBIA umbella multifida: dichotoma, involucellis perfoliatis orbiculatis, foliis obtuſis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 126.

Tithymalus characias amygdaloides. *Bauh. pin.* 290.

*Habitat in* Gallia, Germania.

Characias. 61. EUPHORBIA umbella multifida: bifida, involucellis perfoliatis emarginatis, foliis lanceolatis integerrimis, caule perenni. *Amœn. acad.* 3. *p.* 126. *.

Euphorbia inermis, foliis lanceolatis, umbella univerſali multifida, partialibus dichotomis, involucris ſemibifidis perfoliatis. *Hort. cliff.* 199. *Hort. upſ.* 142. *. *Roy. lugdb.* 197.

Ti-

Tithymalus characias rubens peregrinus. *Bauh. pin.* 290.
Tithymalus characias 1. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 188.
*Habitat in* Gallia, Hiſpania, Italia, Germania. ♄.
Caules *quadripedales, fruticoſi, ſecundum annos ramoſi, craſſitie digiti.* Rami *annotini ſuperne craſſiores, ſubvilloſi, infra folia adſperſi cicatricibus transverſis.* Ramus *florifer primo vere ex apice ramorum excreſcit, fruticat, perit, cum ad latera baſeos novi rami prodeunt.* Folia *lanceolata, coriacea, ſubtomentoſa, viridia, reflexa nervo utrinque elevato, verſus flores latiora obtuſiora.* Umbella *parva, conferta, terminalis, ſeſſilis: Radiis numeroſis, ſemel bifidis.* Involucrum *univerſale polyphyllum, ſublanceolatum, parvum, reflexum; Involucella perfoliata, ſemibifida.* Flores *intra involucella primaria maſculi, reliqui hermaphroditi; omnes Petalis* 4, *purpureis, humidis. Germina villoſa.*

62.' EUPHORBIA umbella quinquefida bifida, involucellis perfoliatis ſubcordatis acutiuſculis, foliis lanceolatis integerrimis. ſylvatica.
Tithymalus lunato flore. *Col. ecphr.* 2. *p.* 56. *t.* 57.
Tithymalus ſylvaticus, lunato flore. *Bauh. pin.* 290. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 335. *ſ.* 10. *t.* 1. *f.* 3.
*Habitat in* Europa *auſtraliore.* ♄.
*Affinis nimium E. Characiæ, unde etiam conjungitur ab Hallero, Allionio; Involucelli foliola unita quidem ſunt, ſed non emarginata.*

## *PENTAGYNIA.*

### GLINUS.

1. GLINUS. *Lœfl. it.* 145. *. *Gron. orient.* 143. lotoides.
Alſine lotoides ſicula. *Bocc. ſic.* 21. *t.* 11. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 552.
Alſine heliotropio cognata. *Cup. cath.*
Portulaca bætica, luteo flore, ſpuria aquatica. *Barr. rar.* 478. *t.* 336.
*Habitat ab* Hiſpania *in* Aſiam, *ad foſſas, locis inundatis.* ⊙.

## *OCTAGYNIA.*

### ILLICIUM.

aniſatum. 1. ILLICIUM. †.
Somo vulgo Skimmi. *Kæmpf. amœn.* 880. *t.* 881.
*Habitat in* Japonia, China. ♄.
*Planta a me non viſa, fide Kæmpferi recepta, forte Aniſum ſtellatum officinarum, quod adjectum Tetraodonti ocellari ejus auget venenum.*

## *DODECAGYNIA.*

### SEMPERVIVUM.

arboreum. 1. SEMPERVIVUM caule arboreſcente lævi ramoſo.
Sempervivum caule inferne nudo lævi ramoſo. *Hort. cliff.* 179. *Hort. upſ.* 118. *Roy. lugdb.* 456.
Sedum majus arboreſcens, floſculis candidis. *Bauh. pin.* 282. *Bradl. ſucc.* 4. *p.* 1. *t.* 31.
Sedum majus legitimum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 58.
*Habitat in* Luſitania, Creta, Corcyra, Zacintho. ♄.

[illegible] 2. SEMPERVIVUM caule foliorum ruderibus lacero, foliis retuſis.
Sempervivum caule infra folio lacero, foliis cuneiformibus: ſummis ſubrotundis. *Hort. cliff.* 179. *Roy. lugdb* 457.
Sedum canarium, foliis omnium maximis. *Comm. hort.* 2. *p.* 189. *t.* 95.
Sedum majus canarinum acaulon, pilis ad oras foliorum hiſpidis. *Pluk. alm.* 340. *t.* 314. *f.* 1. *Raj. ſuppl.* 362.
*Habitat in* Canariis. ♄.

tectorum. 3. SEMPERVIVUM foliis ciliatis, propaginibus patentibus.
Sempervivum foliis radicalibus carnoſis ciliatis, caulinis imbricatis membranaceis, corymbo racemoſo reflexo. *Hort. cliff.* 179. *Fl. ſuec.* 395; 428. *Mat. med.* 222. *Roy. lugdb.* 457.
Sempervivum majus alterum ſ. Barba jovis. *Dod. pempt.* 127.
Sedum majus vulgare. *Bauh. pin.* 283.
*Habitat in* Europæ *tectis & collibus.* ♃.

4. SEM-

4. SEMPERVIVUM foliis ciliatis, propaginibus globoſis. globiferum.
Sempervivum foliis radicalibus in globum congeſtis ciliatis, propaginibus globoſis. *Hort. cliff.* 180. *Roy. lugdb.* 457.
Sedum majus vulgari ſimile, globulis decidentibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 472. *ſ.* 12. *t.* 7. *f.* 18.
Sedum vulgari magno ſimile. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 688.
*Habitat in* Rutheno. *D. Gmelin.* ♃.
*Flores flavi, nec rubri.*

5. SEMPERVIVUM foliis caule petalorumque apicibus hirtis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 273. *. hirtum.
Sedum majus montanum, foliis dentatis. *Bauh. pin.* 283. *Raj. hiſt.* 1. *p.* 688.
Cotyledon altera montana. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 63.
*Habitat in* Taurero *raſtadienſi.* ♃.
*Flores albidi ſunt, ceterum nimis affinis S. montano & globulifero.*

6. SEMPERVIVUM foliis ciliatis, propaginibus patulis. montanum.
Sedum roſulis liberis, foliis lævibus. *Hall. helv.* 393.
Sedum alpinum, rubro magno flore. *Bauh. pin* 284.
Sedum majus montanum, foliis non dentatis, floribus rubentibus. *Bauh. pin.* 283.
Sedum minus, flore rubente. *Beſl. eyſt. vern.* 6. *t.* 8. *f.* 2.
*Habitat in rupibus* Helvetiæ. ♃.

7. SEMPERVIVUM foliis pilis intertextis, propaginibus globoſis. arachnoideum.
Sempervivum foliis radicalibus in globum congeſtis: villis reticulatim connexis. *Hort. cliff.* 180. *. *Roy. lugdb.* 457.
Sempervivum rubrum montanum gnaphaloides. *Col. ecphr.* 1. *p.* 292. *t.* 291.
Sedum montanum tomentoſum. *Bauh. pin.* 284.
*Habitat in Alpibus* Italiæ, Helvetiæ, Pyrenæis. ♃.

*Claſſis XII.*

# ICOSANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### CACTUS.

* EchinoMelocacti *ſubrotundi.*

mammillaris. 1. CACTUS ſubrotundus tectus tuberculis ovatis barbatis. *Hort. cliff.* 181. *Hort. upſ.* 119. *Roy lugdb.* 278.
EchinoMelocactus minor lacteſcens, tuberculis ſ. mammillis majoribus. *Herm. par.* 136. *t.* 136.
Ficoides ſ. Melocactus mammillaris glabra ſulcis carens fructum ſuum undique fundens. *Pluk. alm.* 148. *t.* 29. *f.* 1.
Ficoides ſ. Ficus americana ſphærica tuberculata lacteſcens, flore albo. *Comm. hort.* 1. *p.* 105. *t.* 55. *Bradl. ſucc.* 3. *p.* 11. *t.* 29.
*Habitat in* Americæ *calidioris rupibus.* ♄.
*Conſ.* Melocactus minimus lanuginoſus & tuberoſus. *Plum. ſpec.* 19. *ic.* 201. *f.* 1.
Ficoides ſ. Melocactus minima lanuginoſa, ſpinis mitioribus, fructu ſpartim egrediente. *Pluk. alm.* 148. *t.* 29. *f.* 2.

Melocactus. 2. CACTUS ſubrotundus quatuordecim-angularis. *Hort. cliff.* 181. *Hort. upſ.* 119. *Roy. lugdb.* 279.
Cactus humilis ſubrotundus ſulcatus & coronatus, ſpinis confertis. *Brown. jam.* 238.
Melocactus indiæ occidentalis. *Bauh. pin.* 384.
EchinoMelocactus. *Cluſ. exot.* 92. *t.* 92. *Bradl. ſucc.* 4. *p.* 9. *t.* 32.
*Habitat in* Jamaica, America *calidiore.* ♄.

* * Cerei *angulati erecti.*

heptagonus. 3. CACTUS erectus oblongus ſeptemangularis. *Hort. cliff.* 181. *. *Roy. lugdb.* 279.
*Habitat in* America. ♄.
*Hiſtoria* Cactorum angulatorum 3—14, *quorum plurimas ſpecies Plumier in iconibus ſiſtit, etiamnum* ob-

*obſcura permanſit, quam itaque attenti per Indias peregrinatores graphice deſcribant.*

4. CACTUS quadrangularis longus erectus: angulis compreſſis. *Hort. cliff.* 181. *Hort. upſ.* 119. *Roy. lugdb.* 280. tetragonus.
Cereus erectus minor, fructu ſpinoſo, coſtarum numero varians. *Herm. par.* 117.
*Habitat in* Curacao, America *calidiore.* ♄.

5. CACTUS erectus ſexangularis longus. *Hort. cliff.* 181. *Hort. upſ.* 119. *Roy. lugdb.* 279. hexagonus.
Cereus ſurinamenſis. *Eph. N. C.* 3. *p.* 394. *t.* 7, 8.
Cereus erectus altiſſimus ſurinamenſis. *Herm. par.* 116. *Raj. dendr.* 23.
Cereus erectus maximus americanus hexangularis, flore albo radiato. *Bradl. ſucc.* 1. *p.* 1. *t.* 1.
Melocactus monoclonos, flore albo, fructu atropurpureo. *Plum. ſpec.* 19. *ic.* 191?
*Habitat* Surinami. ♄.

6. CACTUS ſubquinquangularis erectus longus articulatus. *Hort. cliff.* 182. *. *Roy. lugdb.* 280. pentagonus.
*Habitat in* America.

7. CACTUS erectus longus octangularis: angulis compreſſis undatis, ſpinis lana longioribus. *Hort. cliff.* 182. *Roy. lugdb.* 279. repandus.
Cactus erectus cylindraceus ſulcatus tenuior ſummitate attenuatus, aculeis confertis. *Brown. jam.* 238.
Cereus altiſſimus gracilior, fructu extus luteo, intus niveo ſeminibus nigris pleno. *Sloan. jam.* 197. *hiſt.* 2. *p.* 158. *Raj. dendr.* 22. *Trew. ehret. t.* 14.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

8. CACTUS erectus longus ſubnovemangularis: angulis obſoletis, ſpinis lana brevioribus. *Hort. cliff.* 182. *Roy. lugdb.* 279. lanuginoſus
Cereus curaſſavicus erectus maximus, fructu rubro non ſpinoſo, lanugine flaveſcente. *Herm. par.* 115. *t.* 115.
*Habitat in* Curacao. ♄.

9. CACTUS erectus longus ſuboctangularis: angulis obtuſis. *Hort. cliff.* 181. *Hort. upſ.* 120. *Roy. lugdb.* 279. peruvianus.

Ca-

Cactus cylindraceus erectus ſulcatus major ſummitate obtuſus, aculeis confertis. *Brown. jam.* 238.
Cereus erectus, fructu rubro non ſpinoſo. *Herm. par.* 114.
Cereus peruvianus ſpinoſus, fructu rubro nucis magnitudine. *Bauh. pin.* 458.
Euphorbii arbor cerei effigie. *Lob. ic.* 2. *p.* 25.
*Habitat in* Jamaicæ, Peru *apricis aridis maritimis.* ♄.

Royeni. 10. CACTUS erectus articulatus ſub-decangularis: articulis ſubovatis, ſpinis lanam æquantibus. *Roy. lugdb.* 279.
*Habitat in* America. ♄.

* * * Cerei *repentes radiculis lateralibus.*

grandiflorus 11. CACTUS repens ſubquinquangularis.
Cactus ſcandens, angulis quinque pluribusque obtuſis. *Hort. cliff.* 182. *Hort. upſ.* 121. *. *Roy. lugdb.* 280.
Cereus ſcandens minor polygonus articulatus. *Mill. icon. t.* 90.
Cereus gracilis ſcandens ramoſus plerumque ſexangularis, flore ingenti atque fragranti. *Trew. ehr. t.* 31, 32. *E. N. C.* 1752. *v.* 9. *app.* 184. *t.* 11, 12, 13.
Cereus americanus major articulatus, flore maximo nocte ſe aperiente ſ. ſuaviſſimum odorem ſpirante. *Volk. heſp.* 1. *p.* 133 *t* 134.
Habitat in Jamaica, Vera Cruce. ♄.

flagelliformis. 12. CACTUS repens decemangularis.
Cactus ſcandens, angulis decem obſoletis. *Hort. upſ.* 121.
Cereus minor ſcandens polygonus ſpinoſiſſimus, flore purpureo. *Ehret. ſel.* 2. *f.* 2. *Trew. ehret. t.* 30.
Ficoides americanum ſ. Cereus minima ſerpens americana. *Pluk. alm.* 148. *t.* 158. *f.* 6. *Sloan. jam.* 197. *hiſt.* 2. *p.* 158.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

paraſiticus. 13. CACTUS repens teres ſtriatus muticus.
Cactus paraſiticus inermis aphyllus ramoſus propendens, ramulis gracilibus teretibus ſtriatis. *Brown. jam.* 238.
Opuntia minima flagelliformis *Plum. ſpec.* 6. *ic.* 197. *f.* 2.
*Habitat in* America.

14. CA-

14. CACTUS repens triangularis. triangularis.
Cactus triangularis ſcandens articulatus. *Hort. cliff.* 182. *Hort. upſ.* 121. *Roy. lugdb.* 280.
Cactus debilis brachiatus æqualis triquetrus ſcandens ſ. repens, ſpinis breviſſimis confertis. *Brown. jam.* 468.
Cereus americanus triangularis radicoſus. *Bradl. ſucc.* 1. *p.* 4. *t.* 3. *E. N. C.* 1752. *v.* 9. *app.* 199. *t.* 10. *f.* 14. *E. N. C.* 1754. *v.* 9. *app.* 349. *t.* 3.
Ficoides americanum, ſ. Cereus erectus criſtatus, foliis triangularibus profunde canaliculatis. *Pluk. alm.* 147. *t.* 29. *f.* 3.
*Habitat in* Braſilia, Jamaica.

* * * * Opuntiæ *compreſſæ articulis proliferis.*

15. CACTUS articulato-prolifer, articulis globoſis ſpinoſis glomeratis. moniliformis.
Melocactus, ex plurimis globulis opuntiæ modo naſcentibus, ſpinoſiſſimus. *Plum. ſpec.* 20. *ic.* 198.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

16. CACTUS articulato-prolifer laxus, articulis ovatis, ſpinis ſetaceis. Opuntia.
Cactus compreſſus articulatus ramoſiſſimus, articulis ovatis: ſpinis ſetaceis. *Hort. cliff.* 183. *Hort. upſ.* 120. *Gron. virg.* 54. *Roy. lugdb.* 280.
Opuntia vulgo herbariorum. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 154. *Mill. ic.* 191.
Ficus indica, folio ſpinoſo, fructu majore. *Baub. pin.* 458.
*Habitat in* America, Peru, Virginia, *nunc in* Hiſpania, Italia, Luſitania. ♄. ♃.

17. CACTUS articulato-prolifer, articulis ovato-oblongis, ſpinis ſetaceis. Ficus indica.
Cactus compreſſus articulatus ramoſus, articulis ovato-oblongis, ſpinis ſetaceis. *Hort. cliff.* 183. *Hort. upſ.* 120. *Roy. lugdb.* 280.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.

18. CACTUS articulato-prolifer, articulis ovato-oblongis, ſpinis ſubulatis. Tuna.
Cactus compreſſus articulatus ramoſus, articulis ovato-oblongis, ſpinis ſubulatis. *Hort. cliff.* 183. *Hort. upſ.* 120. *Roy. lugdb.* 280.

Cactus brachiatus articulatus, articulis oblongo-ovatis compreſſis, caudice tereti erecto ferociſſimo, aculeis brachiorum brevibus confertis. *Brown. jam.* 237.

Tuna major, ſpinis validis flavicantibus, flore gilvo. *Dill. elth.* 396. *t.* 295. *f.* 238.

Opuntia major, folio oblongo rotundo: ſpinis longis & validiſſimis, flore luteo. *Sloan. jam.* 103. *hiſt.* 2. *p.* 149. *t.* 224. *f.* 1.

*Habitat in* Jamaica & America *calidiore.* ♄.

cochinillifer 19. CACTUS articulato-prolifer, articulis ovato-oblongis ſubinermibus.

Cactus compreſſus articulatus ramoſus, articulis ovato-oblongis ſubinermibus. *Hort. upſ.* 121.

Tuna mitior, flore ſanguineo, cochinillifera. *Dill. elth.* 399. *t.* 297. *f.* 383.

Ficus indica major lævis ſ. ſpinoſa vermiculos proferens. *Pluk. alm.* 146. *t.* 281. *f.* 383.

Opuntia maxima, folio oblongo rotundo majore ſpinulis nonnullis & innocentibus obſito. *Sloan. jam.* 194. *hiſt.* 2. *p.* 152. *t.* 8. *f.* 1, 2.

*Habitat in* Jamaica & America *calidiore.* ♄.

curaſſavicus 20. CACTUS articulato-prolifer, articulis cylindrico-ventricoſis compreſſis.

Cactus tereti-compreſſus articulatus ramoſus. *Hort. cliff.* 182. *Hort. upſ.* 120. *Roy. lugdb.* 280.

Opuntia minima americana ſpinoſiſſima. *Bradl. ſucc.* 1. *p.* 5. *t.* 4.

Ficus indica ſ. Opuntia curaſſavica minima. *Comm. hort.* 1. *p.* 107. *t.* 56.

Ficus indica ſ. Opuntia minor cauleſcens arbuſculæ in modum, ramis cineritiis, ſpinoſiſſima. *Pluk. alm.* 147. *t.* 281. *f.* 3.

*Habitat in* Curacao. ♄.

Phyllanthus 21. CACTUS prolifer enſiformi-compreſſus ſerrato-repandus.

Cactus foliis enſiformibus obtuſe ſerratis. *Hort. cliff.* 183. *Roy. lugdb.* 281.

Cactus mitis minor, ſarmento flexili rotundo, frondibus longis compreſſis crenatis, ad crenas floridis. *Brown. jam.* 237.

Cereus ſcolopendri folio brachiato. *Dill. elth.* 73. *t.* 64. *f.* 74.

Opun-

Opuntia non ſpinoſa minima cauleſcens, foliis piloſis ſtrictiſſimis e crenis foliorum florem proferens. *Sloan. jam.* 216. *hiſt.* 2. *p.* 159.
Phyllanthos americana, ſinuoſis foliis longis. *Pluk. alm.* 296. *t.* 247. *f.* 5.
Ficus ſ. Opuntia non ſpinoſa, ſcolopendriæ folio ſinuato. *Raj. dendr.* 21.
*Habitat in* Braſilia, Surinamo, America *meridionali.* ♄.

22. CACTUS caule tereti arboreo: aculeis geminis recurvis, foliis lanceolato-ovatis. *Hort. upſ.* 122. Pereſkia.
Cactus ſarmentoſus foliatus ſpinoſus, ſpinis geminis recurvis, foliis mollibus ovatis. *Brown. jam.* 237.
Pereſkia. *Hort. cliff.* 122. *Roy. lugdb.* 281
Pereſkia aculeata, flore albo, fructu flaveſcente. *Plum. gen.* 37. *Dill. elth.* 305. *t.* 227. *f.* 294.
Malus americana ſpinoſa, portulacæ folio, fructu folioſo, ſemine reniformi ſplendente. *Comm. hort.* 1. *p.* 135. *t.* 70.
Portulaca americana latifolia ad foliorum ortum lanugine obducta, longioribus aculeis horrida. *Pluk. alm.* 135. *t.* 215. *f.* 6.
Groſſulariæ fructu majore arbor ſpinoſa, fructu folioſo viridi-albicante. *Sloan. jam.* 165. *hiſt.* 2. *p.* 86. *Raj. dendr.* 27.
*Habitat in* America *calidiore*, Jamaica, Margaretha. ♄.

23. CACTUS caule tereti arboreo ſpinoſo, foliis cuneiformibus retuſis. portulacifolius.
Opuntia arbor ſpinoſiſſima, foliis portulacæ cordatis. *Plum. ſpec.* 6. *ic.* 197. *f.* 1.
*Habitat in* America *calidiore.* ♄.
*Fructus hujus minime foliis adſperſus, uti præcedentis.*

## PHILADELPHUS.

1. PHILADELPHUS foliis ſubdentatis. coronarius.
Philadelphus. *Hort. cliff.* 188. *Hort. upſ.* 122.
Syringa alba ſ. Philadelphus athenæi. *Bauh. pin.* 399.
Frutex coronarius. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 55.
*Habitat* Veronæ? ♄.
Flos *primarius quinquefidus calyce, corolla, piſtillo, capſula. Phil. bot.* 178. *Petala æſtivantia obvolutâ cum ſole. Gemmis caret.*

inodorus. 2. PHILADELPHUS foliis integerrimis. *Mill. dict.* 2.
Philadelphus flore albo majore inodoro. *Catesb. car.* 2. *p.* 84. *t.* 84.
*Habitat in* Carolina. ♄.

## PSIDIUM.

pyriferum. 1. PSIDIUM foliis lineatis obtuſiuſculis, pedunculis unifloris.
Pſidium caule quadrangulo. *Hort. cliff.* 184. *Fl. zeyl.* 192.
Guajava foliorum angulis quadrangulis, fructu oblongo. *Trew. ehr. t.* 43.
Guajava alba dulcis. *Comm. hort.* 1. *p.* 121. *t.* 63. *Mer. ſurin.* 19. *t.* 19.
Guajavos fructu pallido dulci. *Burm. zeyl.* 112.
Cujavus domeſtica. *Rumph. amb.* 1. *p.* 140. *t.* 47.
Pela. *Rheed. mal.* 3. *p.* 31. *t.* 34.
*Habitat in* Indiis. ♄.

pomiferum. 2. PSIDIUM foliis lineatis acuminatis, pedunculis trifloris.
Guajava alba acida, fructu rotundiore. *Pluk. alm.* 181. *t.* 193. *f.* 4.
Guajabo pomifera indica: pomis rotundis. *Bauh. pin.* 437.
Cujavus agreſtis. *Rumph. amb.* 1. *p.* 142. *t.* 4. *Mer. ſurin.* 57. *t.* 57.
Malacca pela. *Rheed. mal.* 3. *p.* 33. *t.* 35.
*Habitat in* Indiis. ♄.

## EUGENIA.

malaccenſis. 1. EUGENIA foliis integerrimis, pedunculis ramoſis lateralibus. *Fl. zeyl.* 187.
Perſici oſſiculo fructus malaccenſis rubens. *Bauh. pin.* 441.
Jamboſa domeſtica. *Rumph. amb.* 1. *p.* 121. *t.* 37, 38.
Nati-ſchambu. *Rheed. mal.* 1. *p.* 29. *t.* 18. *Raj. hiſt.* 1748.
*Habitat in* India. ♄.

Jambos. 2. EUGENIA foliis integerrimis, pedunculis ramoſis terminalibus. *Fl. zeyl.* 188. *.
Perſici oſſiculo fructus malaccenſis ex candido rubeſcens. *Bauh. pin.* 441.

Jam-

Jamboſa ſylveſtris alba. *Rumph. amb.* 1. *p* 127. *t.* 39.
Malacca ſchambu. *Rheed. mal.* 1. *p* 27. *t.* 17. *Raj. hiſt.* 1478.
*Habitat in* India. ♄.

3. EUGENIA foliis integerrimis, pedunculis unifloris lateralibus. *Fl. zeyl.* 189. uniflora.
Eugenia. *Roy. lugdb.* 265.
Eugenia indica, myrti folio deciduo, flore albo, fructu ſuave rubenti molli leviter ſulcato & odoro. *Mich gen.* 226. *t.* 108.
Myrtus indica, foliis rigeſcentibus latis ac recurvis parum odoratis. *Till. piſ.* 117. *t.* 44.
*Habitat in* India. ♄.

4. EUGENIA foliis crenatis, pedunculis terminalibus, pomis oblongis acutangulis. *Fl. zeyl.* 190. *. acutangula.
Butonica terreſtris rubra. *Rumph. amb.* 3. *p.* 181. *t.* 115.
Tſieria-ſamſtravadi. *Rheed. mal.* 4. *p.* 51. *t.* 7. *Raj. hiſt.* 1480.
*Habitat in* India. ♄.

5. EUGENIA foliis crenatis, racemis longiſſimis, pomis ovatis. *Fl. zeyl.* 191. *. racemoſa.
Butonica ſylveſtris alba. *Rumph. amb.* 3. *p.* 181. *t.* 116.
Samſtravadi ſ. Caibatſiumbu. *Rheed. mal.* 4. *p.* 11. *t.* 16. *Raj. hiſt.* 1479.
*Habitat in* India. ♄.

## MYRTUS.

1. MYRTUS floribus ſolitariis: involucro diphyllo. *Hort. cliff.* 42. *Hort. upſ.* 123. *Mat. med.* 224. *Roy. lugdb.* 269. communis.
α. Myrtus foliis ovatis, pedunculis longioribus. *Mill. dict.* *t.* 184. *f.* 1. romana
Myrtus latifolia romana. *Bauh. pin.* 468.
β. Myrtus foliis ovatis, baccis rotundioribus. *Mill. dict.* tarentina.
Myrtus minor vulgaris. *Bauh. pin.* 469.
γ. Myrtus foliis ovato-lanceolatis acutis, ramis rectioribus. *Mill. dict.* italica.
Myrtus communis italica. *Bauh. pin.* 468.
δ. Myrtus foliis ovato-lanceolatis confertis. *Mill. dict.* baetica.

Myrtus latifolia bœtica 2. *Bauh. pin.* 469. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 65.

*luſitanica.* ε. Myrtus foliis lanceolato-ovatis acutis. *Mill. dict.*
Myrtus ſylveſtris, foliis acutiſſimis. *Bauh. pin.* 469. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 66. *f.* 1.

*belgica.* ζ. Myrtus foliis lanceolatis acuminatis. *Mill. dict.*
Myrtus latifolia belgica. *Bauh. pin.* 469.

*mucronata.* η. Myrtus foliis lineari-lanceolatis acuminatis. *Mill. dict.*
Myrtus foliis minimis & mucronatis. *Bauh. pin.* 469. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 67.
*Habitat in* Europa *auſtrali*, Aſia, Africa. ♄

braſiliana. 2. MYRTUS floribus ſolitariis, pedunculis nudis, petalis ſubciliatis.
Myrtus pomifera latiſſimis foliis. *Plum. ſpec.* 18. *ic.* 207. *f.* 1. (*ob petala ciliata*).
Philadelphus arboreſcens, foliis myrtinis nitidis oppoſitis, ramulis gracilibus, pedunculis bipartitis alaribus. *Brown. jam.* 240.
Myrti folio arbor, cortice argenteo, foliis oblongis ad baſin latioribus inodoris. *Sloan. jam.* 162. *hiſt.* 2. *p.* 78. *t.* 187. *f.* 3. *Raj. dendr.* 35.
Arbor braſiliana, myrti laureæ foliis inodoris. *Comm. hort.* 1. *p.* 173. *t.* 89.
*Habitat in* Braſilia. *D. Wachend.* ♄.
Folia *ovata*, *obtuſa*, *petiolata*, *glabra*, *oppoſita.* Flores *ſolitarii*, *axillares*, *pedunculati*, *pedunculo aphyllo.* Corollæ *petala* 4. *ſ.* 5, *lacero-ciliata*, *obverſe ovata*, *concava*, *reflexa.* Stamina *circiter* 40.

biflora. 3. MYRTUS pedunculis bifloris, foliis lanceolatis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 398. *.
Caryophyllus fruticoſus, foliis lanceolatis oppoſitis, floribus geminatis alaribus. *Brown. jam.* 248. *t.* 25. *f.* 3.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

lucida. 4. MYRTUS pedunculis ſubtrifloris, foliis ſubſeſſilibus lanceolatis attenuatis.
*Habitat* Surinami. *Rolander.* ♄.
Folia *ſingulari ſtructura, ex ovato ad modum attenuata in apicem lanceolatum.* Flores *pentapetali.*

cumini. 5. MYRTUS pedunculis multifloris, foliis lanceolato-ovatis. *Fl. zeyl.* 185. *.

Jam-

Jamboſa ceramica. *Rumph. amb.* 1. *p.* 130. *t.* 41.
*Habitat in* Zeylona. ♄.

6. MYRTUS pedunculis trichotomo-paniculatis, foliis oblongis floribus dioicis. dioica.
*Habitat in* America. *Miller.* ♄.
Folia *oppoſita, lanceolato-ovata, craſſa.* Pedunculi *axillares & terminales, brachiato-paniculati, longitudine foliorum.* Petala *pauca.*

7. MYRTUS pedunculis dichotomis paniculatis tomentoſis, foliis geminis ſubovatis terminalibus. *Amæn. acad.* 5. *p.* 398. *. Chytraculia.
Chytraculia arborea, foliis ovatis glabris oppoſitis, racemis terminalibus. *Brown. jam.* 239. *t.* 37. *f.* 2.
*Pluk. phyt.* 274. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

8. MYRTUS pedunculis multifloris, foliis geminis ſubovatis terminalibus, ramis dichotomis. *Amæn. acad.* 5. *p.* 398. *. Zuzygium.
Zuzygium fruticoſum, foliis ovatis nitidis & ramulis ubique jugatis. *Brown. jam.* 240. *t.* 7. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaica. ♄.

9. MYRTUS pedunculis multifloris, foliis ovatis ſubpetiolatis. zeylanica.
Myrtus foliis ovatis acuminatis obtuſiuſculis. *Fl. zeyl.* 182. *.
Myrtus zeylanica odoratiſſima, baccis niveis monococcis. *Herm. lugdb.* 434. *t.* 435.
Myrtoides foliis ovatis. *Hort. cliff.* 489. *Roy. lugdb.* 535.
*Habitat in* Zeyl[illegible] ♄.

10. MYRTUS pedunculis trifido-multifloris, foliis ſubovalibus ſeſſilibus. *Fl. zeyl.* 184. *. androſæmoides.
*Habitat in* Zeylona. ♄.

11. MYRTUS pedunculis trifido-multifloris, foliis obovatis. *Fl. zeyl.* 183. *Mat. med.* 225. caryophyllata.
Caryophyllus aromaticus ind. occid. foliis & fructu rotundis. *Pluk. alm.* 188. *t.* 155. *f.* 3.
*Habitat in* Zeylona. ♄.

Pimenta. 12. MYRTUS foliis alternis. *Fl. zeyl.* 186. *Mat. med.* 225.
Myrtus calycibus abſque appendiculis. *Hort. cliff.* 501.
Myrtus foliis oblongo-ovatis glabris alternis, racemis terminalibus & lateralibus. *Brown. jam.* 247.
Myrtus arborea aromatica, foliis laurinis. *Sloan. jam.* 161: *hiſt.* 2. *p.* 76. *t.* 191. *f.* 1.
Caryophyllus foliis oblongo-ovatis alternis, racemis terminalibus & lateralibus. *Brown. jam.* 247.
Caryophyllus aromaticus americanus, lauri acuminatis foliis, fructu orbiculari. *Pluk. alm.* 88. *t.* 155. *f.* 4.
*Habitat in* India. ♄.

Leucadendra. 13. MYRTUS baccis ſeſſilibus urceolatis, foliis lanceolatis. †.
Arbor alba. *Rumph. amb.* 2. *p.* 72. *t.* 16, 17.
*Habitat in* Amboina. ♄.

## PUNICA.

Granatum. 1. PUNICA foliis lanceolatis, caule arboreo. *Hort. cliff.* 134. *Hort. upſ.* 122. *Mat. med.* 223. *Roy. lugdb.* 267. *Gron. orient.* 144.
Malus punica ſylveſtris. *Bauh. pin.* 438.
Malus punica ſativa. *Bauh. pin.* 438.
Malus punica. *Cam. epit.* 130, 131.
β. Balauſtia flore pleno majore & minore. *Bauh. pin.* 438.
*Habitat in* Hiſpania, Italia, Mauritania, *ſolo cretaceo.* ♄.

[illegible]ana. 2. PUNICA foliis linearibus, caule fruticoſo. *Mill. dict.* †.
Punica americana nana ſ. humillima. *Tournef. inſt.* 636.
*Habitat in* Antillis. ♄.

## AMYGDALUS.

Perſica. 1. AMYGDALUS foliorum ſerraturis omnibus acutis, floribus ſeſſilibus ſolitariis. *Hort. cliff.* 189. *Hort. upſ.* 123. *Mat. med.* 230. *Roy. lugdb.* 267.
Perſica molli carne & vulgaris. *Bauh. pin.* 440.
Perſica rubra. *Cam. epit.* 145.
β. Nuciperſica, quæ nucum juglandium faciem repræſentat. *Bauh. pin.* 440. *Raj. hiſt.* 1516.
*Habitat* - - - ♄.

Germ. Pfirsche. Angl. Peaches. Gall. Pêches. Bat. Perziken.
Germ. Nuss-pfirsche. Gall. Brugnons.

Flo-

Flores *ſeſſiles*, *gemmales*, *ſolitarii*. Folia *e gemma terminali*, *nec infra flores*.

2. AMYGDALUS foliis ſerraturis infimis glanduloſis, floribus ſeſſilibus geminis. *Hort. cliff.* 186. *Hort. upſ.* 123. *Mat. med.* 229. *Roy. lugdb.* 267. *Gron. orient.* 146. communis.
Amygdalus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 442.
β. Amygdalus ſativa. *Bauh. pin.* 441.
Amygdalus. *Dod. pempt.* 798.
γ. Amygdalus amara. *Tournef. inſt.* 627.
*Habitat in* Mauritaniæ *ſepibus*. ♄.
Flores *gemmales*, *ſeſſiles ſ. ſubſeſſiles*, *ſæpius bini*. Folia *e gemmis infra & ſupra flores locatis*.

3. AMYGDALUS foliis baſi attenuatis. *Hort. cliff.* 186 *Hort. upſ.* 124. *Roy. lugdb.* 267. nana.
Amygdalus indica nana. *Pluk. alm.* 28. *t.* 11. *f.* 3. *Mill. dict. t.* 28. *f.* 2.
Armeniaca perſicæ foliis, fructu exſucco. *Amm. ruth.* 273. *t.* 30.
*Habitat in* Aſia *ſeptentrionali*.

## PRUNUS.

1. PRUNUS floribus racemoſis, foliis deciduis baſi ſubtus biglanduloſis. Padus.
Padus glandulis duabus baſi foliorum ſubjectis. *Hort. cliff.* 185. *Fl. ſvec.* 396; 431. *Roy. lugdb.* 269. *Hall. helv.* 397.
Padus foliis annuis. *Fl. lapp.* 198.
Ceraſus racemoſa ſylveſtris, fructu non eduli. *Bauh. pin.* 451.
*Habitat in* Europa. ♄.
Racemi *foliacei infra folia*. Petala *ſerrata ut in ſequenti*, *nec emarginata ut in Ceraſo*.

2. PRUNUS floribus racemoſis, foliis deciduis baſi antice glanduloſis. virginiana.
Ceraſus ſylveſtris, fructu nigricante in racemis longis pendulis phytolaccæ inſtar congeſtis. *Gron. virg.* 54. *Roy lugdb.* 537.
Ceraſus latiore folio, fructu racemoſo purpureo majore. *Catesb. car.* 2. *p.* 94. *t.* 94.
*Habitat in* Virginia, Carolina. ♄.

Padi progenies, *ſed verrucæ in ramis duplo majores.* Petioli *antice ad apicem binis paribus glandularum.* Folia *minus ſubtus reticulata & fere glabra.* Petala *orbiculata, nec obovata.* Fructus *quadruplo majores rubri.*

canadenſis. 3. PRUNUS floribus racemoſis, foliis lato-lanceolatis rugoſis utrinque pubeſcentibus.
Ceraſus pumila canadenſis, oblongo anguſto folio, fructu parvo. *Duham arb.* 1. *p.* 149.
Ceraſus racemoſa, foliis amydalinis, americana. *Pluk. alm.* 97. *t.* 158. *f.* 4.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ♄.
Rami *læves.* Folia *lato-lanceolata absque glandulis, venoſo-rugoſa, minusque rigida quam in reliquis, argute ſerrata, utrinque viridia, ad tactum manifeſte villoſa, & baſi in petiolum deſinentia.*

luſitanica. 4. PRUNUS floribus racemoſis, foliis ſempervirentibus eglanduloſis. *Mill. ic.* 131. *t.* 196. *f.* 1.
Padus foliis glandula deſtitutis. *Vir. cliff.* 42. *Hort. upſ.* 126. *Roy. lugdb.* 269.
Padus foliis ſempervirentibus ovatis. Hort. *cliff.* 185.
LauroCeraſus luſitanica minor. *Dill. elth.* 193. *t.* 159. *f.* 193.
*Habitat in* Luſitania, Penſylvania. ♄.

LauroCeraſus. 5. PRUNUS floribus racemoſis, foliis ſempervirentibus dorſo biglanduloſis.
Padus glandulis duabus dorſo foliorum innatis. *Vir. cliff.* 42. *Hort. upſ.* 126. *Roy. lugdb.* 269.
Padus foliis ſempervirentibus lanceolato-ovatis. *Hort. cliff.* 185.
Ceraſus folio laurino. *Bauh. pin.* 450.
Laurocerafus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 4. *Cam. hort. t.* 23.
*Habitat in* Trapezunte, *unde in* Europam *venit* 1576. ♄.

Mahaleb. 6. PRUNUS floribus corymboſis, foliis ovatis.
Ceraſus foliis ovatis. *Vir. cliff.* 43. *Hort. upſ.* 125. *Hall. helv.* 360. *Roy. lugdb.* 268. crenatis. *Hort. cliff.* 487.
Ceraſo affinis. *Bauh. pin.* 451.
Mahaleb. *Cam. epit.* 91.
*Habitat in* Helvetia. ♄.

Folia

Folia *conduplicata*, *ovata*, *obtuſa*, *crenata*. Stipulæ *crenatæ dentibus fuſcis*. Corymbus *convexus*. Bracteæ *breviſſimæ*, *obtuſiſſimæ*, *ſerratæ*.

7. PRUNUS floribus ſeſſilibus, foliis ſubcordatis. Armeniaca.
Prunus foliis ovato-cordatis. *Hort. cliff.* 186. *Hort. upſ.* 124. *Roy. lugdb.* 268.
Mala Armeniaca majora. *Bauh. pin.* 442.
Mala Armeniaca majora, nucleo dulci. *Bauh. pin.* 442.
β. Malus Armeniaca minor. *Bauh. pin.* 442.
*Habitat* - - - -
*Folia vernantia convoluta.*

8. PRUNUS floribus ſeſſilibus, foliis ovato-oblongis. ſibirica.
Armeniaca betulæ folio & facie, fructu exſucco. *Amm. ruth.* 272. *t.* 29.
*Habitat in* Sibiria.
*An hæc ſatis diſtincta a precedenti?*

9. PRUNUS umbellis ſubſeſſilibus, foliis ovato-lanceolatis conduplicatis glabris. Ceraſus.
Ceraſus foliis ovato-lanceolatis. *Vir. cliff.* 43. *Hort. upſ.* 125. *Mat. med.* 233. *Roy. lugdb.* 267. *Hall. helv.* 356.
α. Ceraſus ſativa rotunda rubra & acida. *Bauh. pin.* 449. *caproniana*
β. Ceraſus hortenſis, flore roſeo. *Bauh. pin.* 450. *roſea.*
γ. Ceraſus hortenſis, flore pleno. *Bauh. pin.* 450. *plena.*
δ. Ceraſa alba dulcia. *Bauh. pin.* 450. *dulcis.*
ε. Ceraſa carne tenera & aquoſa. *Bauh. pin.* 450. *juliana.*
η. Ceraſus acidiſſima ſanguineo ſucco. *Bauh. pin.* 450. *auſtera.*
ϑ. Ceraſus pumila. *Bauh. pin.* 450. *pumila.*
ι. Ceraſus racemoſa hortenſis. *Bauh. pin.* 450. *avium.*
κ. Ceraſa ſativa majora. *Bauh. pin.* 450. *Bigarella.*
λ. Ceraſa craſſa carne dura. *Bauh. pin.* 450. *Duracina.*
μ. Ceraſus hortenſis, flore pleno. *Bauh. pin.* 450. *Mill. dict. t.* 89. *f.* 1.
*Habitat in* Europa. ♄.
Folia *conduplicata*. Stipulæ *dentatæ*. Bracteæ *trifidæ*, *ſerratæ: intermedia foliacea*. Gemmæ *terminales folioſæ*, *laterales floriferæ*.

avium. 10. PRUNUS umbellis ſeſſilibus, foliis ovato lanceolatis conduplicatis ſubtus pubeſcentibus. *Fl. ſvec.* 2. *p.* 474. *Hudſ. angl.* 187.
Ceraſus ſylveſtris, fructu nigro & rubro. *Bauh. hiſt.* 1. *p.*
Ceraſus major ſ. ſylveſtris, fructu ſubdulci nigro colore inficiente. *Bauh. pin.* 1539.
Ceraſus ſylveſtris ſeptentrionalis anglica, fructu rubro parvo ſerotino.
*Habitat in* Europa *borealiore.* ♄.
*Noſtra fructu rubro, nec nigro; horæo nec oporino eſt; magnitudine certat cum Quercu.*

domeſtica. 11. PRUNUS pedunculis ſubſolitariis, foliis lanceolato-ovatis convolutis, ramis muticis.
Prunus inermis, foliis lanceolato-ovatis. *Hort. cliff.* 186. *Hort. upſ.* 124. *Mat. med.* 232. *Roy. lugdb.* 268.
Prunus ſylveſtris fructu majore. *Vaill. pariſ.* 140.
Prunus. *Bauh. pin.* 443.
Damaſcena. β. Pruna majora dulcia & parva atro-cærulea. *Bauh. pin.* 443. *n.* 23.
hungarica. γ. Pruna magna craſſa ſubacida. *Bauh. pin.* 443.
juliana. δ. Pruna oblonga cærulea. *Bauh. pin.* 443.
perdigona. ε. Pruna nigra, carne dura. *Bauh. pin.* 443.
cerea. ζ. Pruna coloris ceræ ex candido in luteum palleſcente. *Bauh. pin.* 443.
acinaria. η. Pruna magna rubra rotunda. *Bauh. pin.* 443.
maliformis. θ. Pruna rotunda flava dulcia mali amplitudine. *Bauh. pin.* 443.
auguſtana. ι. Pruna auguſto matureſcentia minora & anguſtiora. *Bauh. pin.* 443.
præcox. . Pruna parva præcocia. *Bauh. pin.* 443.
cereola. λ. Pruna parve ex viridi flaveſcentia. *Bauh. pin.* 443.
amygdalina. μ. Pruna amygdalina. *Bauh. pin.* 443.
g[illegible]nſis. ν. Pruneoli albi oblongiuſculi acidi. *Bauh. pin.* 443.
Brignola. ο. Pruna ex flavo rufeſcentia mixti ſaporis gratiſſima. *Bauh. pin.* 443.
myrobalan. ξ. Prunus fructu rotundo nigro-purpureo dulci. *Bauh. pin.* 444.
*Habitat in* Europæ *auſtralioris locis elevatis.* ♄.
*Folia vernantia convoluta.*

inſititia. 12. PRUNUS pedunculis geminis, foliis ovatis ſubtus villoſis convolutis, ramis ſpineſcentibus. *Amæn. acad.* 4. *p.* 273. *. *Hudſ. angl.* 186.

Pru-

Prunus ſylveſtris major. *Raj. hiſt.* 1528.
Pruna ſylveſtria præcocia. *Bauh. pin.* 444. Angl. the black bullace Tree.
*Habitat in* Germania, Anglia. ♄.

13. PRUNUS pedunculis ſolitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis ſpinoſis. *Hort. cliff.* 186. *Fl. ſvec.* 397; 432. *Mat. med.* 231. *Roy. lugdb.* 268. *Hall. helv.* 355. ſpinoſa.
Prunus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 444. *Tabern. ic.* 992.
*Habitat in* Europæ *collibus apricis.* ♄.

## CHRYSOBALANUS.

1. CHRYSOBALANUS. *Jacq. amer.* 23. *hiſt. t.* 94. Icaco.
α. Icaco fructu ex albo rufeſcente. *Plum. gen.* 44. *ic.* 158.
β. Icaco fructu nigro. *Plum. gen.* 44.
γ. Icaco fructu purpureo. *Plum. gen.* 44.
δ. Chryſobalanus fruticoſus, foliis orbiculatis alternis, floribus laxe racemoſis. *Brown. jam.* 250. *t.* 17. *f.* 5.
*Habitat in* America *meridionali.* ♄.
Species *an una vel plures vix dixero, quum tantum unica mihi viſa* δ, *quæ caule ſcabro non eſt, ſed* Folia *alterna, ſubrotunda, integerrima, ſubemarginata.* Flores *paniculati:* Pedunculis *exterius rotundatis, interius planis.*

# *DIGYNIA.*

## CRATÆGUS.

1. CRATÆGUS foliis ovatis inæqualiter ſerratis ſubtus tomentoſis. *Hort. cliff.* 187. *Fl. ſvec.* 398; 433. *Vir. cliff.* 43. *Mat. med.* 234. *Roy. lugdb.* 271. *Sauv. monſp.* 306. Aria.
Alni effigie, lanato folio major. *Bauh. pin.* 452.
Aria. *Dalech. hiſt.* 202.
Sorbus alpina. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 65.
β. Cratægus inermis, foliis ellipticis ſerratis transverſaliter ſinuatis ſubtus villoſis. *Fl. lapp.* 199. *ſuecica.*
Sorbus ſylveſtris anglica. *Raj. hiſt.* 1459.
*Habitat in* Europæ, Helvetiæ *frigidis:* β. *in* Svecia, Anglia. ♄.

2. CRATÆGUS foliis cordatis ſeptangulis: lobis infimis divaricatis. torminalis.

Cratægus foliis cordatis acutis: lacinulis acutis ſerratis. *Hort. cliff.* 187. *Roy. lugdb.* 271. *Sauv. monſp.* 286.
Sorbus torminalis & Cratægus theophraſti. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 63.
Sorbus torminalis. *Cam. epit.* 162. *Edw. av.* 212.
Meſpilus, apii folio, ſylveſtris non ſpinoſa ſ. Sorbus torminalis. *Bauh. pin.* 454.
*Habitat in* Anglia, Germania, Helvetia, Burgundia. ♄.

coccinea. 3. CRATÆGUS foliis ovatis repando-angulatis ſerratis glabris. *Hort. cliff.* 187. *Hort. upſ.* 126. *Gron. virg.* 54. *Roy. lugdb.* 272.
Meſpilus foliis cordatis ovatis acuminatis, marginibus acute ſerratis, ramis ſpinoſis. *Mill. dict. t.* 179.
Meſpilus, apii folio, virginiana ſpinis horrida, fructu amplo coccineo. *Pluk. alm.* 249. *t.* 46. *f.* 4.
Meſpilus virginiana, colore rutilo. *Bauh. pin.* 453.
Meſpilus ſpinoſa ſ. Oxyacantha virginiana maxima. *Angl. hort.* 49. *t.* 13. *f.* 1.
Oxyacantha ſpina ſancta dicta. *Raj. hiſt.* 1799.
*Habitat in* Virginia, Canada. ♄.
*Variat cum validis ſpinis lateralibus & absque ſpinis.* Stipulæ *lineares.* Folia *baſi ſubcuneiformia: gemmea obovata, uti ſtipulæ & petioli glanduloſo-ciliata.*

Crus galli. 4. CRATÆGUS foliis lanceolato-ovatis ſerratis glabris, ramis ſpinoſis. *Kalm. it.* 1. *p.* 244.
Meſpilus foliis lanceolatis ſerratis, ſpinis robuſtioribus, floribus corymboſis. *Mill. dict. t.* 178. *f.* 2.
Meſpilus aculeata pyrifolia denticulata ſplendens, fructu inſigni rutilo, virginienſis. *Pluk. alm.* 249. *t.* 46. *f.* 1.
Meſpilus pruni foliis, ſpinis longiſſimis fortibus, fructu rubro magno. *Clayt. virg.* 55.
*Habitat in* Virginia. ♄.

tomentoſa. 5. CRATÆGUS foliis cuneiformi-ovatis ſerratis ſubangulatis ſubtus villoſis, ramis ſpinoſis.
Meſpilus inermis, foliis ovato-oblongis ſerratis ſubtus tomentoſis. *Gron. virg.* 55.
Meſpilus caroliniana, apii folio, vulgari ſimilis major, fructu luteo. *Trew. ehret. t.* 17.
Meſpilus virginiana, groſſulariæ foliis. *Pluk. phyt.* 100. *f.* 1.
*Habitat in* Virginia. ♄.

6. CRA-

6. CRATÆGUS foliis lanceolato-ovatis ſubtrilobis ſerratis glabris, caule inermi. viridis.
Meſpilus inermis. foliis oblongis integris acuminatis ſerratis parvis utrinque viridibus. *Gron. virg.* 163.
*Habitat in* Virginia. ♄.
*Stipulæ ſemicordatæ.*

7. CRATÆGUS foliis lanceolatis ſerratis, caule inermi, corymbis ſquamoſis. indica.
*Habitat in* India. ♄.
*Frutex ramis inermibus.* Folia *late-lanceolata, obtuſe ſerrata, craſſiuſcula, petiolata.* Corymbi *terminales, pedunculis ſquamoſis, bracteis ſubulatis.*

8. CRATÆGUS foliis obtuſis ſubtrifidis ſerratis. *Hort. cliff.* 188. *Fl. ſvec.* 399; 434. *Roy. lugdb.* 272. Oxyacantha.
Meſpilus, apii folio, ſylveſtris ſpinoſa ſ. Oxyacantha. *Bauh. pin.* 454.
Oxyacantha ſ. Spina acuta. *Dod. pempt.* 751.
*Habitat in* Europæ *pratis apricis duris.* ♄.

9. CRATÆGUS foliis obtuſis ſubtrifidis ſubdentatis. Azarolus.
Meſpilus apii folio laciniato. *Bauh. pin.* 453.
Meſpilus Aronia veterum. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 67.
β. Meſpilus orientalis, apii folio, ſubtus hirſuto. *Poch. orient.* 189. *t.* 85. Aronia.
*Habitat* Florentiæ, Monſpelii. ♄.
*Differre videtur ab* Oxyacantha *ſola magnitudine, ut Sorbus domeſtica a ſylveſtri; in hac quadruplo majora omnia; ſpinæ in culta pauciores & ſæpe nullæ.*

# *TRIGYNIA.*

## SORBUS.

1. SORBUS foliis pinnatis utrinque glabris. *Hall. helv.* 250. aucuparia.
Sorbus foliis pinnatis. *Hort. cliff.* 188. *Fl. ſvec.* 400; 435. *Mat. med.* 235. *Roy. lugdb.* 274. *Gron. orient.* 151.
Sorbus ſylveſtris, foliis domeſticæ ſimilis. *Bauh. pin.* 415.
Sorbus ſylveſtris. *Cam. epit.* 161.
*Habitat in* Europæ *frigidioribus*, Libano. ♄.

2. SOR-

hybrida. 2. SORBUS foliis ſemipinnatis ſubtus tomentoſis.
Cratægus fennica. *Fl. ſvec. 2. n. 433. γ.*
*Habitat in* Gotlandia. ♄.
*Nova arbor e Cratægo Aria β. & Sorbo Aucuparia, ſed ſpeciem diſtinctam propagans.* Folia *pinnata, at extima foliola confluunt in unum, textura Ariæ. Sapor medius ex dulci aceſcens.*

domeſtica. 3. SORBUS foliis pinnatis ſubtus villoſis. *Hall. helv.* 351.
Sorbus ſativa. *Bauh. pin.* 415. *Edw. av. t.* 211.
Sorbus legitima. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 10.
*Habitat in* Europæ *calidioribus.* ♄.
*Fructus magnitudine minoris pomi Mali.*

## SESUVIUM.

Portulacaſtrum. 1. SESUVIUM. *Jacq. hiſt. t.* 95.
Portulaca foliis lanceolatis convexis, pedunculis unifloris. *Sp. pl.* 1. *p.* 446. *Læfl. it.* 191. *.
Portulaca curaſſavica, anguſto longo lucidoque folio, procumbens, floribus rubris. *Pluk. alm.* 303. *t* 216. *f.* 1. *Herm. par.* 212. *t.* 212.
Portulaca marina latifolia, flore ſuaverubente. *Plum. ſpec.* 6. *ic.* 223. *f.* 2.
Portulaca aizoides maritima procumbens, flore purpureo. *Sloan. jam.* 88. *hiſt.* 1. *p.* 204.
Halimus indicus. *Rumph. amb.* 6. *p.* 165. *t.* 72. *f.* 1.
*Habitat in* Indiæ *maritimis.* ⊙.

# *PENTAGYNIA.*

## MESPILUS.

germanica. 1. MESPILUS inermis, foliis lanceolatis ſubtus tomentoſis, floribus ſeſſilibus ſolitariis. *Hort. cliff.* 189. *Hort. upſ.* 129. *Mat. med.* 236. *Roy. lugdb.* 270. *Bœhm. lipſ.* 174.
Meſpilus germanica, folio laurino non ſerrato. *Bauh. pin.* 453.
Meſpilus. *Dod. pempt.* 801.
β. Meſpilus, folio laurino, major. *Bauh. pin.* 453.
*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♄.
Rami *villoſi.* Folia *ovali-lanceolata, ad apicem ſerrata, ſubvilloſa, Petiolis breviſſimis canaliculatis.* Caly-

lyces *terminales*, *hirſuti*, *bractea longitudine corollæ.*

2. MESPILUS ſpinoſa, foliis lanceolato-ovatis crenatis, calycibus fructus obtuſis. *Hort. cliff.* 189. *Vir. cliff.* 44. *Roy. lugdb.* 271. Pyracantha.
Oxyacantha dioſcoridis ſ. Spina acuta, pyri folio. *Baub. pin.* 454.
Uva urſi. *Dalech. hiſt.* 164.
*Habitat in* Galloprovinciæ, Italiæ *ſepibus.* ♄.

3. MESPILUS inermis, foliis lanceolatis crenatis ſubtus tomentoſis. *Hort. cliff.* 189. *Roy. lugdb.* 271. arbutifolia.
Cratægus virginiana, foliis arbuti. *T. Mill. dict. t.* 109.
Sorbus virginiana, folio arbuti. *Herm. lugdb.* 578. *t.* 669.
Sorbus aucuparia virginiana, foliis arbuti. *Breyn. prodr.* 1 *p.* 15.
*Habitat in* Virginia. ♄.

4. MESPILUS inermis, foliis ovalibus ſerratis, cauliculis hirſutis. *Mill. dict.* 178. *f.* 1. Amelanchier.
Meſpilus inermis, foliis ovalibus ſerratis acutis. *Hort. cliff.* 189. *Roy. lugdb.* 271.
Alni effigie, lanato folio, minor. *Baub. pin.* 452.
Vitis idæa III. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 75.
*Habitat in* Helvetia, Auſtria, Galloprovincia. ♄.
Tenella *adhuc herba ramis petiolis pedunculis foliis ſubtus villoſo-tomentoſa eſt*, *adulta fructifera glabra lanam exuit.*

5. MESPILUS inermis, foliis ovato-oblongis glabris ſerratis. canadenſis.
Meſpilus inermis, foliis ſubtus glabris obverſe-ovatis. *Gron. virg.* 54.
*Habitat in* Virginia, Canada. ♄.

6. MESPILUS inermis, foliis ovalibus ſerratis glabris, floribus capitatis, bracteis deciduis linearibus. ChamæMeſpilus.
Cratægus foliis ovalibus utrinque glabris plicatis indiviſis ſerratis. *Hort. cliff.* 497. *Vir. cliff.* 43. *Roy. lugdb.* 272. *Hall. helv.* 353.
Cotoneaſter folio oblongo ſerrato. *Baub. pin.* 452.
Cotoneaſter forte geſneri. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 63.
*Habitat in Alpibus* Auſtriacis, Pyrenaicis. ♄.

Fo-

Folia *pruni argute ſerrata: ſerraturis verſus apicem inflexis tenuiſſimis, utrinque nuda.* Stipulæ *lineares, petiolis longiores, deciduæ.* Corymbus *ex alis pedunculatus, conglobatus in capitulum, pedunculo ſubvilloſo, foliis dimidio brevior.* Bracteæ *inter flores, lineares, flore longiores, coloratæ, deciduæ.*

Cotoneaſter. 7. MESPILUS inermis, foliis ovatis integerrimis. *Hort. cliff.* 189. *Fl. ſvec.* 403; 438. *. *Roy. lugdb.* 271. *Hall. helv.* 352.
Cotoneaſter folio rotundo non ſerrato. *Baub. pin.* 452.
ChamæMeſpilus geſneri. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 60.
ChamæMeſpilus cordi. *Baub. pin.* 452.
*Habitat in* Europæ *frigidioris collibus apricis, inque* Pyrenæis, Ararat. ♄.

## PYRUS.

communis. 1. PYRUS foliis ſerratis, pedunculis corymboſis.
Pyrus foliis ſerratis, pomis baſi productis. *Hort. cliff.* 190. *Hort. upſ.* 130. *Fl. ſvec.* 401; 436. *Roy. lugdb.* 266. *Hall. helv.* 351.
Pyraſter. Pyrus ſylveſtris. *Baub. pin.* 439. *Dod. pempt.* 351.
falerna. β. Pyrus Bergamotta gallis. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 44.
pompejana. γ. Pyrus boni chriſtiani. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 44.
favonia. δ. Pyrus jeſu ſ. moſchatellina rubra. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 44.
Volema. ε. Pyra dorſalia eademque liberalia dicta. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 53.
*Habitat in* Europa. ♄.
*Varietates hujus* 80 *videndæ in Milleri dictionario Hortulan.*

Malus. 2. PYRUS foliis ſerratis, umbellis ſeſſilibus.
Pyrus foliis ſerratis, pomis baſi concavis. *Hort. cliff.* 189. *Hort. upſ.* 130. *Fl. ſvec.* 402; 437. *Mat. med.* 237. *Roy. lugdb.* 266. *Hall. helv.* 351.
[illegible]ſtris. Malus ſylveſtris. *Baub. pin.* 433. *Dod. pempt.* 790.
[illegible]iaca. β. Malus pumila, quæ potius frutex quam arbor. *Baub. pin.* 433.
[illegible]omila. γ. Malus praſomila. *Baub. pin.* 433.
[illegible]iana. δ. Malus ſativa, fructu ſanguinei coloris ex auſtero ſubdulci. *Tournef. inſt.* 635.
c[illegible]na. ε. Mala curtipendula dicta. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 21.
c[illegible]ea. ζ. Mala ſativa, fructu magno intenſe rubente, violæ odore. *Tournef. inſt.* 635.

3. Pyrus baccata foliis ſerratis, pedunculis confertis: pomis [illegible]. Po baccatis. Syſt. nat. ed. 12.

η. Poma orbiculata. *Ruell. ſtirp.* Epirotica.
*Habitat in* Europa. ♄. Varietates 100 numerat Munchhaus.

3. PYRUS foliis ſerrato-angulatis, umbellis pedunculatis. coronaria.
Angl. the virginian Crabb-Tree.
Pyrus foliis ſerrato-angulosis. *Sp. pl.* 1. *p.* 480. *Kalm. it.* 3. *p.* 10. Gall. pomme de Virginie a fleurs odorante.
Malus ſylveſtris, floribus odoratis. *Gron. virg.* 55.
*Habitat in* Virginia. ♄.
Umbella *pedunculata.* Pedunculi *glabri.* Calyces *glabri, interne tomentoſi.* Folia *Mali, ſed magis glabra & argutius ſerrata.*

4. PYRUS foliis integerrimis, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 160. *Mat. med.* 238. *Roy. lugdb.* 267. *Kalm. it.* 3. *p.* 107. Cydonia.
Dan. Quæder, Germ. Quitten. Gall. coing.
Malus cotonea ſylveſtris. *Bauh. pin.* 435. Angl. Quince. Batav. Queappel.
β. Malus cotonea major. *Bauh. pin.* 434.
γ. Malus Cotonea minor. *Bauh. pin.* 434.
Cotonea & Cydonia. *Lob. hiſt.* 580.
*Habitat ad ripas petroſas* Danubii. ♄.
Calyx *patens, ſerratus, longitudine corollæ.*

6. Pyrus Pollwilleriana I.R.H. T.1. p.59. giebt Beschreibung vid. Munchhaus. Zabrata 3ly. 2 T. p. 333. Gall. Azerole rouge.

## TETRAGONIA.

1. TETRAGONIA foliis linearibus. *Roy. lugdb.* 250. fruticoſa.
Tetragonia. *Hort. cliff.* 188. *Hort. upſ.* 126.
Tetragonocarpus africana, rutilans, foliis longis & anguſtis. *Comm. hort.* 2. *p.* 205. *t.* 103.
Evonymo affinis africana, portulacæ folio. *Seb. theſ.* 2. *p.* 13. *t.* 11. *f.* 8.
*Habitat in* Æthiopia. ♃.
Pedunculi *terni, uniflori, ex alis inter caulem & ramulum.*

2. TETRAGONIA foliis ovatis. *Roy. lugdb.* 450. herbacea.
Tetragonocarpos africana, radice magna craſſa & carnoſa. *Comm. hort.* 2. *p.* 203. *t.* 102.
*Habitat in* Æthiopia. ♄.

## MESEMBRYANTHEMUM.

* *Albis corollis.*

1. MESEMBRYANTHEMUM foliis alternis teretiuſculis obtuſis baſi ciliatis. *Hort. upſ.* 129. nodiflorum.

Kali

Kali craſſulæ minoris foliis. *Bauh. pin.* 289. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 610. *ſ.* 5. *t.* 33. *f.* 7.
Kali neapolitanum aizoides repens. *Col. ecphr.* 2. *p.* 72. *t.* 73.
Kali II. *Alp. ægypt.* 125. *t.* 127.
*Habitat in* Ægypto, Neapoli, *locis arenoſis editis, quæ ab æſtu maris adſperguntur.* ☉.

cryſtallinum 2. MESEMBRYANTHEMUM foliis alternis ovatis papuloſis undulatis. *Hort. cliff.* 216. *n.* 1. *Hort. upſ.* 127. *Roy. lugdb.* 281.
Meſembryanthemum cryſtallinum, plantaginis folio undulato. *Dill. elth.* 231. *t.* 180. *f.* 221.
Ficoides africana, folio plantaginis undulato micis argenteis adſperſo. T. *Bradl. ſucc.* 5. *t.* 15. *f.* 48.
*Habitat in* Africa? ☉.
*Caulis primum erectus, digitalis foliis oppoſitis: Rami horizontales, longiſſimi, oppoſiti, proſtrati, alterne ramoſi, Foliis alternis.*

copticum. 3. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſemiteretibus papuloſis diſtinctis, floribus ſeſſilibus axillaribus, calycibus quinquefidis.
Kali ægyptiacum, foliis valde longis hirſutis. *Bauh. pin.* 286.
Kali III. *Alp. ægypt.* 129. *t.* 128.
*Habitat in* Ægypto. ☉.
*Statura & magnitudo M. nodiflori.* Caulis *trichotomus, herbaceus.* Folia *oppoſita, ſemiteretia, papuloſa, ramulos terminantia, nulla in internodiis, longitudine internodiorum.* Flores *ſeſſiles, ſolitarii, in divaricatura ramorum.* Calyx *quinquefidus, corolla longior.* Capſula *turbinata, retuſa, quinquangularis angulis dilatatis, compreſſis.* Semina *ſubrotunda, ſubcochleata, ſtriata.* Kali 3. Alp. *videtur potius ad hanc ſpeciem pertinere, quam ad Plantaginem indicam, quamvis figura vitioſa & planta minime hirſuta.*

geniculiflorum. 4. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſemiteretibus papuloſis diſtinctis, floribus ſeſſilibus axillaribus, calycibus quadrifidis.
Meſembr. ramis undique papilloſis folio craſſioribus. *Hort. cliff.* 218. *n.* 22. *Roy. lugdb.* 285.

Me-

Meſemb. capenſe geniculiflorum neapolitanum creditum. *Dill. elth.* 271. *t.* 205. *f.* 261.
Ficoides neapolitana, flore candido. H. *Bradl. ſucc.* 5. *t.* 17. *f.* 34.
Ficoides capenſe, folio tereti, flore albido. *Pet. gaz. t.* 78. *f.* 3.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.
*Calyx quadrifidus. Styl.* 4. *Fructus quadrilocularis.*

5. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſemicylindricis impunctatis diſtinctis, floribus pedunculatis, calycibus quadrifidis. noctiflorum.
Meſembr. foliis ſubulatis ſemicylindricis lævibus vix connatis apice recurvis. *Hort. cliff.* 220. *n.* 28. *Roy. lugdb.* 286.
Meſembr. noctiflorum, flore intus candido extus phœniceo odoratiſſimo. *Dill. elth.* 273. *t.* 206. *f.* 262.
β. Meſembr. noctiflorum, flore intus candido extus ſtramineo odoratiſſimo. *Dill. elth.* 274. *t* 206. *f.* 263.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.
Calyx *huic quadrifidus. Styl.* 4. *Fructus quadrilocularis.*

6. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſemiteretibus impunctatis recurvis diſtinctis congeſtis, calycibus terminalibus digitiformibus. ſplendens.
Meſembr. foliis confertis ſplendentibus, flore pallido. *Dill. elth.* 270. *t.* 204. *f.* 260.
Ficoides capenſis fruteſcens, foliis teretibus confertis glaucis, flore albo. *Bradl. ſucc.* 1. *p.* 7. *t.* 6.
*Habitat ad* Cap. b. Spei.
Caulis *punctis albidis in ramis non ultimis.* Folia *triquetro teretiuſcula, apice patula acuta: axillaria vero incurva.* Corolla *flaveſcenti-albida.* Calyces *erecti, digitiformes, mutici.*

7. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubulatis ſcabrido-punctatis connatis apice patulo, caule erecto, corymbo trichotomo. umbellatum.
Meſembr. fruteſcens, floribus albis umbellatis. *Dill. elth.* 277. *t* 208. *f.* 266.
Ficoides africana erecta teretifolia, floribus albis umbellatis. *Herm. par.* 166. *t.* 166. *Bradl. ſucc.* 4. *p.* 12. *t.* 34. *Pluk. phyt.* 117. *f.* 1.
*Habitat ad* Caput. b. Spei. ♄.

calamiforme 8. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis ſubteretibus adſcendentibus impunctatis connatis, floribus octagynis. *Mill. dict.* 176. *f.* 1.
Meſembr. calamiforme, *Dill. elth.* 239. *t.* 186. *f.* 228.
Ficoides capenſis humilis, cepææ folio, flore ſtramineo. *Bradl. ſucc.* 2. *p.* 10. *f.* 19.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.
*Folia quamvis baſi connata recta, tamen ſæpe horizontaliter patentia, apice recurva, ſuperficie punctato-ſcabrida.*

Tripolium. 9. MESEMBRYANTHEMUM foliis alternis lanceolatis planis impunctatis, caulibus laxis ſimplicibus, calycibus pentagonis. *Hort. cliff.* 217. *n.* 11. *Hort. upſ.* 128. *Roy. lugdb.* 283.
Meſembr. tripolii folio, flore argenteo. *Dill. elth.* 230. *t.* 179. *f.* 220.
Ficoides africanum procumbens, tripolii ſucculento folio, flore candido. *Bradl. ſucc.* 5. *p.* 14. *t.* 47.
Ficoides africanum, Meſembryanthemum ſ. Ficus aizoides major procumbens, tripolii folio magis ſucculento denticulis fimbriato. *Pluk. mant.* 77. *t.* 329. *f.* 4.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♂, ♃.

* * *Rubicundis corollis.*

bellidiflorum. 10. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis triquetris linearibus impunctatis apice trifariam dentatis. *Hort. cliff.* 218. *n.* 13. *Roy. lugdb.* 283.
Meſembr. bellidiflorum. *Dill. elth.* 244. *t.* 189. *f.* 233.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.

deltoides. 11. MESEMBRYANTHEMUM foliis deltoidibus triquetris dentatis impunctatis diſtinctis. *Hort. cliff.* 218. *n.* 14. * *Roy. lugdb.* 284.
Meſembr. deltoides & dorſo & lateribus muricatis. *Dill. elth.* 255. *t.* 195. *f.* 246.
Ficus aizoides africana erecta, folio triangulari breviuſculo fimbriato, floribus roſeis odoratis. *Volk. heſp.* 223. *t.* 224. *f.* 5.
β. Meſembr. deltoides, dorſo & lateribus muricatis, majus. *Dill. elth.* 254. *t.* 196. *f.* 247.
γ. Meſembr. deltoides, non dorſo ſed lateribus muricatis. *Dill. elth.* 253. *t.* 195. *f.* 243. 244.

*Ha-*

*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.
Pedunculi *uniflori*, *diphylli*. Corollæ *dilute purpureæ*, *odoratæ*, *non calyce longiores*. Stamina *erecta in conum*, *alba*. *Antheris flavis*.

12. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubovatis papuloſis diſtinctis apice barbatis. *Hort. cliff.* 216. *n.* 5. *. *Hort. upſ.* 127. *Roy. lugdb.* 282. *Mill. dict. t.* 176. *f.* 3. barbatum.
Meſembr. radiatum, ramulis prolixis recumbentibus. *Dill. elth.* 245. t. 190. *f.* 234.
Ficoides capenſis, tereti folio: apicibus hirtis. *Pet. gaz. t.* 77. *f.* 6.
Ficoides capenſis fruteſcens, folio tumido extremitate ſtellata, flore purpureo. *Bradl. ſucc.* 1. *p.* 6. *t.* 5. & 15.
Ficus aizoides, folio tereti in villos radiatos abeunte, flore rubro. *Volk. heſp.* 222. *t.* 124. *f.* 6.
β. Meſembr. radiatum humile, foliis minoribus. *Dill. elth.* 246. *t.* 190. *f.* 235.
γ. Meſembr. radiatum humile, foliis majoribus. *Dill. elth.* 248. *t.* 190. *f.* 236.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.
Calycis *foliola apice barbata*, *æque ac folia plantæ*, *demonſtrant Perianthii ortum*. Petala *minima interiora*, *quæ cingunt ſtamina*, *alba*. Varietas β, *hybrida forte*, *differt ab* α. *Calyce hexaphyllo*, *nec* 5-*phyllo*. *Stylis Loculisque* 6, *nec* 5. *f.* 8. *Pedunculis hiſpidis piloſis*, *nec lævibus*. *Foliorum oppoſitionibus imbricatis*, *nec remotis*.

13. MESEMBRYANTHEMUM foliis cylindricis papuloſis diſtinctis, caule hiſpido. *Mill. dict. t.* 176. *f.* 3. hiſpidum.
Meſembr. caule hiſpido. *Hort. cliff.* 217. *n.* 7. *. *Roy. lugdb.* 282.
Meſembr. piloſum micans, flore ſaturate purpureo. *Dill. elth.* 289. *t.* 214. *f.* 278.
β. Meſembr. piloſum micans, flore purpureo pallidiore. *Dill. elth.* 290. *t.* 214. *f.* 280, 279.
γ. Meſembr. piloſum micans, flore purpureo ſtriato. *Dill. elth.* 291. *t.* 215. *f.* 281.
Ficoides ſ. Ficus aizoides africana, folio longo tenui, flore aurantio. *Bradl. ſucc.* 4. *p.* 13. *t.* 35.

Ficus aizoides teretifolia, foliis cryſtallino rore eleganter conſperſis, floribus dilute roſeis. *Volk. heſp.* 221. *t.* 224. *f.* 2.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.
Pedunculus *valde deorſum ſcaber magis viſu quam tactu.* Calyx *muticus.* Flos *odoratus, ſimillimus M. barbati (a quo forte olim ortum), demta barba foliorum, ſed cauli inſperſa.*

villoſum. 14. MESEMBRYANTHEMUM foliis pubeſcentibus connatis impunctatis, caule piloſo. *Hort. cliff.* 217. *n.* 6. *. *Roy. lugdb.* 282.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.
Folia *linearia, ſemiteretia, canaliculato-plana, opaca, margine, verſus baſin imprimis, villis adſperſo.* Caulis *pubeſcens villis vix exſtantibus.* Flores *non vidi.*

ſcabrum. 15. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubulatis diſtinctis ſubtus undique muricatis, calycibus muticis. *Hort. cliff.* 219. *n.* 20. *. *Hort. upſ.* 129.
Meſembr. purpureum ſcabrum, ſtaminibus collectis. *Dill. elth.* 260 *t.* 197. *f.* 251.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.

emarginatum. 16. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubulatis congeſtis ſubſcabris, calycibus ſpinoſis, petalis emarginatis.
Meſembryanthemum purpureum ſcabrum, ſtaminibus expanſis. *Dill. elth.* 259. *t.* 197. *f.* 250.
Ficoides capenſis, triangulari folio acuto, flore purpureo. *Pet. gaz. t.* 77. *f.* 3.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.

uncinatum. 17. MESEMBRYANTHEMUM articulis caulinis terminatis in folia connata acuminata ſubtus dentata. *Hort. cliff.* 218. *n.* 16. *Roy. lugdb.* 284.
Meſembr. perfoliatum, foliis minoribus diacanthis. *Dill. elth.* 250. *t.* 193. *f.* 239.
Ficoides afra, folio triangulari glauco perfoliato breviſſimo apice ſpinoſo. *Bradl. ſucc.* 3. *p.* 8. *t.* 27, 26. *Burm. afr. t.* 26. *f.* 3.
β. Meſembr. perfoliatum, foliis majoribus triacanthis. *Dill. elth.* 251. *t.* 193. *f.* 240.
Ficoides africana fruteſcens perfoliata, folio triangulari glauco punctato. *Bradl. ſucc.* 5. *p.* 13. *t.* 46.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.

18. ME-

18. MESEMBRYANTHEMUM foliis tereti-triquetris punctatis diſtinctis, ſpinis ramoſis. *Hort. cliff.* 216. *n.* 3. *. *Roy. lugdb.* 281. ſpinoſum.
Meſembr. fruticeſcens, ramis triacanthis. *Dill. elth.* 276. *t.* 208. *f.* 265.
Ficoides africana, aculeis longiſſimis & foliolis naſcentibus ex foliorum alis. *Tournef. act.* 1705. *p.* 316. *Bradl. ſucc.* 41. *t.* 39.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.

19. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubulatis papuloſis diſtinctis apice patulis, radice capitata. *Hort. cliff.* 216. *n.* 4. *. *Roy. lugdb.* 282. tuberoſum.
Meſembr. fruticeſcens, radice ingenti tuberoſa. *Dill. elth.* 275. *t.* 207. *f.* 264.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.

20. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſemiteretibus ſubulatis glabris diſtinctis internodio longioribus. *Hort. cliff.* 220. *n.* 26. *Hort. upſ.* 128. *Roy. lugdb.* 286. tenuifolium.
Meſembr. tenuifolium procumbens, folio tenuiore viridi, flore coccineo. *Dill. elth.* 264. *t.* 201. *f.* 256.
Ficoides capenſis humilis teretifolia, flore coccineo. *Bradl. ſucc.* 1. *p.* 13. *t.* 9.
Ficoides africana minor procumbens, folio tenuiore viridi, flore coccineo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 507. *ſ.* 12. *t.* 8. *f.* 6.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.

21. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubtriquetris compreſſis incurvatis punctatis diſtinctis congeſtis baſi marginatis. *Hort. cliff.* 220. *n.* 29. *Roy. lugdb.* 287. ſtipulaceum.
Meſembr. fruteſcens, flore purpureo rariore. *Dill. elth.* 279. *t.* 209. *f.* 267; 268.
*Habitat ad* Cap. b Spei. ♄.
Caulis *florens rigidus, ſubgriſeus.* Folia *linearia, carnoſa, lateribus valde compreſſa & punctis pellucidis adſperſa, incurva, ſupra planiuſcula, mucronata.* Flores *ſubcorymboſi, purpurei,* Staminibus *luteis.*

22. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſemicylindricis impunctatis connatis apice triquetris, caule repente ſemicylindrico. *Hort. cliff.* 217. *n.* 9. *. *Roy. lugdb.* 283. craſſifolium.
Meſembr craſſifolium repens, flore purpureo. *Dill. elth.* 266. *t.* 201. *f.* 257.

Ficoides africana reptans, folio triangulari viridi, flore ſaturate purpureo *Bradl. ſucc.* 4. *p.* 16. *t.* 38.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.

falcatum. 23. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubacinaciformibus incurvis punctatis diſtinctis, ramis teretibus. *Hort. cliff.* 219 *n.* 19. * *Roy. lugdb.* 285.
Meſembr. falcatum minimum, flore purpureo parvo. *Dill. elth* 288. *t.* 213. *f.* 276.
Ficoides afra, folio triangulari enſiformi breviſſimo, flore dilute purpuraſcente filamentoſo. *Bradl. ſucc.* 5. *p.* 9. *t.* 42.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.
*Corollæ purpureæ, parvæ, petalis diſlocatis.*

glomeratum 24. MESEMBRYANTHEMUM foliis teretiuſculis compreſſis punctatis, caule paniculato multifloro.
Meſembryanthemum falcatum minus, flore carneo minore. *Dill. elth.* 281. *t.* 213. *f.* 274.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.
Caulis *diffuſus, paniculatus.* Folia *angulis obtuſis trigona, glauca punctis diaphanis. Ramulorum rudimenta ex alis, foliis confertiſſimis incurvis.* Calyx *longius pedunculatus: Germine ſubverrucoſo punctis eminentibus obſoletis: Laciniis calycinis apice membranaceis; ſub apice ſpina patula.* Corolla *purpurea M. deltoidis.*

loreum. 25. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſemicylindricis recurvis congeſtis baſi interiore gibbis connatis, caule pendulo.
Meſembryanthemum loreum. *Dill. elth.* 264. *t.* 200. *f.* 255.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.
*Flores rariſſimi prodiere apud Engelb. Gother, unde patuit diſtinctam a M. corniculato plantam eſſe.* Flos *ex alis foliorum infimis rami, pedunculo brevi;* Calyce *æquali, mediocri;* Corolla *purpurea petalis lanceolato-linearibus;* Staminibus *albidis.*

filamentoſum. 26. MESEMBRYANTHEMUM foliis æquilateri-triquetris acutis ſubpunctatis ſubconnatis angulis ſcabris, ramis hexagonis.
Meſembr. falcatum majus, flore purpureo mediocri. *Dill. elth.* 285. *t.* 211. *f.* 273.

Ha-

*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.
Folia *punctata*, *vix connata*. Flores *ſeſſiles*, *pentagyni*. Corollæ *miſeræ*, *parvæ*, *obſolete violaceæ*, *petalis ſubulatis nec lanceolatis*.

27. MESEMBRYANTHEMUM foliis acinaciformibus impunctatis connatis: angulo carinali ſcabris, petalis lanceolatis. *Hort. cliff.* 219. *n.* 18. *. *Roy. lugdb.* 284. acinaciforme.
Meſembr. acinaciforme, flore ampliſſimo purpureo. *Dill. elth.* 282. *t.* 211. *f.* 270. & *t.* 212. *f.* 271.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.

28. MESEMBRYANTHEMUM foliis acinaciformibus obtuſis impunctatis connatis apice ſpinoſis, caule ancipiti. forficatum.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♃.
*Caulis debilis. Flores non vidi, affine M. acinaciformi.*

* * * *Luteis corollis.*

29. MESEMBRYANTHEMUM foliis æquilateritriquetris acutis ſtrictis impunctatis connatis carina ſubſerratis, caule ancipiti. edule.
Meſembryanthemum falcatum majus, flore amplo luteo. *Dill. elth.* 283. *t.* 212. *f.* 272.
Ficoides ſ. Ficus aizoides africana major procumbens, triangulari folio, fructu maximo eduli. *Herm. lugdb.* 244. *t.* 245. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 506. *ſ.* 12. *t.* 7. *f.* 1.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♃. ♄.
Folia *craſſitie digiti*, *nitida*, *recta*, *triquetra*, *æquilatera*, *longa*, *baſi connata*, *carina cartilaginea ſcabra*.

30. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubulatis lævibus punctatis diſtinctis, caule fruteſcente, corollis bicoloribus. *Mill. dict.* *t.* 177. *f.* 1. bicolorum.
Meſembr. tenuifolium fruticeſcens, flore croceo. *Dill. elth.* 267. *t.* 202. *f.* 258.
Ficoides ſ. Ficus aizoides africana minor erecta, triangulari folio viridi, flore intus aureo; foris purpureo. *Herm. lugdb.* 250. *t.* 249. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 507. *ſ.* 12. *t.* 6. *f.* 4.
Ficoides capenſis fruteſcens, folio tereti punctato, petalis luteis. *Bradl. ſucc.* 1. *p.* 8. *t.* 7.

*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.

*Corollæ extus purpureæ, intus flavæ, apice extus purpureæ.*

ſerratum. 31. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubulatis triquetris punctatis diſtinctis angulo carinali retrorſum ſerratis. *Hort. cliff.* 218. *n.* 15. *Roy. lugdb.* 284.

Meſembr. ſerratum flore acetabuliformi luteo. *Dill. elth.* 249. *t.* 192. *f.* 238.

*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.

micans. 32. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubcylindricis papuloſis diſtinctis, caule ſcabro. *Hort. cliff.* 220. *n.* 30. *. *Roy. lugdb.* 287.

Meſembr. micans, flore phœniceo: filamentis atris. *Dill. elth.* 292. *t.* 215. *f.* 282.

Ficoides capenſis, tereti folio, flore croceo. *Pet. gaz.* *t.* 7. *f.* 9.

Ficoides capenſis, folio tereti argenteo, petalis perplurimis aurantiacis. *Bradl. ſucc.* 1. *p.* 9. *t.* 8.

*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.

roſtratum. 33. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis ſemicylindricis connatis externe tuberculatis. *Hort. cliff.* 219. *n.* 23. *Roy. lugdb.* 285.

Meſembr. roſtrum ardeæ referens. *Dill. elth.* 240. *t.* 186. *f.* 229.

*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.

veruculatum. 34. MESEMBRYANTHEMUM foliis triquetro-cylindricis acutis connatis arcuatis impunctatis diſtinctis. *Hort. cliff.* 220. *n.* 24. *Hort. upſ.* 128. *Roy. lugdb.* 285.

Meſembr. foliis veruculiformibus, floribus mellinis umbellatis. *Dill. elth.* 268. *t.* 203. *f.* 259.

*Habitat in* Africa. ♄.

Folia *ſubtriquetro-cylindrica, pellucida, apice purpuraſcentia.* Flores *odoratiſſimi, conferti, parvi, flavi.* Corolla *vix calyce longior, petalis apice ſubbidentatis.* Stamina *parva: Filamentis baſi villoſis.*

glaucum. 35. MESEMBRYANTHEMUM foliis triquetris acutis punctatis diſtinctis, calycinis foliolis ovato-cordatis. *Hort. cliff.* 220. *n.* 27. *Roy. lugdb.* 283.

Me-

Meſembr. ſcabrum, flore ſulphureo convexo. *Dill. elth.* 256. *t.* 196. *f.* 248.

Ficoides africana fruteſcens, folio triangulari breviore glauco. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 507. *ſ.* 12. *t.* 6. *f.* 3.

Ficoides afra, caule lignoſo, erecta, folio triangulari enſiformi ſcabro, flore luteo magno. *Bradl. ſucc.* 4. *p.* 15. *t.* 37.

Ficoides ſ. Ficus aizoides africana minor erecta, folio triangulari glauco, flore luteo. *Herm. lugdb.* 247. *t.* 248.

*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♄.

Folia *mucronata, rore glauca, punctis ſparſis non ſcabra, niſi carina.*

36. MESEMBRYANTHEMUM foliis triquetro-ſemicylindricis ſcabrido-punctatis, ſupra baſin linea elevatis connatis. corniculatum.

Meſembr. foliis corniculatis longioribus. *Dill. elth.* 262. *t.* 199. *f.* 253, 254.

Ficoides capenſis, folio triangulari, flore luteo intus pallido. *Pet. gaz. t.* 77. *f.* 10.

β. Meſembr. foliis corniculatis brevioribus. *Dill. elth.* 261. *t.* 198. *f.* 252.

Ficoides africana reptans, folio triangulari craſſo longiſſimo, flore intus luteo extus aurantiaco. *Bradl. ſucc.* 4. *p.* 18. *t.* 40.

*Habitat in* Africa. ♃.

*Flores decagyni.*

37. MESEMBRYANTHEMUM foliis planiuſculis lanceolatis impunctatis patentibus diſtinctis oppoſitis alterniſque remotis. expanſum.

Meſembr. tortuoſum, foliis ſempervivi expanſis. *Dill. elth.* 234. *t.* 182. *f.* 223.

Ficoides capenſis, folio lato acuto, flore albo intus luteo. *Pet. gaz. t.* 78. *f.* 10.

Ficoides africana procumbens, foliis planis conjugatis lucidis. *Bradl. ſucc.* 3. *p.* 7. *t.* 16.

*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♃.

*Flores pentagyni.*

38. MESEMBRYANTHEMUM foliis planiuſculis oblongo-ovatis ſubpapilloſis confertis connatis, calycibus triphyllis bicornibus. tortuoſum.

Meſembr. foliis planis oppoſitis ovatis acuminatis connatis integerrimis. *Hort. cliff.* 217. *n.* 10. *.
Meſembr. tortuoſum, foliis ſempervivi congeſtis. *Dill. elth.* 233. *t.* 181. *f.* 222.
Ficoides capenſis procumbens, oleæ folio, flore albo medio croceo. *Bradl. ſucc.* 2. *p.* 7. *t.* 16.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.
*Calycis foliola* 3 *exſpanſa*, 2 *cornuta. Corolla calyce brevior. Piſtillum tetragynum.*

pomeridianum. 39. MESEMBRYANTHEMUM foliis planiuſculis lato-lanceolatis lævibus ſubciliatis diſtinctis, caule pedunculis germinibusque hirtis.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ⊙.
*Nova, e ſeminibusque enata primo anno* 1762, *adolevit & floruit.* Caulis *herbaceus, palmaris, teres: pilis patulis, confertis, albis.* Folia *ſpatulata f. lanceolata petiolo baſi dilatato, diſtincta, lævia, ſubcarnoſa, margine inprimis petiolorum ſubciliata, internodiis longiora, patentia.* Pedunculus *terminalis, caule longior, hirtus uti caulis. Floris* Calyx *reliquis major, ſubquinquepartitus, baſi albo-villoſus, laciniis lanceolato-foliaceis, corolla longioribus, patulis, baſin verſus interius fuſco-membranaceis.* Corolla *ſulphurea, multiplex petalis linearibus, acutis, numeroſiſſimis: intimis ſetaceis umbilicum floris obtegentibus inſtar cancelli* Stamina *lutea.* Styli 12, *totidemque fructus loculamenta.* Rami e *ſingulis alis, primo ſimiles, unde dichotoma planta, ſed debilis.* Floret *horis pomeridianis ab* 1 — 6, *niſi pluvia moneat corollam citius claudi, aut flos ætate provectior diutius expandatur.*

ringens. 40. MESEMBRYANTHEMUM ſubacaule, foliis ciliato-dentatis punctatis. *Mill. dict. t.* 177. *f.* 2. *Hort. cliff.* 218. *n.* 12. *. *Roy. lugdb.* 283.
*caninum.* Meſembr. rictum caninum referens. *Dill. elth.* 241. *t.* 188 *f.* 231.
Ficoides capenſis humilis, folio triangulari prope ſummitatem dentato, flore luteo. *Bradl. ſucc.* 2. *p.* 8. *t.* 17.
*felinum.* β. Meſembr. rictum felinum repræſentans. *Dill. elth.* 240. *t.* 187. *f.* 230.
Ficoides atra, folio triangulari enſiformi craſſo brevi ad

ad margines laterales multis majoribus ſpinis aculeato. *Mart. cent.* 30. *t.* 30.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.

41. MESEMBRYANTHEMUM foliis dolabriformibus punctatis. *Hort. cliff.* 219. *n.* 19. *Roy. lugdb.* 284. dolabriforme,
Meſembr. folio dolabriformi. *Dill. elth.* 248. *t.* 191. *f.* 237.
Ficoides capenſis humilis, foliis cornua cervi referentibus, petalis luteis, noctiflora. *Bradl. ſucc.* 1. *p.* 11. *t.* 10.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. ♃.

42. MESEMBRYANTHEMUM foliis difformibus punctatis connatis. *Roy. lugdb.* 287. *Mill. dict. t.* 176. *f.* 2. difforme.
Meſembryanth. foliis difformibus, flore luteo. *Dill. elth.* 252. *t.* 194. *f.* 241, 242.
Ficoides Meſembryanthemum craſſiſſimo & valde ſucculento folio nigris punctis notato. *Pluk. alm.* 148. *t.* 325. *f.* 4.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.

43. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis triquetris integerrimis. albidum.
Meſembryanthemum foliis robuſtis albicantibus. *Dill. elth.* 243. *t.* 189. *f.* 232.
Ficoides africana, folio triangulari enſiformi glauco craſſo, flore amplo aureo. *Bradl. ſucc.* 5. *p.* 20. *t.* 43.
*Habitat in* Æthiopia. ♃.

44. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis linguiformibus altero margine craſſioribus impunctatis. *Hort. cliff.* 219. *n.* 8. *Hort. upſ.* 128. *Roy. lugdb.* 282. linguiforme.
Meſembryanth. folio ſcalprato. *Dill. elth.* 235. *t.* 183. *f.* 224.
β. Meſembr. folio linguiformi latiore. *Dill. elth.* 236. *t.* 184. *f.* 224.
γ. Meſembr. folio linguiformi anguſtiore. *Dill. elth.* 238. *t.* 185. *f.* 226.
δ. Meſembr. folio linguiformi longiore. *Dill. elth.* 238. *t.* 185. *f.* 227.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.
*Flores Decagyni Calyce quadripartito.*

45. MESEMBRYANTHEMUM foliis alternis ſubula- pugioniforme.

la-

latis triquetris longiſſimis impunctatis. *Hort. cliff.* 216. *n.* 2. *. *Hort. upſ.* 129. *Roy. lugdb.* 281.
Meſembr. folio pugioniformi, flore amplo ſtramineo. *Dill. elth.* 280. *t.* 210. *f.* 269.
Ficus capenſis, caryophylli folio, flore aureo ſpecioſo. *Bradl. ſucc.* 2. *p.* 5. *t.* 14.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄.
*Flores decagyni.* (*)

## AIZOON.

canarienſe. 1. AIZOON foliis cuneiformi-ovatis, floribus ſeſſilibus. *Hort. upſ.* 127.
Aizoon foliis obverſe ovatis. *Hort. cliff.* 215. *Roy. lugdb.* 221.
Ficoides procumbens, portulacæ folio. *Niſſ. act.* 1711. *p.* 422. *t.* 13. *f.* 1.
Kali aizoides canarienſis procumbens. *Pluk. alm.* 202. *t.* 303. *f.* 4. *Volk. norib.* 236. *t.* 236.
*Habitat in* Canariis. ⊙.

hiſpanicum. 2. AIZOON foliis lanceolatis, floribus ſeſſilibus.
Ficodea hiſpanica annua, folio longiore. *Dill. elth.* 143. *t.* 117. *f.* 143.
*Habitat in* Hiſpania, Africa. ⊙.
Varietas *capenſis caule foliisque hirſutis, at pagina ſuperiore minus.*

paniculatum. 3. AIZOON foliis lanceolatis, floribus paniculatis. †.
Aizoon foliis lanceolatis ſubtus hirſutis. *Roy. lugdb.* 221.
*Habitat in* Africa.

## SPIRÆA.

### * *Frutices.*

ſalicifolia. 1. SPIRÆA foliis lanceolatis obtuſis ſerratis nudis, flori-

---

(*) Meſembryanthemi *Species poſſunt variis modis diſpeſci.*
Annua: *nodiflorum, cryſtallinum, copticum,*
Acaulia: *ringens, bellidiflorum, linguiforme, albidum, roſtratum, calamiforme, difforme, dolabriforme.*
Laxa caule pendulo: *Tripolium, tortuoſum, expanſum, loreum, corniculatum, acinaciforme, edule, forficatum, filamentoſum, craſſifolium, tenuifolium, pomeridianum.*
Fruticoſa caule lignoſo duro: *reliqua: 4, 5, 6, 7, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 21, 23, 24, 30, 31, 32, 34, 35, 45.*
Alternifolia: *nodiflorum, cryſtallinum, Tripolium, pugioniforme.*
Latifolia: *cryſtallinum, Tripolium, expanſum, tortuoſum, pomeridianum.*
Tetragyna: *geniculiflorum, noctiflorum, tortuoſum.*
Decagyna: *linguiforme, pomeridianum, pugioniforme.*

ribus duplicato-racemoſis. *Hort. cliff.* 191. *Hort. upſ.* 131. *Roy. lugdb.* 277.

Spiræa theophraſti forte. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 80.

Frutex ſpicatus, foliis ſerratis ſalignis. *Bauh. pin.* 475.

Spiræa ſalicis folio longiore ſerrato, floribus rubris. *Amm. ruth.* 265.

*Habitat in* Sibiria, Tataria. ♄.

2. SPIRÆA foliis lanceolatis inæqualiter ſerratis ſubtus tomentoſis, floribus duplicato-racemoſis. tomentoſa.

Ulmaria pentacarpos, integris ſerratis foliis parvis ſubtus incanis, virginiana. *Pluk. alm.* 393. *t.* 321. *f.* 5. *Raj. ſuppl.* 330. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 323.

*Habitat in* Philadelphia. *Kalm.* ♄.

*Differt a præcedenti* Foliis *magis profunde & inæqualiter ſerratis; ſubtus valde tomentoſis adeoque craſſis;* Racemo *terminali compoſit odenſiori longiori.* Floribus *demum magis rubris,* & Corollis *octuplo minoribus.*

3. SPIRÆA foliis obovatis integerrimis, umbellis ſeſſilibus. *Hort. upſ.* 131. hypericifolia.

Spiræa foliis integerrimis, pedunculis ſimplicibus. *Hort. cliff.* 190. *Roy. lugdb.* 277.

Pruno ſylveſtri affinis canadenſis. *Bauh. pin.* 517. *Pluk. alm.* 308. *t.* 218. *f.* 5.

*Habitat in* Canada. ♄.

4. SPIRÆA foliis ovatis inciſo-ſerratis glabris, umbellis pedunculatis. chamædrifolia.

Spiræa chamædryos foliis. *Amm. ruth.* 269.

*Habitat in* Sibiria. *D. Gmelin.* ♄.

5. SPIRÆA foliis oblongiuſculis apice ſerratis, corymbis lateralibus. crenata.

Spiræa hiſpanica, hyperici folio crenato. *Barr. rar.* 1376. *t.* 564.

Spiræa hyperici folio ampliore, modo integro modo dentato. *Amm. ruth.* 270.

*Habitat in* Sibiria, Hiſpania. ♄.

Folia *ovato-oblonga, alia apice crenata ſ. ſerrata, alia integerrima.* Corymbi *terminales, perfectiſſimi, albi, totum fruticem ſua copia niveum reddentes.*

6. SPI-

opulifolia. 6. SPIRÆA foliis lobatis ſerratis, corymbis terminalibus.
Spiræa foliis inciſis angulatis, floribus corymboſis. *Hort. cliff.* 190. *Gron. virg.* 55. *Roy. lugdb.* 277.
Evonymus virginiana, ribeſii folio, capſulis eleganter bullatis. *Comm. hort.* 1. *p.* 169. *t.* 87.
*Habitat in* Virginia, Canada. ♄.

ſorbifolia. 7. SPIRÆA foliis pinnatis: foliolis uniformibus ſerratis, caule fruticoſo, floribus paniculatis.
Spiræa foliis pinnatis. *Amœn. acad.* 2. *p.* 352. *.
Spiræa ſorbi folio tenuiter crenato, floribus in thyrſō albis. *Amm. ruth.* 186.
*Habitat in* Sibiriæ *uliginoſis.* ♄.

* * *Herbæ.*

Aruncus. 8. SPIRÆA foliis ſupradecompoſitis, ſpicis paniculatis, floribus dioicis.
Aruncus *Hort. cliff.* 463. *Roy. lugdb.* 278. *Gron. virg.* 121.
Barba capræ floribus oblongis. *Bauh. pin.* 163.
Barba capræ. *Cam. hort.* 26. *t.* 9.
*Habitat in* Auſtriæ, Alvorniæ *montanis.* ♄.

Filipendula. 9. SPIRÆA foliis pinnatis: foliolis uniformibus ſerratis, caule herbaceo, floribus cymoſis.
Filipendula foliis pinnatis: foliolis uniformibus. *Hort. cliff.* 191. *Fl. ſuec.* 404, 439. *Mat. med.* 239. *Roy. lugdb.* 277.
Filipendula vulgaris. *Bauh. pin.* 163.
Filipendula. *Cam. epit.* 608.
*Habitat in* Europæ *paſcuis.* ♃.

Ulmaria. 10. SPIRÆA foliis pinnatis: impari majore lobato, floribus cymoſis. *Fl. lapp.* 201. *Hort. cliff.* 191. *Fl. ſuec.* 405, 440. *Mat. med.* 241. *Roy. lugdb.* 277.
Barba capræ floribus compactis. *Bauh. pin.* 164.
Regina prati. *Dod. pempt.* 57.
*Habitat in* Europæ *pratis uliginoſis, umbroſis.* ♃.

trifoliata. 11. SPIRÆA foliis ternatis ſerratis ſubæqualibus, floribus ſubpaniculatis.
Filipendula foliis ternatis. *Hort. cliff.* 191. *Hort. upſ.* 131. *Roy. lugdb.* 277. *Gron. virg.* 55.
Ulmaria major trifolia, flore amplo pentapetalo, virginiana. *Pluk. alm.* 393. *t.* 236. *f.* 5. *Raj. ſuppl.* 330.

Ul-

Ulmaria virginiana trifolia, floribus candidis amplis longis & acutis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 323.
*Habitat in* Virginia, Canada.

# *POLYGYNIA.*

## ROSA.

1. ROSA germinibus globoſis, pedunculis ſubhiſpidis, caule inermi. alpina.
Roſa campeſtris, ſpinis carens, biflora *Bauh. pin.* 484.
Roſa rubello flore ſimplici non ſpinoſa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 39.
Roſa non ſpinoſa. *Hall. opuſc.* 218.
*Habitat in alpibus* Helvetiæ. ♄.
Folia *glabra.* Calyces *ſimplices.* Petala *obcordata, biloba.*

2. ROSA germinibus globoſis pedunculiſque glabris, caule aculeis ſparſis rectis, petiolis ſcabris, foliolis obtuſis. pimpinellifolia.
*Habitat forte in* Europa. ♄.

3.* ROSA germinibus globoſis pedunculiſque glabris, caule aculeis ſparſis rectis, petiolis ſcabris, foliolis acutis. eglanteria.
Roſa aculeata, foliis odoratis ſubtus rubiginoſis. *Hall. helv.* 350. *Fl. ſuec.* 2. *n.* 443.
Roſa ſylveſtris, foliis odoratis. *Bauh. pin.* 483.
Roſa eglanteria. *Tabern ic.* 1087.
*Habitat in* Helvetia, Anglia. ♄.
*Folia odorata. Flores lutei.*

4.* ROSA germinibus globoſis pedunculiſque glabris, caule aculeis ſtipularibus, petiolis ſubinermibus. cinnamomea.
Roſa, odore cinnamomi, ſimplex. *Bauh. pin.* 483.
Roſa cinnamomea, floribus ſubrubentibus, ſpinoſa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 39.
*Habitat in* Europa *auſtrali.* ♄.

5. ROSA germinibus globoſis hiſpidis, pedunculis ſubhiſpidis, caule aculeis ſtipularibus, petiolis aculeatis. carolina.
Roſa foliis ſerratis medio tenus integerrimis. *Sp. pl.* 492.
Roſa carolinæ fragrans, foliis medio tenus ſerratis. *Dill. elth.* 325. *t.* 245. *f.* 316.?

Ha-

*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ♄.

Caulis *lævis. Aculei ſtipulares, duo.* Folia *foliolis 7, oblongo-ovatis, glabris, ſerratis, ſubtus pallidioribus. Petiolis aculeatis.* Pedunculi *plures, ramoſi, inermes, adſperſi pilis glanduloſis.* Calycis *foliola indiviſa ſubtus hiſpida.* Petala *obcordata, rubicunda. Flos ſerotinus.*

villoſa. 6. ROSA germinibus globoſis aculeatis, pedunculis hiſpidis, caule aculeis ſparſis, petiolis aculeatis, foliis tomentoſis.

Roſa foliis utrinque villoſis, fructu ſpinoſo. *Hall. helv.* 350. *Fl. ſvec.* 2. *p.* 1295. *.

Roſa ſylveſtris pomifera major. *Bauh. pin.* 484.

*Habitat in* Europa. ♄.

centifolia. 7. ROSA germinibus ovatis pedunculisque hiſpidis, caule hiſpido aculeato, petiolis inermibus.

Roſa caule aculeato pedunculis hiſpidis, calycibus ſemipinnatis glabris. *Sp. pl.* 1. *p.* 491.

Roſa multiplex media. *Bauh. pin.* 482.

Roſa centifolia batavica 11. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 114.

*Habitat* - - - - ♄.

*Conſ.* Roſa rubra plena ſpinoſiſſima, pedunculo muſcoſo. *Mill. dict. t.* 221. *f.* 1.

gallica. 8. ROSA germinibus ovatis pedunculisque hiſpidis, caule petiolisque hiſpido-aculeatis.

Roſa rubra multiplex. *Bauh. pin.* 481.

Roſa rubra, flore ſemipleno. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 34.

*verſicolor.* β. Roſa præneſtina variegata plena. *Mill. dict. t.* 221. *f.* 2.

Roſa verſicolor. *Bauh. pin.* 481.

Roſa præneſtina alba & verſicolor. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 2.

*Habitat in* Europa. ♄.

ſempervirens. 9. ROSA germinibus ovatis pedunculisqueæ hiſpidis, caule petiolisque aculeatis.

Roſa caule aculeato, foliis quinis glabris perennantibus. *Sp. pl.* 1. *p.* 492.

Roſa moſchata ſempervirens. *Bauh. pin.* 482.

Roſa ſempervirens jungermanni. *Cluſ. hiſt.* 2. *app. alt. Dill. elth.* 326. *t.* 246. *f.* 318.

*Habitat in* Germania. ♄.

canina. 10. ROSA germinibus ovatis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis.

Ro-

Roſa caule aculeato, petiolis inermibus, calycibus ſemipinnatis. *Fl. ſuec.* 406; 441.
Roſa ſylveſtris vulgaris, flore odorato incarnato. *Baub. pin.* 483.
Roſa canina vulgo dicta. *Dod. pempt.* 187.
*Habitat in* Europa. ♄.

11. ROSA germinibus ovatis pedunculisque glabris, caule ſubinermi, petiolis aculeatis. indica.
Roſa ſubinermis, foliolis quinis ſubtus tomentoſis: impari majori, ſtipulis obſoletis. *Sp. pl.* 1. *p.* 492.
Roſa cheuſan glabra, juniperi fructu. *Pet. gaz.* 56. *t.* 35. *f.* 11.
*Habitat in* China. ♄.
Rami *inermes; rarius armati una alterave ſpina tenuiſſima verſus folia vel in petiolis.* Folia *pinnata: foliolis quinis, ſubtus tomentoſis, ſupra glabris, ſerratis: extimo duplo majore.* Pedunculi *longi, nudi, ſimplices.* Calyx *inciſus, lævis.* Fructus *magnitudine Sorbi aucupariæ.*

12. ROSA germinibus ovatis glabris, pedunculis cauleque hiſpidis, petiolis inermibus, fructibus pendulis. pendulina.
Roſa ſanguiſorbæ majoris folio, fructu longo pendulo. *Dill. elth.* 325. *t.* 245. *f.* 317.
*Habitat in* Europa. ♄.

13. *ROSA germinibus ovatis glabris, pedunculis hiſpidis, caule petiolisque aculeatis. alba.
Roſa caule aculeato, pedunculis hiſpidis, calycibus ſemipinnatis glabris. *Sp. pl.* 1. *p.* 492.
Roſa alba vulgaris major. *Baub. pin.* 482.
β. Roſa alba, flore pleno. *Beſl. eyſt. vern.* 6. *t.* 3. *f.* 1.
*Habitat in* Europa. ♄.

14. *ROSA germinibus ovatis glabris, pedunculis caule petiolisque aculeatiſſimis. ſpinoſiſſima.
Roſa caule petiolisque aculeatis, calycis foliolis indiviſis. *Fl. ſuec.* 407; 442.
Roſa campeſtris ſpinoſiſſima, flore albo odorato. *Baub. pin.* 483.
*Habitat in* Europa. ♄.
*Species Roſarum difficillime limitibus circumſcribuntur & forte natura vix eos poſuit.*

## RUBUS.

### * *Fruteſcentes.*

idæus. 1. RUBUS foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. *Fl. ſvec.* 408; 446. *Mat. med.* 242.

Rubus caule erecto hiſpido, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 204. *Hort. cliff.* 192. *Hort. upſ.* 133. *Roy. lugdb.* 273.

Rubus idæus ſpinoſus. *Bauh. pin.* 479.

β. Rubus idæus fructu albo. *Bauh. pin.* 479.

γ. Rubus idæus lævis. *Bauh. pin.* 479.

*Habitat in* Europæ *lapidoſis.* ♃ ♂.

occidentalis. 2. RUBUS foliis ternatis ſubtus tomentoſis, caule aculeato, petiolis teretibus. *Kalm. it.* 2. *p.* 283.

Rubus foliis longioribus ſubtus molli lanugine obductis & incanis, flore & fructu minoribus *Sloan. jam.* 173. *hiſt.* 2. *p.* 109. *t.* 213. *f.* 1. *Raj. dendr.* 76.

Rubus idæus, fructu nigro, virginianus. *Dill. elth.* 327. *t.* 287. *f.* 319.

Rubus americanus magis erectus, ſpinis rarioribus, ſtipite cæruleo. *Pluk. alm.* 325.

*Habitat in* Canada. *Kalm.* ♃.

Caulis *teres, lævis, aculeis recurvis, nebula cærulea abductus.* Petioli *teretes aculeis recurvis.* Folia *ternata intermedio pedicellato, ovata, inciſo-ſerrata, ſubtus albo-tomentoſa.* Racemus *terminalis.* Fructus *niger; variat etjam fructu rubro, magis acido & grato quam R. idæi.* Differt *imprimis a R. idæo, cui ſimillimus:* Foliis *ſæpius ternis, quamvis lateralia foliola ſæpe duo evadant & tum ternatis, nec pinnatis;* Foliolis *lateralibus ſæpius angulatis;* Aculeis *alternis, recurvis, nec ſparſis & confertis.* Petioli *etiam aculeati; ſed primo intuitu nebula cærulea caulis dignoſcitur.*

hiſpidus. 3. RUBUS foliis ternatis nudis, caulibus petiolisque hiſpidis.

*Habitat in* Canada. *Kalm.* ♄.

Caules *viticulis longis, procumbentibus, lignoſis, una cum petiolis adſperſi ſetis rigidis.* Folia *ternata, nuda, inciſo-ſerrata: intermedio pedicellato;* Pedunculi *etjam hiſpidi.*

cæſius. 4. RUBUS foliis ternatis ſubnudis: lateralibus bilobis, cau-

caule tereti aculeato. *Hort. cliff.* 192, *Fl. ſuec.* 410; 445. *. *Roy. lugdb.* 273. *Hall. helv.* 444.
Rubus repens, fructu cæſio. *Bauh. pin.* 479.
Rubus minor. *Dod. pempt.* 742.
*Habitat in* Europæ *dumetis.* ♄.
Folia *ſubtus non tomentoſa, quamvis ſæpe pubeſcentia.*

5. RUBUS foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis. *Fl. ſuec.* 409; 444. *. fruticoſus.
Rubus caule aculeato, foliis ternatis ac quinatis. *Hort. cliff.* 192. *Gron. virg.* 163. *Roy. lugdb.* 273.
Rubus vulgaris ſ. Rubus fructu nigro. *Bauh. pin.* 479.
Rubus. *Cam. epit.* 751.
β. Rubus vulgaris major, fructu albo. *Raj. angl.* 3. *p.* 467.
γ. Rubus flore albo pleno. *Magn. hort.* 175.
*Habitat in ſepibus præſertim maritimis* Europæ. ♄.
*Caulis ſubangulatus, longiſſimus. Folia ſubtus ſubvilloſa.*

6. RUBUS foliis digitatis denis quinis ternatisque, caule inermi. *Mill. icon. t.* 223. canadenſis.
*Habitat in* Canada. *Kalm.*
Caulis *ſubpurpureus.* Foliola *lanceolata, utrinque nuda, tenuiſſima, argute ſerrata.* Bracteæ *lanceolatæ.* Stipulæ *lineares, acutæ.*

7. RUBUS foliis ternatis ſubtus tomentoſis, caule petiolisque aculeis recurvis. parvifolius.
Rubus moluccanus parvifolius. *Rumph. amb.* 5. *p.* 88. *t.* 47. *f.* 1.
*Habitat in* India. *Osbeck.* ♄.
Caules *fruticoſi, teretes, incani.* Folia *ſubtus albo-tomentoſa, venoſa, petiolis ſubtus recurvato-aculeatis.* Calyces *tomentoſi, in racemum digeſti.*

8. RUBUS foliis ſimplicibus cordatis lobatis, caule aculeato decumbente. moluccanus.
Rubus moluccanus latifolius. *Rumph. amb.* 5. *p.* 88. *t.* 47. *f.* 2.
*Habitat in* Amboina. ♄.

9. RUBUS foliis ſimplicibus palmatis, caule inermi multifolio multifloro. *Hort. cliff.* 192. *. *Hort. upſ.* 133. *Roy. lugdb.* 274. *Mill. ic.* 223. odoratus.
Rubus odoratus. *Corn. canad.* 149. *t.* 150.
*Habitat in* Canada. ♃. ♄.

* * *Herbacei.*

ſaxatilis. 10. RUBUS foliis ternatis flagellis nudis reptantibus herbaceis. *Fl. ſvec.* 411; 447.
Rubus caule repente annuo, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 206. *Roy. lugdb.* 274. *Hall. helv.* 344. *Roy. lugdb.* 274.
ChamæRubus ſaxatilis. *Bauh. pin.* 110.
*Habitat in* Europæ *collibus lapidoſis.*

arcticus. 11. RUBUS foliis ternatis, caule inermi unifloro. *Fl. ſuec.* 412; 448. *. *Mat. med.* 244.
Rubus caule unifloro, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 207. *t.* 5. *f.* 2. *Hort. cliff.* 292. *Roy. lugdb.* 274.
Rubus humilis, flore purpureo. *Buxb. cent.* 5. *p.* 13. *t.* 26. *mala.*
Rubus trifolius humilis non ſpinoſus, ſapore & odore fragariæ, fructu rubro polycocco. *Amm. ruth.* 185.
*Habitat in* Bothnia Sveciæ, Sibiria, Canada. ♃.

Chamæmorus. 12. RUBUS foliis ſimplicibus lobatis, caule inermi unifloro. *Fl. ſvec.* 413; 449. *. *Mat. med.* 244.
Rubus caule bifolio unifloro, foliis ſimplicibus. *Fl. lapp.* 208. *t.* 5. *f.* 1. *Hort. cliff.* 192. *Roy. lugdb.* 279.
ChamæRubus foliis ribes. *Bauh. pin.* 480.
Morus norvegica. *Till. aboenſ.* 47. *t.* 150. *Oed. dan. t.* 1.
*Habitat in* Sveciæ *paludibus uliginoſis, turfoſis, frequens.* ♃.
*Planta dioica eſt.*

Dalibarda. 13. RUBUS foliis ſimplicibus cordatis indiviſis crenatis, ſcapo aphyllo unifloro.
Dalibarda. *Sp. pl.* 1. *p.* 491.
*Habitat in* Canada. *Kalm.* ♃.
Radix *repens.* Stolones *repentes, herbacei.* Folia (*violæ*) *cordata, obtuſa, crenata, venoſa, pilis raris adſperſa.* Petioli *piloſi, longitudine foliorum.* Scapi *nudi ſ. aphylli, piloſi, longitudine foliorum, uniflori.* Calyx *5partitus.* Corolla *alba.* Semina 5, *ovata, nuda.* Stamina *longitudine corollæ. Anne* Flores *maſculi & feminei in eadem planta?* Habitus *ſuadet conjunctionem cum Rubo, imprimis Chamæmoro, vel utraque diſtinguenda a Rubis.*

## FRAGARIA.

veſca. 1. FRAGARIA flagellis reptans. *Hort. cliff.* 192. *Hort. upſ.*

*upſ.* 133. *Fl. ſvec.* 414; 450. *Mat. med.* 245. *Roy. lugdb.* 274. *Hall. helv.* 243.
Fragaria vulgaris. *Bauh. pin.* 326. *Fl. lapp.* 209. *Gron. virg.* 56. *ſylveſtris.*
Fragaria fructu albo. *Bauh. pin.* 326.
β. Fragaria fructu parvi pruni magnitudine. *Bauh. pin.* 327. *pratenſis.*
γ. Fragaria chiloenſis, fructu maximo, foliis carnoſis hirſutis. *Dill. elth.* 145. *t.* 120. *f.* 146. *chiloenſis.*
*Habitat in* Europæ *borealis ſterilibus, duris, apricis.* ♃.
*Varietas* β pratenſis, *quæ in hortis ſativa audit, diſtinguitur Bacca a calyce non ſponte ſecedente, & ejusdem ſcrobiculis pro ſingulis ſeminibus.*

2. FRAGARIA caule erecto ſuffruticoſo, foliis hirſutis. † *muricata.*
Fragaria arborea, flore herbaceo. *Zan. hiſt.*
Fragaria major veſca, flore herbaceo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 186.
*Habitat in* - - - - ♄.
Folia *inter flores diſtingvunt hanc a prima.*

3. FRAGARIA caule decumbente repente. *Roy. lugdb.* 274. *Dalib. pariſ.* 14. *Sauv. monſp.* 177. *Hudſ. angl.* 195. *ſterilis.*
Fragaria ſterilis. *Bauh. pin.* 327.
Fragaria ſterilis ſ. minime veſca hirſuta minime incana. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 186. *ſ.* 2. *t.* 19. *f.* 5.
Fragaria ſylveſtris minime veſca ſ. ſterilis. *Lob. ic.* 698.
*Habitat in* Anglia, Helvetia. ♃.
Caules *procumbentes; nullus rectus;* *Pedunculi axillares, uniflori;* Foliola *ovalia;* Baccæ *exſuccæ.*

## POTENTILLA.

* *Foliis pinnatis.*

1. POTENTILLA foliis pinnatis, caule fruticoſo. *Hort. cliff.* 193. *Fl. ſvec.* 416; 451. *Roy lugdb.* 275. *Hudſ. angl.* 195. *Kalm. it.* 2. *p* 263. *fruticoſa.*
Pentaphylloides rectum fruticoſum eboracenſe. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 193. *ſ.* 2. *t.* 23. *f.* 5. *Hortul. angl.* 54. *t.* 54.
Pentaphylloides rectum fruteſcens. *Walth. hort.* 95. *t.* 17.
Pentaphylloides fruticoſa elatior. *Amm. ruth.* 88. *t.* 17. & 89. *t.* 18. *f.* 1.
*Habitat in* Eboraco Angliæ, Oelandia *auſtrali*, Sibiria. ♄.

Anſerina. 2. POTENTILLA foliis pinnatis ſerratis, caule repente. *Fl. lapp.* 210. *Fl. ſvec.* 415; 452. *Hort. cliff.* 193. *Mat. med.* 246. *Roy. lugdb.* 275.

Potentilla *Bauh. pin.* 321. *Cam. epit.* 758.

*Habitat in* Europæ *paſcuis; in argilloſis argentea.* ♃.

ſericea. 3. POTENTILLA foliis bipinnatis utrinque tomentoſis: ſegmenti parallelis approximatis, cauiibus decumbentibus.

Potentilla foliis pinnatis hirſutis, pinnis tredecim ovatis crenatis decurrentibus. *Hall. gœtt.* 2. *p.* 106.

Potentilla foliis duplicato-pinnatis: pinnulis linearibus integerrimis brevibus. *Gmel. mſſ.*

*Habitat in* Sibiria. ♃.

Ranunculus nemoroſus, flore purpureo-cæruleo. *Park. theatr.* 325. *Raj. angl.* 3. *p.* 259.
Anemone, geranii robertiani folio, cærulea. *Bauh. pin.* 174.
Anemone hortenſis tenuifolia, ſimplici flore 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 254.
*Habitat in* Apenninis, Romæ, Anglia.

ranunculoides. 17.* ANEMONE ſeminibus acutis, foliolis inciſis, petalis ſubrotundis, caule ſub-bifloro. *Hort. cliff.* 125. *Fl. ſvec.* 451; 486. *Roy. lugdb.* 488. *Dalib. pariſ.* 161.

Ra-

Ranunculus nemoroſus luteus. *Bauh. pin.* 178.
Ranunculus phragmites luteus nemoroſus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 413.
*Habitat in* Europæ *borealis pratis nemoroſis.* ♃.

18. ANEMONE caule unifloro, involucro folioſo obtuſo. ſibirica.
*Habitat in* Sibiria. *D. Gmelin.* ♃.
Folia *radicalia digitata, multifida, marginibus præſertim hirſuta: petiolis piloſis baſi vaginantibus.* Scapus *nudus, piloſus.* Involucrum *ſub flore tripartitum, lobatum: laciniis lanceolatis.* Flos *patens: petalis* 6, *ſubrotundis, fulvis.* Stamina *flava.* Piſtillorum *capitula ſubrotunda, muricata.*

19. ANEMONE floribus umbellatis, ſeminibus depreſſo-ovalibus nudis. narciſſiflora.
Anemone multiflora, ſemine lævi latiſſimo, petalis ſenis ex rotundo-acutis. *Hall. helv.* 330.
Ranunculus montanus hirſutus humilior, narciſſi flore. *Bauh. pin.* 182.
Ranunculus montani 2, ſpecies altera. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 235.
Caryophyllata alpina quinquefolia. *Bauh. pin.* 322.
*Habitat in Alpibus* Auſtriæ, Helvetiæ, Sibiriæ. ♃.

20. ANEMONE floribus umbellatis congeſtis, foliis multifidis. †. faſciculata.
Ranunculus orientalis, aconiti lycoctoni folio, flore magno albo. *Tournef. cor.* 20. *itin.* 3. *p.* 92. *t.* 92.
*Habitat in* Oriente.
*Obſcure adhuc diſtincta a præcedente (cui ſimillima), quamdiu hujus ſemina non deſcripta ſunt.*

21. ANEMONE foliis caulinis ſimplicibus verticillatis, radicalibus duplicato-ternatis. Thalictroides.
Ranunculus nemoroſus, aquilegiæ foliis, virginianus, aſphodeli radice. *Pluk. alm.* 310. *t.* 106. *f.* 4.
β. Thalictrum caule unifloro, ex eodem puncto foliis quatuor ſimplicibus inſtructo. *Gron. virg.* 62.
*Habitat in* Virginia, Canada.
*Canadenſis plantæ* β, *a D. Kalmio lectæ,* Radix *tuberoſa.* Folia *radicalia petiolis longis, duplicato-ternata: foliolis ſubcordatis; angulatis.* Scapus *foliis paulo altior, terminatus foliis quatuor ſimplicibus, folio-*

*foliolis radicalibus ſimilibus, petiolis longis inſidentibus.* Pedunculi *terminales, conferti ſ. faſciculati* 1, 2, 3, *ſ.* 5, *ſimplices, uniflori, æquales.* Corollæ *albæ: petalis ovatis, obtuſis, patentibus.* Stamina *flaveſcentia. Piſtilli capitulum ovatum, muricatum.*

## ATRAGENE.

zeylanica. 1. ATRAGENE cirrhis diphyllis, petalis exterioribus quaternis. *Fl. zeyl.* 226. *.
Atragene. *Amœn. acad.* 1. *p.* 405.
Clematis zeylanica, floribus obſoletis parvis. *Herm. zeyl.* 35.
*Habitat in* Zeylona. ♄.

alpina. 2. ATRAGENE foliis duplicato-ternatis ſerratis, petalis exterioribus quaternis.
Clematis foliis cordatis crenatis indiviſis trilobis ternatisque. *Roy. lugdb.* 487.
Clematis alpina geranifolia. *Bauh. pin.* 300. *prodr.* 135. *Pluk. alm.* 109. *t.* 84. *f.* 7. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 15. *t.* 2. *f. ult.*
Clematis cruciata alpina. *Pon. bald.* 335.
*Habitat in* Baldi, Auſtriæ, Sibiriæ *alpibus.* ♄. ♃.
Folia *biternata, inciſa, radicalia.* Scapi *uniflori.* Petala 4 *exteriora lanceolata, magna; interiora lanceolata, obovata, parva.*

capenſis. 3. ATRAGENE foliis ternatis: foliolis inciſis dentatis, petalis exterioribus quinis.
Pulſatilla foliis trifidis dentatis, flore incarnato pleno. *Burm. afric.* 148.
Pulſatilla apii folio rigido, flore magno. *Herm. afric.* 18.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♄. ♃.
Caulis *fruticoſus.* Folia *alterna, ternata, cuneiformia, trifida, acuta, dentata, nuda: intermedio longius petiolato.* Scapus *uniflorus, hirſutus.* Involucrum *triphyllum, hirſutum.* Petala *circiter* 20, *alba: horum* 6 *inferiora latiora, ſubtus villoſa purpuraſcentia.* Seminum *capitulum ovatum, hirſutum.*

CLE-

# CLEMATIS.

* *ſcandentes.*

1. CLEMATIS foliis compoſitis decompoſitisque: foliolis ovatis integerrimis. *Hort. cliff.* 225. *Roy. lugdb.* 486. Viticella.
Clematitis cærulea vel purpurea repens. *Bauh. pin.* 300.
Clematitis altera. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 122. *Cam. epit.* 696.
Clematis cærulea, flore pleno. *Bauh. pin* 300.
*Habitat in* Italiæ, Hiſpaniæ, *ſepibus.*
Folia *infima cordata; media triloba, ſuperiora pinnata.* Petala *decidua, obtuſiſſima, lateribus tenuiora.*

2. CLEMATIS foliis compoſitis decompoſitisque: foliolis quibusdam trifidis. *Gron. virg.* 62. Viorna.
Flammula ſcandens, flore violaceo clauſo. *Dill. elth.* 144. *t.* 118. *f.* 144.
Clematis purpurea repens, petalis florum coriaceis. *Raj. hiſt.* 1928.
Scandens caroliniana planta, viornæ folio. *Pet. ſicc.* 27.
*Habitat in* Virginia, Carolina.

3. CLEMATIS foliis ſimplicibus ternatisque: foliolis integris trilobisve. criſpa.
Clematis flore criſpo. *Dill. elth.* 86. *t.* 73. *f.* 84.
*Habitat in* Carolina.

4. CLEMATIS foliis compoſitis: foliolis inciſis angulatis lobatis cuneiformibus, petalis interne villoſis. orientalis.
Clematis orientalis, apii folio, flore e viridi-flaveſcente poſterius reflexo. *Tourneſ. cor.* 20.
Flammula ſcandens, apii folio glauco. *Dill. elth.* 144. *t.* 119. *f.* 145.
*Habitat in* Oriente.
*Flores cernui: petalis recurvatis, ſupra villoſis.*

5. CLEMATIS foliis ternatis integerrimis, floribus dioicis. *Amœn. acad.* 5. *p.* 398. *. dioica.
Clematis ſcandens, foliis qinquenerviis ovatis nitidis pinnato-ternatis. *Brown. jam.* 255.
Clematis prima ſ. ſylveſtris latifolia, foliis ternis. *Sloan. jam.* 84 *hiſt.* 1. *p.* 199. *t.* 128. *f.* 1.
*Habitat in* America *calidiore.*

6. CLE-

virginiana. 6. CLEMATIS foliis ternatis: foliolis cordatis ſublobato angulatis ſcandentibus, floribus dioicis. *Amæn. acad.* 4. *p.* 274. *.
Clematis virginiana panonicæ ſimilis. *Pluk. mant.* 51. *t.* 389. *f.* 4.
Clematis floridenſis, flore albo odoratiſſimo. *Albin. anat.* 1. *p.* 79. *t.* 7.
Clematis aquatica trifoliata late ſcandens, floribus albis odoratis. *Gron. virg.* 62. *n.* 270.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.* ♄.
*Fœmina gaudet ſtaminibus, ſed antheræ polline deſtituuntur.*

cirrhoſa. 7. CLEMATIS cirrhis ſcandens, foliis ſimplicibus. *Hort. cliff.* 226. *Roy. lugdb.* 487.
Clematitis peregrina, foliis pyri inciſis. *Bauh. pin.* 300.
Clematis altera bætica. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 123.
Clematis peregrina, foliis pyri inciſis: nunc ſingularibus, nunc ternis. *Tournef. cor.* 20.
*Habitat in* Bætica, *arbores operiens & deprimens.*
*Cirrhi oppoſiti, a foliis diſtincti.* Folia *ſæpius ſimplicia, ſerrata, petiolata, ovata, ex iisdem geniculis caulis plura.* Pedunculi *axillares, uniflori; ſub ſingulo flore calyculus remotus, hemiſphæricus, minutus.*

Vitalba. 8. CLEMATIS foliis pinnatis: foliolis cordatis ſcandentibus. *Hort. cliff.* 225. *Roy. lugdb.* 486. *Hall. helv.* 334. *Gron. virg.* 62. *Sauv. monſp.* 249. *Gort. geldr.* 315.
Clematitis latifolia integra. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 125.
Clematis tertia. *Cam. epit.* 697.
β. Clematis latifolia dentata. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 125.
Vitalba. *Dod. pempt.* 404.
γ. Clematis ſylveſtris latifolia. *Bauh. pin.* 300. *Sloan. jam.* 84.
*Habitat in ſepibus* Europæ *auſtralis*, Virginiæ, Jamaicæ.

Flammula. 9. CLEMATIS foliis inferioribus pinnatis ſcandentibus laciniatis: ſummis ſimplicibus integerrimis lanceolatis. *Hort. cliff.* 225. *Roy. lugdb.* 486. *Hall. helv.* 334. *Sauv. monſp.* 249.

Clematitis ſ. Flammula repens. *Bauh. pin.* 300. *Raj. hiſt.* 621.
Flammula. *Dod. pempt.* 404. *Dalech. hiſt.* 1171.
*Habitat* Monſpelii, Jenæ, *inque* Rhetiæ *ſepibus.*

* * *erecta.*

10 CLEMATIS foliis pinnatis linearibus, caulibus ſimplicibus hexagonis. maritima.
Clematis maritima repens. *Bauh. pin.* 300. *prodr.* 135. *Allion. nic.* 122. *.
*Habitat ad littora maris* Adriatici, Venetiis, Monſpelii.
Planta *perennis.* Caules, *e ſarmentis procumbentibus, plures, erectiuſculi, erecti.* Folia *oppoſita, pinnata: foliolis ſæpius* 5 *paribus, remotis, linearibus, rigidiuſculis, ſubſeſſilibus, lævibus, indiviſis ſ. rarius bi vel trifidis.* Flores *C. rectæ.* Varietatem *C. Flammulæ ſtatuunt Magnol & Rajus; meam potius C. rectæ judicarem ex ſolo mutatam?*

11 CLEMATIS foliis pinnatis: foliolis ovato lanceolatis integerrimis, caule erecto, floribus pentapetalis tetrapetaliſque. *Hort. cliff.* 225. *Hort. upſ.* 155. *Roy. lugdb.* 486. *Sauv. monſp.* 249. recta.
Flammula recta. *Bauh. pin.* 300.
Flammula. *Cam. epit.* 698. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 124.
*Habitat in collibus* Auſtriæ, Pannoniæ, Tatariæ, Monſpelii. ♃.
*Umbellæ erectæ & ſtrictæ ſunt.*

12. CLEMATIS foliis ſimplicibus ſeſſilibus ovato-lanceolatis, floribus cernuis. *Hort. cliff.* 225. *Hort. upſ.* 156. *Roy. lugdb.* 486. integrifolia.
Clematitis cærulea erecta. *Bauh. pin.* 300.
Clematis cærulea pannonica. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 123.
*Habitat in* Hungaria, Tataria. ♃.

## THALICTRUM.

1. THALICTRUM caule ſimpliciſſimo ſubnudo, racemo ſimplici terminali. *Hort. cliff.* 227. *Fl. ſvec.* 455; 491. *Roy. lugdb.* 485. alpinum.
Thalictrum caule ſubnudo ſimplici, foliolis obtuſis. *Fl. lapp.* 225. *.

Tha-

Thalictrum montanum minimum præcox, foliis ſplendentibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 325. *ſ.* 9. *t.* 20. *f.* 14 *Oed. dan. t.* 11.
*Habitat in Alpibus* Lapponiæ, Arvoniæ. ♃.
*Petala* 4, *Stamina* 12, *Piſtilla* 8, *Racemus ſimplex floribus cernuis.*

fœtidum. 2. THALICTRUM caule paniculato filiformi ramoſiſſimo folioſo.
Thalictrum caule filiformi ramoſiſſimo in paniculam diſperſo ſubjectis foliolis. *Hort. cliff.* 227. *. *Roy. lugdb.* 485. *Sauv. monſp.* 251.
Thalictrum minimum fœtidiſſimum. *Bauh. pin.* 337. *prodr.* 127. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 488. *Burſ. XIX:* 49. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 325. *ſ.* 9. *t.* 20. *f.* 13. *Pluk. alm.* 367. *t.* 65. *f.* 4.
*Habitat* Monſpelii, *inque* Valleſia, Helvetia. ♃.

tuberoſum. 3. THALICTRUM floribus pentapetalis, radice tuberoſa. *Hort. cliff* 226 *Roy. lugdb.* 486.
Thalictrum minus, aſphodeli radice, magno flore. *Tournef. inſt.* 271.
Thalictrum minus, grumoſa radice, floribus majoribus. *Herm. flor.* 9. *Bœrh. lugdb.* 1. *p.* 45.
Ranunculus thalictri folio, aſphodeli radice. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 438. *ſ.* 4. *t.* 28. *f.* 13.
Oenanthe hederæ foliis. *Bauh. pin.* 163.
*Habitat in* Hiſpania, Pyrenæis. ♃.

cornuti. 4. THALICTRUM floribus pentapetalis, radice fibroſa. *Roy. lugdb.* 486.
Thalictrum canadenſe. *Corn. canad.* 186.
Thalictrum americanum. *Park. theatr.* 265.
Thalictrum majus, foliis aquilegiæ, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 325.
*Habitat in* Canada. ♃.

dioicum. 5. THALICTRUM floribus dioicis.
*Habitat in* Canada. *Kalm.*
*Altitudo vix pedalis.* Caulis *rectus.* Flores *tetrapetali corollis & ſtaminibus* 40 *albis.* Antheræ *flaveſcentes.* Foliola *cernua ſunt, qua nota diſtinctiſſima evadit planta ex habitu.* Feminæ *ſtyli ſetacei, longiores quam in congeneribus.*

6. THA-

6. THALICTRUM foliis ſexpartitis, floribus cernuis. minus.

Thalictrum caule folioſo, foliolis caulinis acutis, panicula divaricata, floribus nutantibus *Fl. ſvec.* 454; 489. *It gotl* 180. *. *Dalib. pariſ.* 454.
Thalictrum minus. *Bauh. pin.* 335. *Dod pempt.* 58.
Ruta pratenſis minor *Tabern. ic.* 55.
*Habitat in* Europæ *pratis.* ♃.
*Dignoſcitur apicibus foliorum purpuraſcentibus & Caulis nebula cæruleſcente* Floret *præcocius cum T. aquilegifolio, alpino, purpuraſcente, anguſtifolio & contorto.*

7. THALICTRUM foliis tripartitis, caule foliis duplo altiore, floribus cernuis. purpuraſcens.

Thalictrum virginianum elatius glaucum, ſtaminibus purpuraſcentibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 324.
*Habitat in* Canada. ♃.
*Habitus Thalictri minoris, at dimidio humilius evadit, ubi illud tripedale.* Calyces *purpuraſcentes, ſtaminibus luteis.* Caulis *purpuraſcens, absque nebula. Differt a T. minori foliolis minime apice purpuraſcentibus. Tempore florendi præcocius cum T. minori, nec cum T. flavo. Flos ut in præcedenti: Petalis* 4, *Staminibus* 14, *Piſtillis* 8.

8. THALICTRUM foliis tripartitis: foliolis ſubreflexis argute inciſis, floribus cernuis. ſibiricum.

Thalictrum alpinum minus ſaxatile, rutæ folio, ſtaminibus luteis. *Segu. ver.* 1. *p.* 476. *t.* 11?
*Habitat in* Sibiria. Gmelin.
*Habitus Th. minoris ſ. purpuraſcentis, at* Foliola *parva, ſextuplo minora, glauca colore Rutæ ſ. Fumariæ.* Caulis *viridis, maxime paniculatus.* Panicula *ad divaricationes fuſca.* Floret *ſerius, nempe cum T. flavo & Dioico.*

9. THALICTRUM foliolis lanceolato-linearibus integerrimis. *Hort. cliff* 226. *Amœn. acad.* 3. *p.* 48. *Roy. lugdb.* 487. *Hall. helv.* 308. *Sauv. monſp.* 250. anguſtifolium.

Thalictrum pratenſe, anguſtiſſimo folio. *Bauh. pin.* 337. *prodr.* 146. *t.* 146. *Pluk. alm.* 364. *t.* 65. *f.* 6.
*Habitat in* Germania *rarius.* ♃.
*Petala* 4, *ſtamina* 16, *Piſtilla* 7.

flavum. 10. THALICTRUM caule folioſo ſulcato, panicula multiplici erecta. *Hort. cliff.* 226. *Fl. ſvec.* 453; 488. *Roy. lugdb.* 485. *Hall. helv.* 308. *Dalib. pariſ.* 162.

Thalictrum pratenſe. *Fl. lapp.* 224.

Thalictrum majus, ſiliqua anguloſa ſ. ſtriata. *Bauh. pin.* 336.

Thalictrum magnum. *Dod. pempt.* 58.

*ſpecioſum.* β. Thalictrum majus flavum, floribus luteis ſ. glauco folio. *Bauh. pin.* 336. *ſtaminibus fulvis.*

*Habitat in* Europæ *ſeptentrionalioris ſubhumidis*, β. *in* Hiſpania. ♃.

*Petala* 4, *Stamina* 24, *Piſtilla* 10—16.

lucidum. 11. THALICTRUM caule folioſo ſulcato, foliis linearibus carnoſis. *Dalib. pariſ.* 162. †.

Thalictrum minus lucidum, libanotidis coronariæ foliis. *Pluk. alm.* 363. *t.* 65. *f.* 5.

Thalictrum minus alterum pariſienſium, foliis craſſioribus & lucidis. *Tournef. inſt.* 271.

Thalictrum 1, vel pratenſe 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 234.

*Habitat* Pariſiis & *in* Hiſpania.

*Planta, an ſatis diſtincta, a T. flavo? videtur temporis filia.*

aquilegifolium. 12. THALICTRUM fructibus pendulis triangularibus rectis, caule tereti.

Thalictrum ſeminibus triangularibus pendulis, ſtipulis caulinis. *Hort. cliff.* 226. *Fl. ſvec.* 452; 487. *Roy. lugdb.* 285. *Hall. helv.* 309.

Thalictrum majus, florum ſtaminibus purpuraſcentibus. *Bauh. pin.* 337.

Thalictrum majus, folliculis anguloſis, caule lævi. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 487.

*Habitat in* Scania, Helvetia. ♃.

*Petala* 4, *Stamina* 60, *Piſtilla* 16.

contortum. 13. THALICTRUM fructibus pendulis triangularibus contortis, caule ſubancipiti.

Thalictrum hybridum ſeminibus contortis. *Amœn. acad.* 3. *p.* 47.

*Habitat in* Sibiria. *G. Demidoff.* ♃.

*Petala* 4, *Stamina* 60, *Piſtilla* 8. *antecedenti ſimile, ſed humilius floribus albis.*

14. THA-

14. THALICTRUM ſcapo ſubumbellato, florum filamentis oblanceolatis coloratis anthera latioribus. petalodeum
*Habitat in* Sibiria. ♃.
Folia *radicalia duo, ſupradecompoſita ut in congeneribus, ſed reliquis longe minora:* Foliolis *ovatis, obtuſis, ſæpe trilobis.* Scapus *vix pedalis, ſtriatus, aphyllus, raro unico folio decompoſito & pedunculo laterali.* Flores *fere in umbellam terminalem congeſti.* Calyx *tetraphyllus, deciduus, rotundatus.* Stamina *numeroſa: Filamentis membranaceis, ſuperne magis dilatatis, coloratis, incarnatis, Antheris latioribus.* Germina *ſeſſilia.*

## ADONIS.

1. ADONIS floribus pentapetalis, fructibus ovatis. *Mill. lex.* æſtivalis.
Adonis ſylveſtris, flore phœniceo, ejusque foliis longioribus. *Bauh. pin.* 178.
Adonis flore pallido. *Cam. epit.* 648.
*Habitat inter ſegetes* Europæ *auſtralis.* ☉.
*Affinis nimium A. autumnali.*

2. ADONIS floribus octopetalis, fructibus ſubcylindricis. *Hort. upſ.* 156. autumnalis.
Adonis radice annua. *Hort. cliff.* 321. *Roy. lugdb.* 488. *Dalib. pariſ.* 162. *Sauv. monſp.* 253.
Adonis flore majore. *Bauh. pin.* 178.
Adonis hortenſis, flore minore atro-rubente. *Bauh. pin.* 178.
Flos adonis. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 336.
*Habitat inter ſegetes* Europæ *auſtralis.* ☉.

3. ADONIS flore dodecapetalo, fructu ovato. vernalis.
Adonis radice perenni. *Hort. cliff.* 231. *Fl. ſvec.* 456; 492. *It. œl.* 73. *Roy. lugdb.* 488. *Sauv. monſp.* 253.
Helleborus niger tenuifolius, buphthalmi flore. *Bauh. pin.* 186.
Buphthalmum *Dod. pempt.* 261.
*Habitat in* Oelandiæ, Boruſſiæ Bohemiæ *collibus apricis.* ♃.
*Hæc Soror A. apenninæ, ut A. æſtivalis eſt A. autumnalis.*

apennina. 4. ADONIS floribus pentdecapetalis, fructu ovato.
Helleborus niger ferulaceus, caule geniculato, flore magno tulipæ minoris inſtar. *Mentz. pug. t. 3. f. 1.*
*Habitat in* Sibiria, Apenninis. ♃.
*Difficillime diſtingvuntur plantæ* 4 *&* 3. *ſimillimæ.* Caulis 3 *adſperſus pilis*; 4 *punctis farinoſis pellucidis.* Rami 3 *ex caulis parte inferiore*; 4 *ex alis ſuperioribus.* Pedunculus 3 *breviſſimus*; 4 *longior.* Folia *in* 3 *minus pinnata*; 4 *magis diviſa, latiora, nitidiora.* Calyx *in* 3 *griſeus ſtriatus villoſus concavus*; 4 *luteo vireſcens, glaber, avenius, planus.* Petala *in* 3 *lanceolata, ſæpius duodecim*; 4 *ovata, imbricata, ſæpius quindecim.* Flos *in* 3 *unicus*; *in* 4 *plures.* Stamina *in* 4 *valde reflexa.* Planta 4. *diutius æſtate durat*, 3. *vero vernalis eſt.*

capenſis. 5. ADONIS floribus pentdecapetalis, fructibus depreſſis, foliis duplicato-ternatis foliolis inciſis dentatis.
Actæa trifoliata hirſuta, foliis ſcabris, flore ſulphureo rariore. *Burm. afr.* 147. *t.* 51.
Chriſtophoriana africana ranunculoides, foliis rigidis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 62.
Ranunculus æthiopicus, foliis rigidis, floribus ex luteo-vireſcentibus. *Comm. hort.* 1. *p.* 1. *t.* 1. *Raj. ſuppl.* 316.
Ranunculus perelegans Franqueville, foliis aculeatis. *Lob. illuſtr.* 135. *.
Aſtrantia africana, laſerpitii foliis latioribus rigidis & ſpinoſis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 279.
Imperatoria ranunculoides africana enneaphyllos, laſerpitii lobatis foliis rigidis margine ſpinoſis. *Pluk. alm.* 198. *t.* 95. *f.* 2.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. ♃.
Caulis *ſubdiviſus, umbelligerus.* Folia *radicalia, biternata: intermedio foliolo partiali ſæpe pinnato-pentaphyllo.* Calyx *pentaphyllus.* Petala *ſæpe* 15, *longa*; *horum* 5 *exteriora.* Planta *cauſtica variat glabra aut hirta.*

## RANUNCULUS.

### * *Foliis ſimplicibus.*

Flammula. 1. RANUNCULUS foliis ovato-lanceolatis petiolatis

tis, caule declinato. *Hort. cliff.* 228. *Fl. ſvec.* 458; 493. *Roy. lugdb.* 489. *Hall. helv.* 322. *Dalib. pariſ.* 163.
Ranunculus foliis ovato-oblongis integerrimis, caule procumbente. *Fl. lapp.* 325.
Ranunculus longifolius paluſtris minor. *Bauh. pin.* 180.
Flammula Ranunculus. *Dod. pempt.* 432.
β. Ranunculus paluſtris, foliis ſerratis. *Bauh. pin.* 180.
*Habitat in* Europæ *paſcuis udis.* ♃.

2.* RANUNCULUS foliis linearibus, caule repente. *Fl. lapp.* 236. *t.* 3. *f.* 5. *Fl. ſvec.* 459; 495. reptans.
Ranunculus flammeus minimus, ſpergulæ folio. *Buxb. cent.* 5. *app.* 41.
Ranunculus repens, gramineis foliis, e ſingulis geniculis radices agens. *Amm. ruth.* 80. *t.* 13. *f.* 1.
*Habitat in* Svecia, Ruſſia *ad ripas lacuum, antecedenti valde affinis & forte varietas;* in Dania ac ad lacum Genevensem.

3.* RANUNCULUS foliis lanceolatis, caule erecto. *Hort. cliff.* 228. *Fl. ſvec.* 457. *Roy. lugdb.* 489. *Dalib. pariſ.* 163. Lingua.
Ranunculus longifolius paluſtris major. *Bauh. pin.* 34.
Ranunculus lanceolatus major. *Tabern. ic.* 48.
β. Ranunculus flammeus, latiori plantaginis folio marginibus piloſis. *Pluk. alm.* 312.
*Habitat in* Europæ *borealioris foſſis, aquis limoſis.* ♃.

4. RANUNCULUS foliis ovatis petiolatis, floribus ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 228. *Dalib. pariſ.* 164. nodiflorus.
Ranunculus pariſienſis pumilus, plantaginellæ folio. *Pet. gaz.* 40. *t.* 25. *f.* 4. *Vaill. act.* 1719. *p.* 52. *t.* 4. *f.* 4.
β. Ranunculus ſiculus, folio rotundo vix ſerrato. *Pet. gaz.* 39. *t.* 24. *f.* 9.
*Habitat* Pariſiis & *in* Siciliæ *locis paludoſis.*

5. RANUNCULUS foliis lanceolato-linearibus ſeſſilibus, caule erecto, radice bulboſa. *Hort. cliff.* 228. *Roy. lugdb.* 489. *Dalib. pariſ.* 163. *Sauv. monſp.* 75. gramineus.
Ranunculus, gramineo folio, bulboſus. *Bauh. pin.* 181.

Ranunculus pumilus, gramineis foliis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 866.
Hydropiper lanceolatum. *Dalech. hiſt.* 1038.
β. Ranunculus montanus, folio gramineo. *Bauh. pin.* 180.
γ. Ranunculus montanus, folio gramineo, multiplex. *Bauh. pin.* 181.
*Habitat in* Pyrenæis & Galliæ *pratis aridis.* ♃.

parnaſſifolius. 6. RANUNCULUS foliis ſubovatis nervoſis integerrimis petiolatis.
Ranunculus montanus, graminis parnaſſi folio. *Tournef. inſt.* 286.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*
Gemma *radiculis promit* Folia *duo, lanceolata, membranacea, ſupra terram eminentia.* Folia *ovata, obtuſa, coriacea, nervoſa, integerrima, ſupra pubeſcentia, imprimis baſi involuta, longius petiolata.* Caulis *ſimpliciſſimus, indiviſus, aphyllus.* Involucrum *terminale, diphyllum.* Pedunculi 2—4, *uniflori, pubeſcentes.* Calyx *purpuraſcens.* Corolla *albida vel purpuraſcens nervis purpureis.*

amplexicaulis. 7.* RANUNCULUS foliis ovatis acuminatis amplexicaulibus, caule multifloro, radice faſciculata. *Hort. cliff.* 229. *Roy. lugdb.* 484. *Sauv. monſp.* 76.
Ranunculus montanus, folio plantaginis. *Bauh. pin.* 180. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 444. *ſ.* 4. *t.* 30. *f.* 36.
Ranunculus dulcis, foliis latis rapiſtri perfoliatis, floribus albis. *Menz. pug. t.* 8. *f.* 6.
*Habitat in* Pyrenæis, Apenninis. ♃.

bullatus. 8. RANUNCULUS foliis ovatis ſerratis, ſcapo nudo unifloro. *Hort. cliff.* 229.
Ranunculus latifolius bullatus, aſphodeli radice. *Bauh. pin.* 181.
Ranunculus luſitanicus. *Dod. pempt.* 429.
Ranunculus grumoſa radice 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 238.
β. Ranunculus latifolius bullatus autumnalis, flore pleno & prolifero. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 447. *ſ.* 4. *t.* 31. *f.* 49, 50, 51.
Ranunculus luſitanicus, folio ſubrotundo, parvo flore. *Tournef. inſt.* 286.
*Habitat in* Luſitania, Creta. ♃.

Ficaria. 9.* RANUNCULUS foliis cordatis angulatis petiolatis. *Fl. ſvec.* 460; 496. *Hort. cliff.* 228. *Mat. med.* Che-

274. *Roy. lugdb.* 490. *Dalib. pariſ.* 167.
Chelidonia rotundifolia minor. *Bauh. pin.* 309.
Chelidonium minus. *Fuchſ. hiſt.* 866.
β. Chelidonia rotundifolia major. *Bauh. pin.* 309. *prodr.* 137
*Habitat in* Europæ *ruderatis*, *umbroſis*, *ſpongioſis*. ♃.

10.* RANUNCULUS foliis reniformibus ſubtrilobis crenatis: caulino ſeſſili, floralibus lanceolatis, caule ſub bifloro. *Jacq. virid.* 249. *. Thora.
Aconitum pardalianches 1, ſ. Thora major. *Bauh. pin.* 184.
Thora major. *Cam. epit.* 825.
Pthora valdenſium. *Lob. ic.* 604. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 239.
β. Aconitum pardalianches alterum, ſ. Thora minor. *Bauh. pin.* 184.
Thora minor. *Cam. epit.* 826.
Limeum pardalianches genus, uno tantum folio. *Dalech. hiſt.* 1738.
Ranunculus foliis radicalibus cordato ſubrotundis, caulinis ſeſſilibus lanceolatis integerrimis. *Hall. helv.* 327.*
*Habitat in Alpibus* Helveticis, Pyrenaicis. ♃.
Varietates *α β conjunguntur ab Hallero, diſtinguuntur a Seguiero.*

* * *Foliis diſſectis & diviſis.*

11. RANUNCULUS foliis radicalibus reniformibus crenatis ſublobatis, caulinis tripartitis lanceolatis integerrimis, caule multifloro. creticus.
Ranunculus foliis radicalibus cordato-ſubrotundis, caulinis tripartitis ſeſſilibus lanceolatis integerrimis. *Roy. lugdb.* 490.
Ranunculus, aſphodeli radice, creticus. *Bauh. pin.* 181.
Ranunculus creticus latifolius. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 239.
*Habitat in* Creta. ♃.

12. RANUNCULUS foliis radicalibus ſubrotundo-cordatis crenatis; caulinis digitatis dentatis, caule multifloro. caſſubicus.
Ranunculus rotundifolius vernus ſylvaticus major vel caſſubicus, folio thoræ calthæ. *Breyn. prodr.* 1. *p.* 45.
*Habitat in* Caſſubia, Sibiria. ♃.

13.* RANUNCULUS foliis radicalibus reniformibus crenatis inciſis; caulinis digitatis linearibus, caule multifloro. *Hort. cliff.* 229. *Fl. ſvec.* 462; 498. *Roy. lugdb.* 490. *Hall. helv.* 327. *Dalib. pariſ.* 167. *Leys. hal.* 487. auricomus.

Ranunculus nemoroſus ſ. ſylvaticus, folio ſubrotundo. *Bauh. pin.* 178.
Ranunculus ſylveſtris. *Dalech. hiſt.* 1028.
*Habitat in* Europæ *paſcuis humidiuſculis.* ♃.
Flores *nobis mente Frondeſcentiæ apetali, Floreſcentiæ di-ſ. tripetali, Groſſificationis pentapetali.*

abortivus. 14. RANUNCULUS foliis radicalibus cordatis crenatis, caulinis ternatis angulatis, caule ſubtrifloro.
Ranunculus foliis radicalibus crenatis, caulinis digitatis petiolatis. *Roy lugdb* 490.
Ranunculus foliis radicalibus reniformibus crenatis petiolatis; caulinis paucis digitatis ſeſſilibus. *Gron. virg.* 166.
Ranunculus virginianus, flore parvo, molliori folio. *Herm. lugdb* 514
*Habitat in* Virginia, Canada.

ſceleratus. 15. RANUNCULUS foliis inferioribus palmatis; ſummis digitatis, fructibus oblongis. *Hort. cliff.* 230. *Fl. ſvec.* 463; 499. *Roy. lugdb.* 490. *Hall. helv.* 323. *Gron. virg.* 63. *Dalib. pariſ.* 167.
Ranunculus paluſtris, apii folio, lævis. *Bauh. pin.* 180.
Ranunculus ſylveſtris 1. *Dod. pempt.* 426.
*Habitat ad* Europæ *foſſas & paludes* ☉.

aconitifolius 16. RANUNCULUS foliis omnibus quinatis lanceolatis inciſo-ſerratis. *Hort. cliff.* 229. *Hort. upſ.* 156. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 497. *Roy. lugdb.* 490 *Hall. helv.* 325.
Ranunculus montanus, aconiti folio, albus: flore majore. *Bauh. pin.* 182.
β Ranunculus montanus, aconiti folio, albus flore minore. *Bauh. pin.* 182.
Ranunculus montanus 4. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 236.
γ. Ranunculus folio aconiti, flore albo multiplici. *Bauh. pin.* 179.
Ranunculus pleno flore albo. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 236.
*Habitat in Alpibus* Helveticis, Auſtriacis, Pyrenæis, Norvegicis, Horto Dei. ♃.

illyricus. 17. RANUNCULUS foliis ternatis integerrimis lanceolatis. *It. œl.* 71. *Fl. ſvec.* 471; 500.
Ranunculus foliis tripartitis: laciniis linearibus, caule multifloro, radice tuberoſa. *Hort. cliff.* 230. *Roy. lugdb.* 491. *Sauv. monſp.* 181.

Ra-

Ranunculus lanuginoſus anguſtifolius, grumoſa radice, major & minor. *Bauh. pin.* 181.
Ranunculus grumoſa radice 4. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 240.
*Habitat in* Oelandia, Hungaria, Narbona, Italia. ♃.

18. RANUNCULUS foliis ternatis biternatisque: foliolis trifidis inciſis, caule inferne ramoſo. *Mill. dict. t.* 216. **aſiaticus.**
Ranunculus foliis tripartitis laciniatis, caule inferne ramoſo, radice tuberoſa. *Hort. cliff.* 230. *Hort. upſ.* 156. *Roy. lugdb.* 490.
Ranunculus, grumoſa radice, ramoſus. *Bauh. pin.* 181.
Ranunculus aſiaticus polyclonos ſ. grumoſa radice. 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 241.
β. Ranunculus grumoſa radice, flore flavo vario. *Bauh. pin.* 181.
γ. Ranunculus grumoſa radice, flore albo. *Bauh. pin.* 181.
δ. Ranunculus grumoſa radice, flore albo leniter crenato. *Bauh. pin.* 181.
ε. Ranunculus grumoſa radice, flore niveo. *Bauh. pin.* 181.
ζ. Ranunculus grumoſa radice, flore phœniceo minimo ſimplici. *Bauh. pin.* 181.
η. Ranunculus aſphodeli radice, flore ſangvineo. *Bauh. pin.* 181.
θ. Ranunculus aſphodeli radice, flore ſubphœniceo rubente. *Bauh. pin.* 181.
. Ranunculus, aſphodeli radice, prolifer miniatus. *Bauh. pin.* 181.
*Habitat in* Aſia & Mauritania. ♃.

19.* RANUNCULUS foliis ſupradecompoſitis, caule ſimpliciſſimo unifolio unifloro, radice tuberoſa. *Hort. cliff.* 230. *Roy. lugdb.* 491. **rutæfolius.**
Ranunculus rutaceo folio, flore ſuave rubente. *Bauh. pin.* 181. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 448. *ſ.* 4. *t.* 31. *f.* 54.
Ranunculus præcox 1, rutæ folio. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 232.
*Habitat in Alpibus* Auſtriæ, Delphinatus. ♃.

20.* RANUNCULUS calycibus hirſutis, caule bifloro, foliis multifidis. *Fl. ſvec.* 464; 501. **glacialis.**
Ranunculus caule bifloro, calyce hirſuto. *Fl. lapp.* 233. *t.* 3. *f.* 1.
Ranunculus montanus purpureus, calyce villoſo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 868. *Scheuch. alp.* 339. *t.* 20. *f.* 1. *Oed. dan. t.* 19.

Ranunculus alpinus, coriandri folio, flore albo-purpuraſcente. *Barr. ic.* 456.
*Habitat in Alpibus* Lapponiæ, Helvetiæ, Delphinatus. ♃.

**nivalis.** 21.* RANUNCULUS calyce hirſuto, caule unifloro, foliis radicalibus palmatis: caulinis multipartitis ſeſſilibus. *Fl. lapp.* 232. *t.* 3. *f.* 2. *Fl. ſvec.* 465; 502. *Hall. helv.* 326.
Ranunculus minimus alpinus luteus. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 861. *f. interior.*
β. Ranunculus idem pygmæus. *Fl. lapp.* 232. *t.* 3. *f.* 5.
*Habitat in Alpibus* Lapponiæ, Helvetiæ. ♃.
*Planta tota glaberrima nequit eſſe R. monſpeliacus.*

**alpeſtris.** 22.* RANUNCULUS foliis radicalibus ſubcordatis obtuſis tripartitis: lobis trilobatis; caulino lanceolato integerrimo, caule unifloro.
Ranunculus caule aphyllo unifloro, foliis ſubrotundis ſemitrifidis. *Hall. helv.* 326. *Sauv. monſp.* 205.
Ranunculus alpinus humilis rotundifolius, flore majore & minore. *Baub. pin.* 181.
Ranunculus alpinus humilis albus, folio ſubrotundo. *Segu. ver.* 1. *p.* 489. *t.* 12. *f.* 1.
Ranunculi montani 1. ſpecies 1. & 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 234.
*Habitat in Alpibus* Auſtriacis, Helveticis. ♃.

**lapponicus.** 23. RANUNCULUS foliis tripartitis lobatis obtuſis, caule ſubnudo unifloro. *Fl. ſvec.* 461; 503. *.
Ranunculus caule unifolio unifloro, foliis tripartitis. *Fl. lapp.* 231. *t.* 3. *f.* 4. *.
*Habitat in Alpibus* Lapponicis.

**monſpeliacus.** 24. RANUNCULUS foliis tripartitis crenatis, caule ſimplici villoſo ſubnudo unifloro. *Sauv. monſp.* 181. †.
Ranunculus ſaxatilis, magno flore. *Baub. pin.* 182. *prodr.* 96.
*Habitat* Monſpelii.

**bulboſus.** 25. RANUNCULUS calycibus retroflexis, pedunculis ſulcatis, caule erecto, foliis compoſitis. *Fl. ſvec.* 469; 504. *Dalib. pariſ.* 165.
Ranunculus radice ſimplici globoſa. *Hort. cliff.* 230. *Roy. lugdb.* 491. *Hall. helv.* 323.
Ranunculus bulboſus. *Lob. ic.* 666. *Fl. lapp.* 229.

Ra-

Ranunculus pratenſis, radice verticilli modo rotunda. *Bauh. pin.* 179.
*Habitat in* Europæ *pratis, paſcuis.* ♃.

26.* RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis ſulcatis, ſarmentis repentibus, foliis compoſitis. *Fl. ſvec.* 468; 505. repens.
Ranunculus foliis ternatis, foliolis petiolatis trifidis: medio productiore, caule multifloro. *Hort. cliff.* 230. *Gron. virg.* 166. *Roy. lugdb.* 491.
Ranunculus pratenſis repens hirſutus. *Bauh. pin.* 179. *Fl. lapp.* 230.
Ranunculus hortenſis 1. *Dod. pempt.* 425.
*Habitat in* Europæ *cultis.* ♃.
*Varietas potius præcedentis authore Hallero, licet Calyx non retroflexus; Radix fibroſa nec bulboſa; Caules numeroſi late diffuſi repentes, nec erecti.*

27. RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis ſulcatis, caule erecto, foliis multipartitis. *Fl. ſvec.* 467; 506. polyanthemos.
Ranunculus polyanthemos ſimplex. *Lob. ic.* 666.
Ranunculus ſylveſtris. *Tabern. ic.* 42. *hiſt.* 117.
*Habitat in* Europæ *borealis graminoſis.* ♃.

28.* RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis: ſummis linearibus. *Fl. ſvec.* 466; 507. *Dalib. pariſ.* 164. acris.
Ranunculus foliis peltatis quiquangularibus multipartitis: laciniis linearibus, caule multifloro. *Hort. cliff.* 231. *Roy. lugdb.* 492.
Ranunculus pratenſis erectus acris. *Bauh. pin.* 178. *Fl. lapp.* 228.
Ranunculus hortenſis. *Dod. pempt.* 426.
β. Ranunculus hortenſis erectus, flore pleno. *Bauh. pin.* 179.
*Habitat in* Europæ *pratis, paſcuis.* ♃.

29.* RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis teretibus, caule petiolisque hirtis, foliis trifidis lobatis crenatis holoſericeis. lanuginoſus.
Ranunculus foliis radicalibus pinnatis. *Sauv. monſp.* 227.
Ranunculus montanus lanuginoſus, foliis ranunculi pratenſis repentis. *Bauh. pin.* 182. *prodr.* 96.

Ra-

Ranunculus magnus valde hirſutus, flore luteo. *Baub. hiſt* 3. *p.* 417.

β. Ranunculus montanus ſubhirſutus, geranii folio. *Baub. pin.* 182.

Ranunculus montanus ſubhirſutus latifolius. *Baub. prodr.* 96. *t.* 96.

Ranunculus nemoroſus hirſutus, foliis caryophyllatæ. *Læſ. pruſſ.* 220. *t.* 71.

*Habitat* Monſpelii, *in* Helvetia, Luſatia. ♃.

Caulis *altus, hirtus, erectus.* Folia *Aconiti ſ. Ran. aeris, ſed magis inciſa.* Semina *acuta, compreſſa.* Pedunculi *longi. teretes.* Macula *pallida ad ſinus foliorum, quæ tactu craſſiora ſentiuntur.*

chærophyllos. 30. RANUNCULUS calycibus retroflexis, pedunculis ſulcatis, caule erecto unifloro, foliis compoſitis lineari-multifidis. *Guett. ſtamp.* 275. *Dalib. pariſ.* 166.

Ranunculus foliis compoſitis, caule ſimplici villoſo ſubnudo unifloro, radice tuberoſa. *Zinn. gœtt.* 129.

Ranunculus grumoſa radice, folio Ranunculi bulboſi. *Baub. pin.* 181. *prodr.* 96.

Ranunculus chærophyllos, aſphodeli radice. *Baub. pin.* 181. *Barr. ic.* 581.

Ranunculus montanus leptophyllos, aſphodeli radice. *Col. ecphr.* 1. *p.* 312. *t.* 311.

*Habitat in* Gallia, Italia. ♃.

arvenſis. 31. RANUNCULUS ſeminibus aculeatis, foliis ſuperioribus decompoſitis linearibus. *Hort. cliff.* 229. *Fl. ſvec.* 470; 508. *It. œl.* 104. *. *Roy. lugdb.* 491. *Dalib. pariſ.* 166.

Ranunculus arvenſis echinatus. *Baub. pin.* 179.

Ranunculus ſylveſtris 3. *Dod. pempt.* 427.

*Habitat in* Europæ *auſtralioris agris.* ☉.

muricatus. 32. RANUNCULUS ſeminibus aculeatis, foliis ſimplicibus lobatis obtuſis glabris, caule diffuſo. *Hort. cliff* 229. *Hort. upſ.* 157. *Roy. lugdb.* 491. *Sauv. monſp.* 204.

Ranunculus paluſtris echinatus. *Baub. pin.* 180. *prodr.* 95.

Ranunculus creticus echinatus latifolius. *Alp. exot.* 263. *t.* 262.

*Habitat in* Europæ *auſtralis foſſis & humentibus.* ☉.

parviflorus. 33. RANUNCULUS ſeminibus muricatis, foliis ſimpli-

plicibus laciniatis acutis hirſutis, caule diffuſo. *Hudſ. angl.* 212.

Ranunculus hirſutus annuus, flore minimo. *Pluk. alm.* 311. *t.* 55. *f.* 1. *Raj. angl.* 3. *p.* 248. *t.* 12. *f.* 1. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 440. *ſ.* 4. *t.* 28. *f.* 21.

*Habitat in* Europa *auſtrali.* ☉.

*Differt a* R. Muricato: *Flore parvo; Caule magis proſtrato; Foliis profunde lacinulatis; Seminibis latere tantum tuberculis, nec aculeis muricatis.*

34. RANUNCULUS ſeminibus ſpinoſo-ſubulatus recurvis, calycibus reflexis, foliis multifidis. orientalis.

*Habitat in* Oriente.

35. RANUNCULUS caule erecto bifolio, foliis multifidis; caulinis alternis ſeſſilibus. *Roy. lugdb.* 492. grandiflorus

Ranunculus orientalis, aconiti folio, flore maximo. *Tournef. cor.* 22.

*Habitat in* Oriente. ♄.

36. RANUNCULUS foliis filiformi-ramoſis, ſeminibus falcatis, ſcapo nudo uniflo.o. *Hort. upſ.* 157. *Sauv. monſp.* 205. *Gron. orient.* 69. *Jacq. virid.* 250. falcatus.

Myoſuros foliis ramoſis. *Hort. cliff.* 117. *Roy. lugdb.* 492.

Melampyrum luteum minimum. *Bauh. pin.* 234.

Ranunculus ceratocephalus, ſeminibus falcatis in ſpicam adactis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 440. *ſ.* 4. *t.* 28. *f.* 22.

Ranunculus alopecuroides, ajugæ foliis. *Bec. ſicc.* 28.

*Habitat inter ſegetes* Europæ *auſtralis* & Orientis. ☉.

37. RANUNCULUS foliis ſubrotundis trilobis integerrimis, caule repente. *Hort. cliff.* 231. *Roy. lugdb.* 492. *Dalib. pariſ.* 167. *Gort. gelr.* 325. hederaceus.

Ranunculus aquaticus hederaceus luteus. *Bauh. pin.* 180. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 441. *ſ.* 4. *t.* 29. *f.* 29.

*Habitat in aquis vadoſis* Angliæ, Belgii.

38.* RANUNCULUS foliis ſubmerſis capillaceis, emerſis ſubpeltatis. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 509. aquatilis.

Ranunculus foliis inferioribus capillaceis, ſuperioribus peltatis. *Fl. lapp.* 234. *Roy. lugdb.* 492. *Hall. helv.* 328.

Ranunculus aquaticus, folio rotundo & capillaceo. *Bauh. pin.* 180.

Ranunculus aquatilis. *Dod. pempt.* 387.

β. Ranunculus foliis ſubmerſis capillaceis. *Fl. ſvec.* 1. *n.* 472. *Dalib. pariſ.* 168.

Ra-

Ranunculus foliis omnibus capillaceis circumſcriptione rotundis. *Hort. cliff.* 231. *Roy. lugdb.* 492. *Hall. helv.* 328.

Ranunculus aquaticus albus, circinatis tenuiſſime diviſis foliis. *Pluk. alm.* 311. *t.* 52. *f.* 2.

Millefolium aquaticum cornutum majus. *Bauh. pin.* 141.

γ. Ranunculus foliis capillaceis circumſcriptione vaga brevioribus. *Hall. helv.* 328.

Ranunculus aquaticus capillaceus. *Bauh. pin.* 180.

Millefolium aquaticum, foliis abrotani, ranunculi flore & capitulo. *Bauh. pin.* 141.

Ranunculus trichophyllos aquaticus medio luteus. *Col. ecphr.* 1. *p.* 315. *t.* 316.

δ. Ranunculus foliis omnibus capillaceis circumſcriptione oblongis. *Roy. lugdb.* 492.

Ranunculus albus fluitans, peucedani foliis. *Herm. lugdb.* 517.

Millefolium aquaticum, foliis fœniculi, ranunculi flore & capitulo. *Bauh. pin.* 141.

*Habitat in* Europæ *aquis undoſis, foſſis, rivulis.*

*Conſ:* Ranunculus aquaticus, cotyledonis umbilicato folio, *Col. ecphr.* 1. *p.* 315. *t.* 316, *quem, cum Vaillantio facile hujus generis ſpeciem dicerem, niſi Cotyledoni illum adſcriberet Till. piſ - -; determinent boni itali.*

## TROLLIUS.

europæus. 1.* TROLLIUS corollis conniventibus, nectariis longitudine ſtaminum.

Helleborus flore clauſo erecto petiolato, caule ſimpliciſſimo. *Fl. ſvec.* 474; 510.

Helleborus foliis angulatis multifidis, flore globoſo. *Hort. cliff.* 227. *Roy. lugdb.* 484.

Helleborus caule ſimplici, flore pedunculato. *Fl. lapp.* 226.

Ranunculus montanus, aconiti folio, flore globoſo. *Bauh. pin* 182.

Ranunculus flore globoſo. *Dod. pempt.* 430.

*Habitat in Alpibus & ſubalpinis* Sueciæ, Germaniæ, Angliæ. ♃.

aſiaticus. 2. TROLLIUS corollis patentibus, nectariis longitudine petalorum.

Trollius humilis, flore patulo. *Buxb. cent.* 1. *p.* 15. *t.* 22.

Helleborus niger orientalis, ranunculi folio, flore nequaquam globoſo. *Tournef. cor.* 20.

Hel-

Helleborus aconiti folio, flore globoſo croceo. *Amm. ruth.* 101.
*Habitat in* Sibiria, Cappadocia. ♃.

## ISOPYRUM.

1. ISOPYRUM ſtipulis ſubulatis, petalis acutis. *Hort. upſ.* 157. fumarioides
Helleborus fumariæ foliis. *Amm. ruth.* 74. *t.* 12.
*Habitat in nemoribus* Sibiriæ. ⊙.
*Confer.* Aquilegiæ corniculis, moſchatellinæ foliis, planta puſilla ex inſula cheuſan. *Pluk. amalth.* 3. *p.* 360. *f.* 3.

2. ISOPYRUM ſtipulis ovatis, petalis obtuſis. *Scop. carn.* 555. thalictroides
Thalictrum batrachioides, flore albo, italicum. *Bocc. muſ.* 84. *t.* 79. *f.* 1. *.
Ranunculus nemoroſus, thalictri folio. *Bauh. pin.* 178. *Raj. hiſt.* 584. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 437. *ſ.* 4. *t.* 28. *f.* 12.
Ranunculus præcox 11, thalictri folio. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 233.
*Habitat in Alpibus* Italicis, Grationopoli, *inque agro Viennenſi*, Carniolæ, *locis umbroſis; vernalis.*

3. ISOPYRUM ſtipulis obſoletis. aquilegioides.
Aquilegia montana, flore parvo, thalictri folio. *Bauh. pin.* 144. *prodr.* 75. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 484. *Raj. hiſt.* 707. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 458. *ſ.* 12. *t.* 11. *f.* 5. *Hall. helv.* 310.
*Habitat in Alpibus* Helveticis, Tridentinis, Apenninis.

## HELLEBORUS.

1. HELLEBORUS flore folio inſidente. *Hort. cliff.* 227. *Hort. upſ.* 158. *Roy. lugdb.* 484. hyemalis.
Helleborus ranunculoides præcox tuberoſus, flore luteo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 459. *ſ.* 12. *t.* 2. *f.* 4.
Aconitum unifolium bulboſum. *Bauh. pin.* 183. *Hill. anat. t.* 11.
*Habitat in* Lombardia, Italia, Apenninis. ♃.

2. HELLEBORUS ſcapo ſub unifloro ſubnudo, foliis pedatis. *Hort. upſ.* 157. *Roy. lugdb.* 484. *Mat. med.* 273. niger.
Helleborus ſcapo florifero ſubnudo, petiolo communi bipartito. *Hort. cliff.* 227.
Helleborus niger, flore roſeo. *Bauh. pin.* 186. *Hill. anat. t.* 1.

El-

Elleborus niger, legitimus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 275.
*Habitat in* Auſtriæ, Hetruriæ, Apennini *aſperis.* ♃.
*Folia conſiſtentia, hyeme perennantia.*

viridis. 3. HELLEBORUS caule multifloro folioſo, foliis digitatis.
Helleborus caule æquali folioſo, foliis radicalibus caulem tandem ſuperantibus. *Hort. cliff.* 227. *Hort. upſ.* 158. *Roy. lugdb.* 484.
Helleborus niger hortenſis, flore viridi. *Bauh. pin.* 185.
Elleborum nigrum alterum. *Cam. epit.* 941.
*Habitat in montibus* Viennenſibus, Euganeis. ♃.

fœtidus. 4. HELLEBORUS caule multifloro folioſo, foliis pedatis.
Helleborus caule inferne anguſtato multifolio multifloro, foliis caule brevioribus. *Hort. cliff.* 227. *Roy. lugdb.* 484. *Dalib. pariſ.* 169. *Sauv. monſp.* 180.
Helleborus niger fœtidus. *Bauh. pin.* 185.
Helleboraſter maximus. *Lob. ic.* 679.
Helleborus femina. *Sterb. fung.* 372. *t.* 36. *f.* C.
β. Helleborus niger trifoliatus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 460. *ſ.* 12. *t.* 4. *f.* 7.
*Habitat in* Germania, Helvetia, Gallia. ♂, ♃.
*Caulis infra folia nudus.*

trifolius. 5. HELLEBORUS ſcapo unifloro, foliis ternatis. *Amœn. acad.* 2. *p.* 356. *t.* 4. *f.* 18. *Kalm. it.* 3. *p.* 379.
*Habitat in* Canadæ, Sibiriæ *ſylvis nemoroſis cum Oxalide, Circæa.*

## CALTHA.

paluſtris. 1. CALTHA. *Fl. lapp.* 227. *Fl. ſvec.* 473; 511. *Hort. cliff.* 228. *Roy. lugdb.* 484. *Gron. virg.* 166. *Dalib. pariſ.* 169.
Caltha paluſtris, flore ſimplici. *Bauh. pin.* 276.
Populago major. *Tabern. ic.* 750.
α. Populago minor. *Tabern. ic.* 750.
γ. Caltha paluſtris, flore pleno. *Bauh. pin.* 276.
*Habitat in humidiuſculis* Europæ. ♃.

## HYDRASTIS.

canadenſis. 1. HYDRASTIS. *Ellis.*
Hydrophyllum verum canadenſium. *Sp. pl.* 1. *p.* 146.
*Habitat in* Canadæ *aquis.* ♃.
*Similis Hydrophyllo.* Folia *bina, petiolata, baſi emarginata, palmata, ſerrata: lobis utrinque lobulo laterali.*